13

82
E
28

7
13-F
13

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

82.3.24.
62
F
1.-13.F.13.
22

Digitized by Google

Gramaye Hist.a Asiatica

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ASIA, SIVE

HISTORIA VNIVERSALIS ASIATICARVM GENTIVM ET RERVM DOMI FORISQVE GESTARVM, A CVIVSQVE ORIGINE AD HÆC TEMPORA mixti passim sacri profanique Ritus,

AVCTORE

IO. BAPTISTA GRAMAYE PRÆPOSITO ARNHEMIENSI, ET Archid. Virtutcit. I. V. L. & Academico Louanii Professore

AD ILLVSTRISSIMVM ET REVERENDISSIMVM PRINCIPEM Electorem Coloniensem virumque Bauariæ Ducem.

ANTVERPIÆ,
Sumptibus Viduæ & Heredum Io. BELLERI, sub insigni Aquilæ aureæ.

ANNO M. D'C. LIII.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO ERNESTO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI, S. IMPERII PER ITALIAM ARCHICANCELLARIO PRINCIPI ELECTORI ANTISTITI Leodici Hildeſ. Friſingæ Monaſterii Comiti Palatino Rheni, vtriusque Bauariæ Duci Domino ſuo & Mœcenati literarum vnico.

HEBRÆORVM ſolemne immò lex eſt: Arborum præputia, nec ad vſum nec ad eſum ſunto. Volebant nimirum æqui naturæ interpretes, & auxiliarii, animatum non minus omne, quam animal pubertatis beneficio gaudere.

Crudum videbatur frondicomas illas matres,
Ante ter emenſum, quam Cynthius expleat orbem,

Fœtu ſuo orbare, qui eò gratior futurus iudicabatur quo maturior; eò maturior quo radicis magis adultæ, & cælo aſſuefactæ & generationi.

PRINCEPS ILLVSTRISSIME idemq́; Reuerendiſſime Domine.

EX hoc more ego adoleſcentiæ meæ primæ lucubrationes aliquot Menſium decurſu in vnum faſciculum collectas annum iam amplius quartum ſupprimo, interim iuris legumque ſtadium decurrens. Horrebant nempe fructus, nec dum plenò ſole cocti, & quibus plus viroris quam virium, frigoris quam ſucci abundaret, Doctioris palati iudicium ſubire, aut delicatioris ſtomachi tentare valetudinem. Spes erat cum ætate, & ſtudio prouectioribus aliquid acceſſurum; ſed fefellit. Peperit enim diſſuetudinem iſta ceſſatio, & qui in altiarum diſciplinarum caſtra vt explorator diuerſari cupiebam, viſus ſum amænioribus hiſce ſtudiis transfuga.

Digitized by Google

Tuli ſortem, quam par erat, æquius, & in honoratiorem militiam adſcriptus in Iuriſconſulti dignitate conquieſco. Quod autem ſolent periti bellatores legere duces, itinerum callidos, quibus ſemitarum compendia explorata, quibus condenſa ſiluarum frequentata, perſpecta præuiatorum latibula: id fecerunt viri noſtri Athenæi, Belgici præſtantiores quorum eruditionem exoſculor, & amicorum plurimi quorum fidem hi teſtatos habentes adoleſcentiæ meæ in amænioribus litteris ſudores bonum factum putarunt me publico auctoramento adoleſcentibus doctorem dari. Factũ eſt, me illorum auctoritati horum affectibus cedente. Interim dum publico perfungat almæ noſtræ facultatis artium munere, vlterius vrgent. Plebęi animi eſſe labores ſuos ad tenebras & ſilentium damnare, aliquid dandum poſteritati, quo vixiſſe nos teſtemur, re eius fore & præcipue iuuentutis, ſi perpetuo filo vnoque volumine tot diuerſiſſimarum gentium annales adſpiciat, penſiculatius aduertere cæpi: & quamuis raræ ſint gentes præſertim in Aſia, quæ ſcriptores ſeparatos rerum ſuarum nactæ ſint, rariores quarum hiſtoriæ temporum iniuriis ſuperſint, & ego communem cauſam agens omnium, ſingulis ſuum, vt in orbe habent, ita in volumine locum aſſignando, (vt in ſua quisque ſe pelle continens non aliena illuſtretur pagina) gratiam aliquorum mereri poſſe viderer; tamen non ſum qui ita altum de me ſapere vellem, & ex fumo famam venari: mouit me tantum adoleſcentium cura cui me debere fateor.

Scriptores vtriusque religionis, linguæ, orationis quorum cohortes percurri ad concinnandam floretinei aream numeri, precii, ponderis maioris ſunt, quam vt ab omnibus legi, à tenuibus comparari, ab occupatis circumferri poſſint. Cum ſciendi omnes teneantur deſiderio, multitudo auctorũ diſtrahat aut obruat iuuẽtutem, ne nil habeat vnde ſuum paupertas paſcat amorem & onus quæratur, qui in hiſtoriis quærebat voluptatem opus hoc vnum in quo illuſtria omnium gentium facta ſeriatim annotata, (quibus plura qui volet adeat fontes quos deſigno ibi abunde ſitim expleturos) lucem adſpicere patiar. Non quod eam mereatur, aut Doctorum ſupercilia non reformidet, ſed quod alii mereri perſuadeant mihi certe per occupationes quotidianas non licuit, nec propter aliquot annorum intermiſſa id generis exercitio libuit manum vltimam, & limam apponere, cogitanti pronius

Digitized by Google

pronius ad veniam fore iuuenile ſcriptum, cui nil maturitatis acceſſit, nec ſanè, ſi contextum, compoſitionem, & quicquid ab arte mea aduenit contempleris.

Princeps maxime quicquam eſt oculis tuis dignum, fortaſſe erit ſi materiam & quos mutuaui hinc inde floſculos: boni ſunt illi, nec deſinunt, etſi parum honeſtè ſepti, ſordide culti, inutiliter partiti, natiuam prodere elegãtiam. Decent illi te, debentur & domui Bauaricæ quorum beneficio quidam viuunt ſcriptorum, quidam vigent & volitant per ora Iuuenum, & ingenia illa expolientes hæc erudientes.

Nolo ego antiqua Boyorum inſignia relegere, Theodones illos non tam Alemano Herculei, quam Chriſtianæ fidei rudimentis illuſtres, Albertos, Theobaldos; tot Auguſtorum nomina & congeſta in vnam Bauariam, Francorum, Belgarum, Germaniæ, Italiæque ſtemmata, Regum, Ducum, Præfectorum Prætorio titulis diſcreta. Tacebo tot magnorum, boni, pii, illuſtris imagines, quibus nomen inditum, quod omnes mente habuerint, quod vnus quiſpiam veſtri ſanguinis Imperator ſymbolo depreſſit: ſola bona, quæ honeſta. Alios præcones habent, & alios requirunt Albertus Pater, Guilhelmus frater, Maximilianus ex fratre nepos, non degeneres, vt imperii ita virtutis heredes. Quas ipſius dotes in pulcherrima orbis luce, dignitatibus auguſtiſſimis conſpicuus, maius volumen, maius poſtulant ingenium. Hoc ſolum dicamus, rem miraculi eſſe principem, in quem tot Prouinciarum onus reclinat deſortas nihilominus & ſteriles in ſuis montibus Muſas in curæ ſanctioris partem aſſumere. Loquitur hoc me tacente tum illud Leodicum, & cui nullum totius Belgii cedat litterarum omnisq; boni ſeminarium, quod tuæ domini munificentiæ felix habet Reſpublica, quæ per ſingula membra ſua, Principis ſui cum fænore partitur beneficium. Nec mirandum, ſi ego quaſi ſupernumerarius laudator extra ordinem accedã, ex vrbe illa, quæ Leodicenſis olim Diœceſis fuit. In illa Muſis initiatus, quæ tuo gubernatur arbitrio. Cui hoc ſolum in votis eſt, vt tuo *Princeps inclite*, illuſtris nomine luceat iuuentuti hæc meæ iuuentutis facula. Satis erit eo probari, cui non tantum litteratum, ſed & litterarium omne ſapit; ſub eius nomine deliteſcere, qui quanto plus poteſt, tanto vult benignius plusquã ſatis.

DEVS magnorum arbiter, qui te ad ſuæ Reipublicæ clauum collocauit, vitæ bonisque omnibus diu ſupereſſe decernat incolumemque ſaluum, quod oro etiam atque etiam.

Illuſtriſsimæ ac Reuerendiſsimæ
tuæ Dominationis
Cliens.

Ioannes Baptiſta, de
Gramaye.

Louanio Calendis Ianuariis
ANNI 1604.

AD IO.

AD IOANNEM BAPTISTAM GRAMAYVM. I. I. LVEN. P. RHETOREM, P. POETAM HISTORICVM CLARISSIMVM SETIASTICON C. VTEN.

CVM Grudiis certant Vbii: ſuum
Illi licentia, hic ſtudio volunt.
Atuatici certant Sycambris
Vnius ob titulos Gramay.

Certatque Rhetor hiſtoricis: ſuum
Profeſſione, vt hi calamo, vocans.
Regumque doctique cum Poetis
Vnius ob ſtudium Gramay.

Res digna viſu: Mercurius ſtat in
Elconem, Apollo in facidicam Themyn.
Et Dila, Rhenus, Scalda, VValis
Viribus & ratione iunctis.

Coire pergunt in caput vnius.
O Belgium actum eſt: ni tuus exulet
Gramayus, aſt vbi exulabit?
In merito procul orbe cælo.

Huc tu infer illum prapete ſoſpitem
Voto, infer illuc laudibus inclytis
Quo poſt peractos ibit annos.
Sola homines vereunte fama.

IV. Cal.

IV. Cal. Iania.

In Panda-Cosmica

REVERENDI D. IOANNIS GRAMAYE D. PETRI LOVANIENSIVM CANONICI, N. F.

IVppiter in Paruo cælum & vaga sydera vitro
Aspiciens, quæ mens? dixit & obstupuit
Saturnus paruo tot mundi secula libro
Inspiciens quæ mens dicat & obstupeat.

I. A. A. Cognatus tuus.

AD REVERENDVM DOCTISSIMVMQVE DN. IOANNEM B. DE GRAMAY IV. L. COLLEGII MONcensis Rectorem Hendecasyllabi.

GRamay deliciæ trium Dearum
nouem Sororum
Decem Deorum
Cuius musa volat per ora Belgi.
vatibus lucem
Quæ tot fortibus est datura nomen
gentibus laudem.
Iure quæ dabit alteri meretur.
Ergo luceat ergo nominetur
Laudeturque, volet per ora Belgi.

Ad Auctoris arma gentilitia T. Bruxella allusio.

QVid sibi Crux? quid vult Iouis armiger sanne Gramaye
Spondet post varias astra parata Cruces
An quia Crux candente rubens in vellere castum
Nuntiat & patiens cor neomysta tibi?

ALIA.

Terra Crucem, aquilas aer parit, æquora Conchas.
Angelus Empireo missus ab aere venit

Scilicet

Digitized by Google

Scilicet vnius conſpirauere Gramay
In genus, vnius ſerua elementa viri.

P. Coloma Profeſſori de ſe
bene merito.

AD SYMBOLI EIVS SYMBOLVM EPIGRAMMA.

Diruta Serapidis quondam delubra fuere
Eruta crux vitæ venturæ credita cunctis
Symbolum, hanc tibi Myſta Dei Deus, hanc tibi fama
Hanc ſpondet doctrina & fati neſcia virtus.

(Moneam echo.

IN LICENTIAM ET PRIMITIAS EIVSDEM.

Vectus Puniceis Phanes quadrigis
Dum frontem Tyria quatit iuuencæ
Eoo lachrymis rigata fuſis
Laurus, Phocaicos viret per agros
Aſt cur iam grudiis vigent in hortis
Lauri? cum niueis amicta vittis
Irrumpat tacitis hyems pruinis
Gramaye, hæc ſtupeo! cauis in antris
Echo quæ reſides mihi loquare, (echo)
Quare? redde ſonum. Quis eſt Gramayus? (echo)
Mayus. Mayus is eſt? quis ergo lauros
Nunc florere vetat? leui pruina
May tempore ros roſas maritat.
Echo quid Ducibus dabit Gramayus? (echo)
Ius, nonne eſt in vtroque iure laurus
Acquiſita? Echo, ita. Quid eſt Gramayo,

Digitized by Google

(echo) *Io, tantum io? Plebs io ſonabit*
BrVXeLLIs, SaCra CVM ſaCro Tonanti
Chronicon. VotIVa patera Deo LItabit.
VereVera reor. VaLete Lætè.

B. Collem Tornaco.

MVNDA-

Digitized by Google

MVNDANA GENESIS.

CAPVT PRIMVM.

Geneſis 1.
Auguſtinus de ciuitate l.11. c.6. & ſequen.

Ioſephus p. 1. c. 1.

Ouidius 1. Meta.

Virgil. Egl. 6. Manilius.

RINCIPIO Deus nulla antegrediente materia, mero bonitatis ſuæ mundum hunc, & quæcunque in eo finxit, ordinauit, ornauit: Rudem indigeſtamque molem poliẽs luce inducta & cœlo terras & terris abſcidit vndas. Et poſtquam ſidera ceperunt toto feruеſcere cœlo, terra feras cepit, volucres agitabilis aer: ceſſerũt liquidis habitacula piſcibus vndæ, auctius his animal, anima rationis compote inſtructum hexamero huic operi præfecit. Huic, quòd ex puluere humecto factus eſſet, Adami nomen fecit, & nos ideo hominem appellamus. Hic vnus celſum leuat altius cacumen, vt terram deſpiciat, & vultus tollens ad ſidera auctorem ſuum contempletur. Hic futurorum præſcius, omnia naturæ arcana callens animantibus reliquis nomina fecit. Poſt huius productionẽ ſeptimo tandem die Deus quieſcens, finem operi ſuo impoſuit.

Talmud. ord. 4. tract. 4. diſt. 3. blaſphemia de Deo ne otioſus eſſet, varios mũdos fabricante & deſtruẽte donec hunc facere didiciſſet, & quod idem inſtit in nouilunio fieri expiationes pro ſe quia lumen ininſſe ſoli dedit. o. 4. c. 6. d. 1.

Philo de mundi opificio.
Hominem à Deo & angelis creatum, ex Timeo Platonis Baſilius itemq; Ambroſius opere hexamero.
Geneſis 2.

Boethius l. 4. m. 5.

Ioſ. rubeam terram fuiſſe vult. l. de Sina & Sion.
Cyprianus ex 4. ſtellarum initialibus literis Adam componit. hiſt. ſcho. c. 18. mares naſcentes, a primũ efferre, fœminas e.

Tertul. de reſur.
Ioſephus l. 1. c. 2.

Nat. Deut. & Leui. 15.

Plato Syrum primũ nomina rebus dediſſe ait.
Talm. o. 3. t. 1. d. 6. blaſphe. Adamum cum omni animante coiſſe, nec Satiatum cum Eua.

Hominum & Angelorum lapſus. CAP. II.

H. Schol. c. 16. & alii ſomnum hunc extaſim fuiſſe volunt, & vigilantem Adam prophetaſſe.
Ioſephus l. 1. c. 3.
Geneſis 3.
Hi. Schol. Deum per creaturã ita locutum.

BEATVS erat Adam quamdiu ſolus, germanum creatoris ſui exemplũ, ſed poſtquam ex coſta dormiẽtis fabricata mulier, cognatæ naturæ amor fraudi fuit. Serpens enim terrigena, ſiue malis diabolum dicere, haud ignarus mandati diuini, quo fructus omnis excepto ſcientiæ, boni & mali, vſui & eſui humano

Figura: primum Dei in mundo miraculum & primum Chriſti circa nuptias: fabula: Adamum antea Androgynum fuiſſe.
Initium veiunii vt Amſius de Elia c. 4.

permittebatur, mulieri vt quæ ad motus pronior videretur, ſtupiditatem nimiam Dei obſeruationem exprobrans, quod pomum aſpectu guſtuque præſtantiſſimum è quo diuinitatis quædam ſimilitudo dependeret carpere cunctaretur, incautam pertrahit in errorem, ita vt decerptum non modo ipſa guſtauerit, ſed & guſtatum viro communicans pœnæ ſocium effecerit & damni. Innocentiæ enim veſti, pudoris velum ſubſtituerunt, hortoque voluptatis eiecti laboris, & doloris toti poſteritati impoſuerunt neceſſitatem. Damnatus ſerpens ad perpetuas cum homine diſceſſiones, Eua vt viro ſublit & pariat fructum cum gemitu, vir vt laborem non niſi cum vita finiat.

Mitius hominis ſupplicium quibus viuere relictum eſt & pœnitere conceſſum, præ Angelis: quorum partem felicitatis impatientia & rebellis ambitio, cœlo, vbi in ordines digeſti erant deturbauit, æternis addictam cruciatibus. Horto autem quem dixi, ſiue is eſſe, ſiue talis eſſe deſierit, ſiue precluſo aditu, aliquo orientis aut Oceani angulo lateat, Paradiſi nomen fecerunt. Vnde vehementi impetu delabentes Tigris, Euphrates, Nilus, Ganges miſeriarum noſtrarum alueis excepti, hoc certè agunt, ne beatitatis amiſſæ immemores eſſe poſſimus, recuperandæ velimus. Et certè quoties ſubit hominem mortis expertem in omni felicitate victurum fuiſſe, dolor quidam menti ſuboritur & pœnitudo; hoc autem ſubit aut ſubire debet, quoties panem, quem in ſudore manuum & vultus veſcimur, veſtem quæ innocentiam ablatam loquitur, quid dico? quoties corpus naſci, animam cum tot hoſtibus luctari indies obſeruamus.

Beda & H. Schol. c. 21. ſerpentem facie virginis fuiſſe.
Aliqui edenti pomum mortem animæ, alii corpori, alii minatum volunt vtrumque.
Auguſtinus de ciuitate l. 12. cap. 21. l. 13. capp. primo l. 14. c. 11. & ſequentibus.
Succo ficus inuncta caro ſentit pruriginem libidinu, id l. 9 vult Ioſ. folia fici fuiſſe, quæ pudendis appoſuerint.
H. Schol. c. 22. primum in hu motum contrarium rationi eos ſenſiſſe, & in porta propaginis ſignum inobedientiæ manere.
Auguſt. l. 11. c. 9, & 32. L. 12. c. 6.
H. Scho. c. 24. vult Parentes 7. horas in paradiſo fuiſſe.
Auguſt. l. 13. c. 21.
Beda.
Philo 2. Allego. & de Cherubin.
Ezechielis 27
Iſaiæ 37
Ambroſius de Paradiſo & Epiſt. 42
Franciſcus Georgius to. 1. problematum probat non fuiſſe in terra paradiſum.
Conferuntur quæ de campis Elyſiis poeta fabulantur etſi alio trahenda.
Deum peccatis non feciſſe ſed eorum nomine peccata intelligi debere quidam volunt, ſed perperam.

Allegoricè ſerpens voluptas, Eua corpus, Adamo anima Deus ratio, paradiſus ſeculum, figura tentati Chriſti guia & ambitione.
Vt ſunt inter eius venenũ & hominem, hominem nudum & ſerpentem, ſaliuam teſtiũ & eundem. e. q. ſuperbia in fructus fuerat.
Hinc fabulam: Talmud. c. 2. t. 5. d. 8. cum Angelus peccaſſet à Deo igneo flagro punitũ. Sed Gabrielem eum vocant.
Conferantur quæ apud Ælianum l. 3. de vrbib. Machima & Euſeba.
Allegoricè Paradiſus anima, planta virtutes 4. flumina cardinales totidẽ virtutes.
Lignum vitæ crux Seruatoris.
Lignum ſcientiæ vanæ obſeruationes. figura. Eccleſia paradiſus flumina gratiæ.
Lignum vitæ Euchariſtiæ alia ligna virtutes.
Lignum ſcientiæ curioſa vanitas hæreticorum.

Cain & Abel. CAPVT III

AGER Damaſcenus profugorum fuit receptaculum, vbi prima mundi ætas tranſacta 65. ſupra

Suidas fuſe totam Adæ vitam refert, itemq; Epiphanius.
Iuxta Genebrardum & communem ſententiam.
Beroſus tamen mundum etiam ante diluuium diuiſum in tres partes ait.

Digitized by Google

Suidas in vocibus Abel & Cain historiam refert.
Cyprianus de simplicitate tractatu 3
Prudentius præfatione Hamartigenia
Ad Hebræos c.11. Aliis ad eps erat aliis lac, Suida ouium primitia Abel: secundæ Cain.
Philo de sacri. Cain & Abel.
H. Schol. c.26. Abelis sacrũ calitus accensum Cypri s.6. de orat. dominica.
Philo quod deterior potiori insidietur.
Augustinus de ciuitate l. 15.c.5. & seq.
Iosephus l.1.c.4
H. Scho. c. 27
Cain 7. pe cata lathalia commisisse.
Suidas ait Cainum semper postea gemuisse & tremuisse

supra mille quingentos annos efficit. Hæc Patria filiorum Adæ, qui ex Eua primum duos filios sustulit, & ex duobus alterum fratricidam. Horum Abel pastor erat ad pellium lanæque vsum, Cain Agricola, vtrumque sacrificantem aliter Deus respexit, minoris munus maioris faciens, eo quod ex fructu non primo, non optimo, non tempestiuè offerret. Hinc qui sacrificio placuerat, sacrificium factus est. Euocatus enim in campum fratris manu peremptus sanguine suo martyrii primitias militanti Ecclesiæ pependit. Consecuta cædem maledictio, quæ in Caini semine etiam durat, cuius soboles quo à cælestibus remotior, hoc caducis magis intenta solum curabat nomen suum ab interitu vindicare, quid animæ & rationi consentiat nihil pensi habentes.

H. Luctus.

H. discors.

Allegorice Abel Deum noscens & laudans auctore omnium, Cain sibi omnia adscribens. figura: Abel Ecclesia, Cain Iudai, Deus Christus sacrificia corpus domini, & immolata interficere persequi. figura excommunicationis ecclesiasti.

H. Scho. c.28. Cain à Lamech in venatione necatum.

Male acta prima ætate. CAP. IV.

Beroſus l. 1

Ioſe. de aſtrologia potiſſimum hæc ait:
H. Schol. c. 28. marmoreã in Syria ano Iosephi adhuc fuisse.

VNDE prævidentes eorum quidam aqua & igni homines olim absumendos, artium à se repertarum elementa duabus columnis lateritiæ & marmoreæ, quorum alterutra diluuio superesse, resistere posset incendio, insculpserunt.

Cum de Beroso ago, illum intelligo qui eius nomine circumfertur cum sciam eum vsque ad Cyrum 3. libru historiam scripsisse hunc non item.

Genesis 4

Præter scientias autem, vt speciosius Cainidæ peccarent variarũ rerum vsus monstrarunt. Noëma lanæ linique materiam, in pellium & foliorum locum vestibus dedit: Iabel tabernacula fixit: Tubal- Cain sculptorem se fabrumq, probauit: Suauem vocum instrumentorumque harmoniam Iabel adinuenit: matrimoniorum augmenta & fortasse pellicatum exemplo suo Lamech docuit: Vrbium primam in Libano à filio vocauit Enoch: alia alii posteris cõmunicarunt. Sed quid hæc omnia? Oppida, domus, arces peccatorum ignorationem, peccantium impunitatem spondebant: possessionum fines & descripta latifundia audaciam locupleti, inopi inuidiam, vtriq; bellum excogitabant:

Hos poëtæ vocari quidam volunt Mineruam, Vulcanum, Apollinem, Martem, Panem.

Ioſ. Thubal hoc adſcribit

Beroſo Oenen.

Hoc Caini inuentum, vt pondera, mensura, auctionem, rapina.

Quæ græci scriptores de his inuentis retinant capienda de iis, qui certum locum aut regionem primi artem aliquam detulerunt, non vniuersim omnes.

Digitized by Google

Veſtium inuolucra cum corpore pudicitiam ſuperabant: concentum diuerſorum vnanimis contractio per aurium feneſtras admiſſus animum interiorem faſcinabat: ſtatuarum ſimilitudo ſtupidos ad idolorum pedes abiiciebat. Planè vt vitiorum omnium ſeminarium malorumque omnium ſentinam appellare iure meritiſſimo poſſis.

Bene acta prima ætate. CAP. V.

Auguſt. de ciuitate l. 15. c. 18

LONGE aliter Sethi digno Adami reſipiſcente progenies. Peculiari ritu diuinos honores auxit, reproborum conſortio ſeparata familiariter cum Deo conſuescens. Hinc Enoch prophetarum & ſcriptorum, vt quidam colligunt, primus translatus eſt ne videret mortem, Noë ſeruatus ne ſentiret diluuium illud Lanipedis Dei, vt ita loquar ferri-manium. Diu ille tulerat tot ſce'erum progreſſus, monſtroſasque libidinum figuras, nouaq; in dies Sethidarū defectione creſcebat impietas, quam de manſuetudine numinis concepta animabat impunitas.

Fabulatur Talmud c 4. c. 2. animam Abelu in Seth migraſſe.

Ex Iuda epiſtola.

H. innouatus.

Prouerbium.

Horatius.

Auguſt. l. 15. c. 22

Suidas ait à natando Noe dici, aliis Noe interpretatur requies, cens vel commotio.

Nomina autem veterum plaraque futurorum habent præſagia. Hiero.

Geneſis 6.

Homines cum geniis rem habuiſſe plerorumque opinio fuit.

H. Schol. c. 31. negat Auguſtinus.

Oroſius l. 1. c. 3

Auguſt. lib. 15 c. 26

Effrenem itaque gygantum (hoc enim ex inceſto illegitimo concubitu, natis nomen fuit) laſciuiam & impuras piorum conſuetudines vltum ire volés Deus, ſolum Noë inuenit, qui ereptus è clade publica inſtaurati generis humani auctor exſiſteret. Hic nouum Deo præceptore opus ligneum leuigata cedro & bitumine coniunctum fabricauit, longitudine 300. latitudine 50. altitudine 30. cubitorum, diſtinctum cellis cōtinuatis, aliis imis, aliis in ſecunda, tertia, itemque quarta contignatione, paratoque prius pabulo ex vnaquaque animantium ſpecie marem & fœminam introduxit.

Goropius in gygantomachia & alibi ingenioſe magis, quam verè de rebus adhuc ſpectantibus diſputat, quod ſemel monendum fuit.

Figura Eccleſiæ & Arcæ Moyſis.

Allegorice
Arca corpus,
Noe anima,
filij 3 eius potentiæ, vxores concupiſcentiæ, feneſtra ſenſus, partes Arcæ, partes corporis, 40. dies vita noſtra, pluuia tentationes, mons Ararath Eccleſia, corui appetitus ſenſitiuus, columba ratio, animantia affectus.

Diluuium. CAPVT VI.

Auguſt. l. 15. c. 26

Ambroſius de Noe & Arca.

QVÆ poſtquam ſe contulerunt in vnam totius terræ æmulam nauem, continuis 40. diebus

diebus imbres deciderunt, ita vt 15. cubitis terræ ſuperficiem & montium iuga vndæ ſuperarent:

Ouidius 1 Meta qui conferri poteſt quanquam hoc diluuium non nouerit nec deſcribere intendat

Obruerat tumulos immenſa licentia Ponti
Pulſabantq; noui montana cacumina fluctus.
Maria vndique & vndique cælum.

Poſtquam autem remiſit ſe ditum illud prodigium, cohibitis imbribus, & quæ nuſquā nō ſe diffuderant, partim abſumptis ſolis efficacia, partim in voragines alueosq; ſuos reuerſis, ſuperſtes prodiit è lignea mole cum vxore, liberis, nuribus vniuerſaque tot animantium grege, author rediuiui poſt vniuerſalem cladem ſæculi iuſtitia ſua & integritate Noa fieri meruit.

Hiſt. Schol. c. 34

Mocho Æſtiæo Noë Siſythrus, Abydeno Saturnus vocatur, Xeturus apud Cyrillum l. 1. in Iouinianum.

Huc quidam trahunt fabulam Apollinis & Pythonis quam alibi referam.

Talmud. p. 4. t. 4. blaſphemant coruum noluiſſe ex arca tre timentem ne Noë cum cornice ſua vxore coiret.

Hoc magni orbis plantarium eſt cuius luxuriantem zizaniam falce æquitatis ſuæ reſecans Deus putidumq; mundi vulnus aquis abluens, æternum iuſtitiæ ſuæ pariter & miſerationis reliquit teſtamentum. Hic primæ ætatis decurſus, & quædam quaſi infantia, hæc ſecunda generis humani punitio, & diei prima veſpera.

Ioſe. l. 1. c. 5

Beroſol. 3. eſt Gordicus mont. Manaſſi Damaſ. Barn. Auguſt. l. 16 capp. primo.

Ioſ. l. 1. c. 6 & 7. Geneſis 8.

H. Schol. c. 38

Poſt elapſum anni ſpacium ab eluuionis initio, onerariam omnis penè viui & ſpirantis domum montes Ararath exceperunt. Naachus autem columba reduce, (coruum enim cadauera detinebant) olea indice reſtitutam ſibi terræ planiciem diſcens, cum felici illa ſeptenione 3. liberis ſua & eorum vxoribus ipſe octauus in terram deſcendit. Altare erigit, vota nuncupat, ex pecudum volatiliumque genere holocauſtum offert, meritus benedici, & eſſe quo cū Deus, Iride teſte, fædus pangeret, nunquam ſe aquis hominum peccata puniturum.

Hiſt. Schol. c. 35. vult eodem die quo intrauit Noë fuiſſe egreſſum. Figura decem leproſorum à Chriſto ſanatorum quorum vnus tantum rediit. Allegoria, Noë anima: coruus homo inferior: columba ſuperior, arca ſtatus cuiuſque, mare mundus: cadauera, bona. Franc. Georgius tomo 1. probl. 58. vult tantum hucvſque duraſſe maledictionem Adæ, probatq;.

Philo de agricultura.

Eidem ad vires conciliandas carnium eſus, humana excepta, indultus. Cis Tigrim, qui naufragium terræ euaſerāt primum incoluere, vbi agros colere, maiorum more progreſſus Noë, vitis vſum primus monſtrauit.

Ante eluuionēm fructibus terræ & arborum tantum vſi ſunt, quanquam aliqui diſſentiant.

Geneſis 9.

Cuius gratia oblectati ſenis inſuetos artus vini, quod

Ebrietas.

Digitized by Google

Athenæus l.2 c.1.& alibi de vini authore aliter.

quod nec ſuo quidem authori parcere norat, occupauit vehementia. Qua captus & ſomno pariter obrutus nudum ſe filiis exhibuit. Ridet Cham nec impune, Sem vero & Iaphet paternam turpitudinem auerſi velantes, fraternæ maledictionis pœnam euaſere, vnde cum Aſia & oriens à Sem vt primogenito & ſacerdote magni Dei occupata, Europa item quæ Iapeto ceſſit, albos, Africa Cami exilium potius quàm hæreditas, nigros producit. Et gentium ab eo procreatarũ, quæ vicinos agros quo iure qua iniuria excurſionibus, coloniisque ſæpe vaſtarunt, fundata quidem, ſed laudata nunquam, nunquam diuturna fuit dominatio.

Hinc aliqui trahunt facete vini vires quod pigros impudicos, feros & ſapientes in ſpeciem faciat, q. Noe vitem irrigauerit ſanguine porci, ſimiæ, leonis & ouis.

Beroſus libro 3. ait Chemeſenna, id eſt, Cham infamem eum dictum. Ioſeph. l. 1. c. 8. Alii hoc ſoli aut cælo attribuunt.

Diuiſio terræ tempore Phaleg. Anno Mundi 1789. aut circiter.

Vt Æthiopes Mauri, &c

Vide Cananæos videbis in Africanis Ægypto, Æthiopia & aliis.

Ex vna hac Noachi domo quicquid gentium terram habitat prodiiſſe nemo eſt, qui ignorat, anno poſt eluuionem centeſimo primo poſt linguarum confuſionem inductam, 72. principes totidem gentibus quæ & ipſæ principes meritò appellentur nomina ſua reliquerunt. Quæ ſingula recenſere vix operæ pretium foret, præſertim in capite cuiusque hiſtoriæ gentilis repetenda. Hic itaque modum faciemus, hinc ad aliarum gentium facta & hiſtorias gradum proferentes.

Philaſtricius Brixienſis vult ante ſono Dei ab omnibus intellectas multas linguas fuiſſe, ſed tum ablatam intelligendi facultatem, qua Apoſtolis demum reddita.

H. Schol. c. 9 Vide Babylonica.

SERIES

SERIES HISTORIARVM HVIVS OPERIS.

IVdaicorum { Pars prior. Ad Ruremundanum Antiſtitem. / Pars poſterior. Ad Archidiaconum Mechlinienſem.

Populi terræ Canaan. Ad Magnum Leodicenſem Præpoſitum.

Aſſyriaca, Antiochena, Damaſcena, Comagene, Adiabene } Ad Senatum populumque Montenſem Harmoniæ.

Syriaca Ad Prouincialem Ordinis Minorum per Germaniam inferiorem.

Babylonica ad Gaſparem Vlenbergium.

Medica, Meſopotamia } Ad Rumoldum Verdonckium.

Perſica Ad Comitem van de Berghe.

Parthica Ad Arnoldum ab Ameyden.

Indica Ad Alexandrum, Petrum, Ioannem Colomas fratres.

Scythica, Amazonica } Ad Comitem de Baſquoij.

Colchica, Albanica, Iberica } Ad tres Comitis Arenbergii filios.

Armeniaca Ad Ioannem Curtium D. Dupie Vicgniſſe.

Phœnicia, Punica, Arabica } Ad I. B. Ferdinandum & Theodoricum Berthii.

Cypria Ad fratrem Gelriæ Archiquæſtorem.

Lycia, Galatia, Aſiæ aliquot regiunculæ } Ad Comitem de Hoechſtraetee.

IV. Cal. Iania.

In Panda-Cosmica

REVERENDI D. IOANNIS GRAMAYE D. PETRI LOVANIENSIVM CANONICI, N. F.

IVppiter in Paruo cælum & vagas sydera vitro
Aspiciens. quæ mens? dixit & obstupuit
Saturnus paruo tot mundi secula libro
Inspiciens quæ mens dicat & obstupeat.

I. A. A. Cognatus tuus.

AD REVERENDVM DOCTISSIMVMQVE DN. IOANNEM B. DE GRAMAY IV. L. COLLEGII MONcensis Rectorem Hendecasyllabi.

GRamay deliciæ trium Dearum
nouem Sororum
Decem Deorum
Cuius musa volat per ora Belgi.
vatibus lucem
Quæ tot fortibus est datura nomen
gentibus laudem.
Iure quæ dabit alteri meretur.
Ergo luceat ergo nominetur
Laudeturque, volet per ora Belgi.

Ad Auctoris arma gentilitia T. Bruxella allusio.

QVid sibi Crux? quid vult Iouis armiger sanne Gramaye
Spondet post varias astra parata Cruces
An quia Crux candente rubens in vellere castum
Nuntiat & patiens cor neomysta tibi?

ALIA.

Terra Cruces, aquilas aer parit, æquora Conchas.
Angelus Empireo missus ab aere venit

Scilicet

Digitized by Google

Scilicet vnius conſpirauere Gramay
In genus, vnius ſerua elementa viri.

P. Coloma Profeſſori de ſe
bene merito.

AD SYMBOLI EIVS SYMBOLVM EPIGRAMMA.

Diruta Serapidis quondam delubra fuere
Eruta crux vitæ venturæ credita cunctis
Symbolum, hanc tibi Myſta Dei Deus, hanc tibi fama
Hanc ſpondet doctrina & fati neſcia virtus.

(Moneant echo.

IN LICENTIAM ET PRIMITIAS EIVSDEM.

Vectus Puniceis Phanes quadrigis
Dum frontem Tyria quatit iuuencæ
Eoo lachrymis rigata fuſis
Laurus, Phocaicos viret per agros
Aſt cur iam grudiis vigent in hortis
Lauri? cum niueis amicta vittis
Irrumpat tacitis hyems pruinis
Gramaye, hæc ſtupeo! cauis in antris
Echo quæ reſides mihi loquare, (echo)
Quare? redde ſonum. Quis eſt Gramayus? (echo)
Mayus. Mayus is eſt? quis ergo lauros
Nunc florere vetat? leui pruina
May tempore ros roſas maritat.
Echo quid Ducibus dabit Gramayus? (echo)
Ius, nonne eſt in vtroque iure laurus
Acquiſita? Echo, ita. Quid eſt Gramayo,

(echo) *Io, tantum io? Plebs io ſonabit*
BrVXeLLIs, SaCra CVM ſaCro TonantI
Chronicon. VotIVa patera Deo LItabit.
VereVera reor. VaLete Late.

B. Collem Tornaco.

MVNDA-

Digitized by Google

MVNDANA GENESIS.

CAPVT PRIMVM.

Geneſis 1.
Auguſtinus de ciuitate l.11. c.6. & ſequen.
Ioſephus p. 1. c. 1.
Ouidius 1. Meta.
Virgil. Eglo. 6. Manilius.

PRINCIPIO Deus nulla antegrediente materia, mero bonitatis ſuæ mundum hunc, & quæcunque in eo finxit, ordinauit, ornauit: Rudem indigeſtamque molem poliẽs luce inducta & cœlo terras & terris abſcidit vndas. Et poſtquam ſidera ceperunt toto feruescere cœlo, terra feras cepit, volucres agitabilis aer: ceſſerũt liquidis habitacula piſcibus vndæ, auctius his animal, anima rationis compote inſtructum hexamero huic operi præfecit. Huic, quod ex puluere humecto factus eſſet, Adami nomen fecit, & nos ideo hominem appellamus. Hic vnus celſum leuat altius cacumen, vt terram deſpiciat, & vultus tollens ad ſidera auctorem ſuum contempletur. Hic futurorum præſcius, omnia naturæ arcana callens animantibus reliquis nomina fecit. Poſt huius productionẽ ſeptimo tandem die Deus quieſcens, finem operi ſuo impoſuit.

Talmud. ord. 4. tract. 4. diſt. 3. blaſphemia de Deo ne otioſus eſſet, varios mũdos fabricante & deſtruẽte donec hunc facere didiciſſet, & quod idem iuſſit in nouilunio fieri expiationes pro ſe quia lumen iniuſte ſoli dedit. o. 4. c. 6. d. 1.

Philo de mundi opificio. Hominem à Deo Angelis creatum, ex Timeo Platonis Baſilius itemq; Ambroſius opere hexamero. Geneſis 2.
Boethius l. h. m. 5.
Tertul. de reſur. Ioſephus l. 1. c. 2.
Net. Deut. & Leui. 15.

Ioſ. rubeam terram fuiſſe vult. l. de Sina & Sion. Cyprianus ex 4. ſtellarum initialibus literis Adam componit. hiſt. ſcho. c. 18. mares naſcentes, a primũ efferre, fœminas e.

Plato Syrum primũ nomina rebus dediſſe ait. Talm. o. 3. t. 1. d. 6. blaſphe. Adamum cum omni animante coiſſe, nec Sciatum cum Eua.

Hominum & Angelorum lapſus. CAP. II.

H. Schol. c. 16. & alii ſemnum hunc extaſim fuiſſe volunt, & vigilantem Adam prophetaſſe. Ioſephus l. 1. c. 3. Geneſis 3. Hi. Schol. Deum per creaturas ita locutum.

BEATVS erat Adam quamdiu ſolus, germanum creatoris ſui exemplũ, ſed poſtquam ex coſta dormiẽtis fabricata mulier, cognitæ naturæ amor fraudi fuit. Serpens enim terrigena, ſiue malis diabolum dicere, haud ignarus mandati diuini, quo fructus omnis excepto ſcientiæ, boni & mali, vſui & eſui humano

Figura: primum Dei in mundo miraculum & primum Chriſti circa nuptias: fabula: Adamum antea Androgynum fuiſſe. Initium ieiunii vt Amſius de Elia c. 4.

Digitized by Google

permittebatur, mulieri vt quæ ad motus pronior videretur, ſtupiditatem nimiam Dei obſeruationem exprobrans, quod pomum aſpectu guſtuque præſtantiſſimum è quo diuinitatis quædam ſimilitudo dependeret carpere cunctaretur, incautam pertrahit in errorem, ita vt decerptum non modo ipſa guſtauerit, ſed & guſtatum viro communicans pœnæ ſocium effecerit & damni. Innocentiæ enim veſti, pudoris velum ſubſtituerunt, hortoque voluptatis eiecti laboris, & doloris toti poſteritati impoſuerunt neceſſitatem. Damnatus ſerpens ad perpetuas cum homine diſceſſiones, Eua vt viro ſubſit & pariat fructum cum gemitu, vir vt laborem non niſi cum vita finiat.

Mitius hominis ſupplicium quibus viuere relictum eſt & pœnitere conceſſum, præ Angelis: quorum partem felicitatis impatientia & rebellis ambitio, cœlo, vbi in ordines digeſti erant deturbauit, æternis addictam cruciatibus. Horto autem quem dixi, ſiue is eſſe, ſiue talis eſſe deſierit, ſiue præcluſo aditu, aliquo orientis aut Oceani angulo lateat, Paradiſi nomen fecerunt. Vnde vehementi impetu delabentes Tigris, Euphrates, Nilus, Ganges miſeriarum noſtrarum alueis excepti, hoc certè agunt, ne beatitatis amiſſæ immemores eſſe poſſimus, recuperandæ velimus. Et certè quoties ſubit hominem mortis expertem in omni felicitate victurum fuiſſe, dolor quidam menti ſuboritur & pœnitudo; hoc autem ſubit aut ſubire debet, quoties panem, quem in ſudore manuum & vultus veſcimur, veſtem quæ innocentiam ablatam loquitur, quid dico? quoties corpus naſci, animam cum tot hoſtibus luctari indies obſeruamus.

Beda & H. Schol. c. 21. ſerpentem facie virginis fuiſſe.
Aliqui edenti pomum mortem animæ, alii corpori, alii minatum volunt vtrumque.
Auguſtinus de ciuitate l. 12. cap. 21. l. 13. capp. primo l. 14. c. 11. & ſequentibus.
Succo ficus inuncta caro ſentit pruriginem libidinis, id l. 6 vult Ioſ. folia fici fuiſſe, quæ pudendis apposuerint.
H. Schol. c. 22. primum in his motum contrarium rationi eos ſenſiſſe, & in porta propaginis ſignum inobedientiæ manere.
Auguſt. l. 11. c. 9, & 32, L. 12. c. 6.
H. Schol. c. 24. vult Parentes 7. horas in paradiſo fuiſſe.
Auguſt. l. 13. c. 21.
Beda.
Philo 2. Allego. & de Cherubin.
Ezechiel 27
Iſaia 37
Ambroſius de Paradiſo & Epiſt. 42
Franciſcus Georgius to. 1. problematum probat non fuiſſe in terra paradiſum.
Conferuntur quæ de campu Elyſio poeta fabulantur etſi alio trahenda.
Deum pelliceas non feciſſe ſed earum nomine peccata intelligi debere quidam volunt, ſed perperam.

Allegoricè ſerpens voluptas, Eua corpus, Adam anima Deus ratio, paradiſus ſeculum, figura tentati Chriſti gula & ambitione.
Vt ſunt inter eius venenū & hominem, hominem nudum & ſerpentem, ſaliuam ieiunè & eundem. o. q. ſuperbia in fructu fuerat.
Hinc fabulam: Talmud. o. 2. t. 5. d. 8. cum Angelus peccaſſet à Deo igneo flagro punitū. Sed Gabrielem eum vocant.
Conferantur quæ apud Ælianum l. 3. de vrbib. Machima & Euſeba.
Allegoricè Paradiſus anima, planta virtutes 4. flumina cardinales totidē virtutes.
Lignum vitæ crux Seruatoris.
Lignum ſcientiæ vanæ obſeruationes. figura.
Eccleſia paradiſus flumina gratiæ.
Lignum vitæ Euchariſtia alia ligna virtutes.
Lignum ſcientiæ curioſa vanitas hæreticorum.

Cain & Abel. CAPVT III

AGER Damaſcenus profugorum fuit receptaculum, vbi prima mundi ætas tranſacta 65. ſupra

Suidas fuſe totam Adæ vitam refert, itemq; Epiphanius.
Iuxta Genebrardum & communem ſententiam.
Beroſus tamen mundum etiam ante diluuium diuiſum in tres partes ait.

Digitized by Google

Suidas in vocibus Abel & Cain historiam refert. Cyprianus de simplicitate tractatu 3
Prudentius præfatione Hamartigenia
Ad Hebræos c.11. Alius ad eps erat alius lac, Suida ouium primitia Abel: secundæ Cain.
Philo de sacri. Cain & Abel.
H. Schol. c.26. Abelis sacrũ cælitus accensum Cypri s.6. de orat. dominica.
Philo quod deterior potiori insidietur.
Augustinus de ciuitate l. 15. c. 5. & seq.
Iosephus l.1. c.4
H. Scho. c. 27
Cain 7. pe cata lathalia commisisse.
Suidas ait Cainum semper postea gemuisse & tremuisse

supra mille quingentos annos efficit. Hæc Patria filiorum Adæ, qui ex Eua primum duos filios sustulit, & ex duobus alterum fratricidam. Horum Abel pastor erat ad pellium lanæque vsum, Cain Agricola, vtrumque sacrificantem aliter Deus respexit, minoris munus maioris faciens, eo quod ex fructu non primo, non optimo, non tempestiuè offerret. Hinc qui sacrificio placuerat, sacrificium factus est. Euocatus enim in campum fratris manu peremptus sanguine suo martyrii primitias militanti Ecclesiæ pependit. Consecuta cædem maledictio, quæ in Caini semine etiam durat, cuius soboles quo à cælestibus remotior, hoc caducis magis intenta solum curabat nomen suum ab interitu vindicare, quid animæ & rationi consentiat nihil pensi habentes.

H. Luctus.

H. discors.

Allegorice Abel Deum noscens & laudans auctore omnium, Cain sibi omnia adscribens. figura: Abel Ecclesia, Cain Iudai, Deus Christus sacrificia corpus domini, & immolata interficere persequi. figura excommunicationis ecclesiasti.

H. Scho. c.28. Cain à Lamech in venatione necatum.

Male acta prima ætate. CAP. IV.

Berosus l. 1

Iosef. de astrologia potissimum hæc ait:
H. Schol. c. 28. marmoreã in Syria ano Iosephi adhuc fuisse.

VNDE prævidentes eorum quidam aqua & igni homines olim absumendos, artium à se repertarum elementa duabus columnis lateritiæ & marmoreæ, quorum alterutra diluuio superesse, resistere posset incendio, insculpserunt.

Cum de Beroso ago, illum intelligo qui eius nomine circumfertur cum sciam eum vsque ad Cyrum 3. libru historiam scripsisse hunc non item.

Genesis 4

Præter scientias autem, vt speciosius Cainidæ peccarent variarũ rerum vsus monstrarunt. Noëma lanæ linique materiam, in pellium & foliorum locum vestibus dedit: Iabel tabernacula fixit: Tubal- Cain sculptorem se fabrumq, probauit: Suauem vocum instrumentorumque harmoniam Iabel adinuenit: matrimoniorum augmenta & fortasse pellicatum exemplo suo Lamech docuit: Vrbium primam in Libano à filio vocauit Enoch: alia alii posteris cõmunicarunt. Sed quid hæc omnia? Oppida, domus, arces peccatorum ignorationem, peccantium impunitatem spondebant: possessionum fines & descripta latifundia audaciam locupleti, inopi inuidiam, vtriq; bellum excogitabant:

Hos pœtæ vocari quidam volunt Minervam, Vulcanum, Apollinem, Martem, Tanem.

Ios. Thubal hoc adscribit

Beroso Oenon.

Hoc Caini inuentum, vt pondera, mensura exactionem, rapina.

Qua graci scriptores de his inuentis retinant capienda de iis, qui certum locum aut regionem primi artem aliquam docuerunt, non vniuersim omnes.

Veſtium inuolucra cum corpore pudicitiam ſuperabant: concentum diuerſorum vnanimis contractio per aurium feneſtras admiſſus animum interiorem faſcinabat: ſtatuarum ſimilitudo ſtupidos ad idolorum pedes abiiciebat. Planè vt vitiorum omnium ſeminarium malorumque omnium ſentinam appellare iure meritiſſimo poſſis.

Bene acta prima ætate. CAP. V.

Auguſt. de ciuitate l. 15. c. 18

LONGE aliter Sethi digno Adami reſipiſcente progenies. Peculiari ritu diuinos honores auxit, reproborum conſortio ſeparata familiariter cum Deo conſueſcens. Hinc Enoch prophetarum & ſcriptorum, vt quidam colligunt, primus translatus eſt ne videret mortem, Noë ſeruatus ne ſentiret diluuium illud Lanipedis Dei, vt ita loquar ferri-manium. Diu ille tulerat tot ſce'erum progreſſus, monſtroſasque libidinum figuras, nouaq; in dies Sethidarū defectione creſcebat impietas, quam de manſuetudine numinis concepta animabat impunitas.

Ex Iuda epiſtola.

Fabulatur Talmud c 4. c. 2. animam Abelu in Seth migraſſe.

H. innouatus.

Proverbium.

Suidas ait à natando Noe dici, aliis Noe interpretatur requie, cens vel commotio.

Horatius.

Auguſt. l. 15. c. 22

Nomina autem veterum plaraque futurorum habent præſagia. Hiero.

Geneſis 6.

Homines cum geniis rem habuiſſe plerorumque opinio fuit.

H. Schol. c. 31. negat Auguſtinus.

Oroſius l. 1. c. 3

Auguſt. lib. 15 c. 26

Effrenem itaque gygantum (hoc enim ex inceſto illegitimo concubitu, natis nomen fuit) laſciuiam & impuras piorum conſuetudines vltum ire volés Deus, ſolum Noë inuenit, qui ereptus è clade publica inſtaurati generis humani auctor exſiſteret. Hic nouum Deo præceptore opus ligneum leuigata cedro & bitumine coniunctum fabricauit, longitudine 300. latitudine 50. altitudine 30. cubitorum, diſtinctum cellis cōtinuatis, aliis imis, aliis in ſecunda, tertia, itemque quarta contignatione, paratoque prius pabulo ex vnaquaque animantium ſpecie marem & fœminam introduxit.

Goropius in gygantomachia & alibi ingenioſe magu, quam vere de rebus adhuc ſpectantibus diſputat, quod ſemel monendum fuit.

Figura Eccleſiæ & Arcæ Moyſis.

Allegorice Arca corpus, Noe anima, filij 3 eius potentiæ, vxores concupiſcentiæ, feneſtra ſenſus, partes Arcæ, partes corporis, 40. dies vitæ noſtræ, pluuia tentationes, mens Anarath Eccleſia, cornua appetitus ſenſitiuus, columba ratio, animantia affectus.

Diluuium. CAPVT VI.

Auguſt. l. 15. c. 26

Ambroſius de Noe & Arca.

QVÆ poſtquam ſe contulerunt in vnam totius terræ æmulam nauem, continuis 40. diebus

diebus imbres deciderunt, ita vt 15. cubitis terræ ſuperficiem & montium iuga vndæ ſuperarent:

Ouidius 1 Meta qui conferri poteſt quanquam hoc diluuium non nouerit nec deſcribere intendat

Obruerat tumulos immenſa licentia Ponti
Pulſabantq; noui montana cacumina fluctus.
Maria vndique & vndique cælum.

Poſtquam autem remiſit ſe dirum illud prodigium, cohibitis imbribus, & quæ nuſquã nõ ſe diffuderant, partim abſumptis ſolis efficacia, partim in voragines alueosq; ſuos reuerſis, ſuperſtes prodiit è lignea mole cum vxore, liberis, nuribus vniuerſaque tot animantium grege, author rediuiui poſt vniuerſalem cladem ſæculi iuſtitia ſua & integritate Noa fieri meruit.

Hiſt. Schol. c. 34

Mocho Æſtiæo Noë Siſythrus, Abydeno Saturnus vocatur, Xeturus apud Cyrillum l. 1. in Iouinianum.

Huc quidam trahunt fabulam Apollinis & Pythonis quam alibi referam.

Talmud. 9. 4. t. 4. blaſphemant eorum noluiſſe ex arca ire timentem ne Noë cum cornice ſua vxore coiret.

Hoc magni orbis plantarium eſt cuius luxuriantem zizaniam falce æquitatis ſuæ reſecans Deus putidumq; mundi vulnus aquis abluens, æternum iuſtitiæ ſuæ pariter & miſerationis reliquit teſtamentum. Hic primæ ætatis decurſus, & quædam quaſi infantia, hæc ſecunda generis humani punitio, & diei prima veſpera.

Ioſe. l. 1. c. 5

Beroſol. 3. eſt Gordicum mons. Manaſſi Damaſ. Bariu. Auguſt. l. 16. capp. primo.

Ioſ. l. 1. c. 6 & 7. Geneſis 8.

H. Schol. c. 35

Poſt elapſum anni ſpacium ab eluuionis initio, onerariam omnis penè viui & ſpirantis domum montes Ararath exceperunt. Naachus autem columba reduce, (coruum enim cadauera detinebant) olea indice reſtitutam ſibi terræ planiciem diſcens, cum felici illa ſeptenione 3. liberis ſua & eorum vxoribus ipſe octauus in terram deſcendit. Altare erigit, vota nuncupat, ex pecudum volatiliumque genere holocauſtum offert, meritus benedici, & eſſe quo cũ Deus, Iride teſte, fædus pangeret, nunquam ſe aquis hominum peccata puniturum.

Hiſt. Schol. c. 35. vult eodem die quo intrauit Noë fuiſſe egreſſum. Figura decem leproſorum à Chriſto ſanatorum quorum vnus tantum rediit. Allegoria, Noë anima: coruus homo inferior: columba ſuperior, arca ſtatus cuiusque, mare mundus: cadauera, bona. Franc. Georgius tomo 1. probl. 58. vult tantum hucvſque duraſſe maledictionem Adæ, probatq;

Tuilo de agricultura.

Eidem ad vires conciliandas carnium eſus, humana excepta, indultus. Cis Tigrim, qui naufragium terræ euaſerãt primum incoluere, vbi agros colere, maiorum more progreſſus Noë, vitis vſum primus monſtrauit.

Ante eluuionẽm fructibus terræ & arborum tantum vſi ſunt, quanquam aliqui diſſentiant.

Geneſis 9.

Cuius gratia oblectati ſenis inſuetos artus vini, *Ebrietas.*

quod

SERIES HISTORIARVM HVIVS OPERIS.

Iudaicorum { Pars prior. Ad Ruremundanum Antistitem. / Pars posterior. Ad Archidiaconum Mechlinienſem.

Populi terræ Canaan. Ad Magnum Leodicenſem Præpoſitum.

Aſſyriaca, Antiochena, Damaſcena, Comagene, Adiabene } Ad Senatum populumque Montenſem Harmoniæ.

Syriaca Ad Prouincialem Ordinis Minorum per Germaniam inferiorem.

Babylonica ad Gaſparem Vlenbergium.

Medica, Meſopotamia } Ad Rumoldum Verdonckium.

Perſica Ad Comitem van de Berghe.

Parthica Ad Arnoldum ab Ameyden.

Indica Ad Alexandrum, Petrum, Ioannem Colomas fratres.

Scythica, Amazonica } Ad Comitem de Baſquoij.

Colchica, Albanica, Iberica } Ad tres Comitis Arenbergii filios.

Armeniaca Ad Ioannem Curtium D. Dupie Vicgniſſe.

Phœnicia, Punica, Arabica } Ad I. B. Ferdinandum & Theodoricum Berthii.

Cypria Ad fratrem Gelriæ Archiquæſtorem.

Lycia, Galatia, Aſiæ aliquot regiunculæ } Ad Comitem de Hoechſtraetee.

Ionica Ad D. Dionysiũ Leodicensium Decanum.
Lydica Ad fratrem Commissarium.
Phrygia, Mysia } Ad Brugarum Flandriæ Antistitem.
Cilicia, Cappadocia } Ad Marchionem Haneræum.
Caria, Bischgnica, Bosphorana } Ad Audientiarium Bruxellas.
Pontica, Troiana Ad Iustum Lipsium.

IN PRI-

IN PRIMA MVNDI ÆTATE OBSERVANDA.

Probatum id à Sandero opere de visibili monarchia.

SPECIEM quandam monarchiæ in Ecclesia per successionem continuam à condito orbe vsque ad Christum fuisse. Reprobos semper fuisse, sed qui mox deficerent.

Vide Historiam. Genesis c. 4.

Plerarumq; scientiarum præsertim mathematicarum, artium quoque initia prima ætate fuisse.

Philo de agric.

Quarum si quæ intercideriint, post eluuionem à Noe & eius posteris reparatas.

Berosius orbem in 3. partes diuisum vult ante diluuium. Petrus Messias li. 1. c. 1. & 2.

Nullas in longinquas regiones colonias missas, sed in agro Damasceno potissimum habitasse.

Homines eius ætatis multa secula vixisse, quod postea siue peccato, siue senescēte cum ipso mundo natura aliter obseruatum.

Goropius alijque ingeniose conantur aliud probare.

Ideoque minùs mirum si numerosissima sobole orbem breui complerint vires sufficiente natura. Lingua eadem Hebræa nimirum vsque ad Babylonicæ turris tempora omnes vsi. Deum etiam eundem eousque, licet ab ipso per scelera sua plures separati coluerunt. Legem nullam nisi quam natura dictaret, habuerunt. Tegmen primum ficus folia, vestis prima ex pellibus mortuorum animalium. Iris prima, vitis prima, esus carnium licitus primum sub Noe.

Iosephus. Hist. Schol. cap. 24.

Q. ea ad voluptatem vt mortui sint memores.

REVERENDISSIMO HENRICO CVYKIO, RVREMVNDENSIVM EPISCOPO.

NON vna ducor ratione cur Iudaicorum meorum frontem nominis tui titulo insigniri optauerim. Siue te intuear Reuerendißime Domine, ad Eccleſiæ clauum ſedentem, Gelriam cura tua dignaris illam meam nutritiam vbi

Genitorem omnis curæ, caſusque leuamen,
Amiſi

Glorioſo exilii genere pro fide & Rege mulctatum. Si me conſidero in illa vrbe ſum, quæ te ſalubria ſpargentem dogmata audiuit, in illo collegio canonicorum cuius tu nõ membrum tantum ſed & caput præfuiſti, ex illa cathedra iuuentutem inſtruo, quæ te agnoſcit & meminit doctorem olim ſuum, modo ab animorum ad animarũ curam ſummi numinis vitanquã calculo delectum. Si inſpicio Iudaica ſunt non tam iniquitatis, quam fidei noſtræ reuerenda ſignaculis. Hæc vel maximè te digna, qui gregis dominici partem ſuſcepiſti: ſuo magis genio, quam ſcriptoris ingenio æſtimanda. Aegrè profectò a me impetrauí; vt calamum ad myſticas narrationes illas offenderem, quæ ſuo magis intellectu quam phalerata exſcriptione placere deberent. Mouit hoc ſolum, quod parum Chriſtianum, emiſiſſe videri poſſem, quæ nulli ſatis in ore & animo eſſe poſſunt, vt taceam hiſtoriam Aſiæ deficientibus Iudæis imperfectam futuram, & quod non dubitem, aliquos hiſtoriæ ſacræ legendæ voluntatem & fortè voluptatem occaſione operis mei capturos, quos alioquin Bibliorum immenſitas. & phraſis, quanquam male, deterreret.

His

His itaque dum consulo hoc precor, vt hunc qualemcunque historiæ sacræ fasciculum patrocinio tuo digneris, tuæque commissum fidei tuearis, materiæ solius & animi mittentis inspector & æstimator.

Det Deus qui te, Reuerendissime Domine, sponsæ suæ dedit custodem & te sæculo peccatori seruet incolumem, vt defuncti bellis ciuilibus Belgæ tua institutione veræ pietatis iaciant fundamenta. Ita voueo.

Louanii Cal. Iani
Anno 1604.

Reuerendissimæ tuæ
Dominationis
Cliens.

Ioannes Baptista
Gramaye.

BIBLIOTECA NAZ
ROMA
VITTORIO EMANUELE

MI LECTOR.

HÆc pauca, quæ præmitto tibi, sunt, vt scrupulo te, me nota liberem. Promiseram breuem me fore, promissis in sequenti historia non steti, quod tibi fastidio, mihi culpæ non fore speraui, cum sacra sit, & mystica. Talem eam esse, & assidua Dei mentio, & quæ altero margine adiecimus mysteria ostendent. In ritibus quoque quod fusior fuerim, antiquitas fecit, & iucunda rerum varietas, quam cum nostro æuo conferre, vt pulchrum ita vtile iudico. Facit enim subinde vt doceamur, subinde erubescamus, subinde vt admiremur. Accedit quod in tota & sola hac præter rerum narrationem & occultos, & Philosophia & Theologia sensus, etiam fidei nostræ mysteria liceat obseruare. Quæ omnia vt prolixitatem meam excusent precor.

Vale Lector.

SACRA

SACRA IVDÆORVM HISTORIA.

CAPVT PRIMVM

De regione.

TERRA quam nos merito sanctam appellamus, Palestinæ atque adeo Syriæ pars, Semi & posterorum est hæreditas, sed quam Cananæorũ gentes validæ occupârint, à quibus & nomen absumsit, ita tamen vt Iudæis terra promissa sanctiore vocabulo nuncuparetur, donec eam Deo & virtute auspice recuperatam à se Iudæam dici maluerunt. Hanc Iordanes fluuius in duas partes quamuis secaret, populi tamen ex diuersis terræ partibus confluentes pro cuiusq; habitatione diuersimodè partiti sunt, vt Phylistæi, Gergezei, Iebusæi, Amorræi, Enæi, Cinæi, &c. omnes ex Cami posteritate. Postquam autem his electis Israhelitæ in 12. partes pro tribuum numero eam diuiserunt, per secessionem temporis progressu duæ tribus ab aliis separatæ in regno Iudæ, (sic enim à digniori appellabatur) perseuerarunt, reliquis 10. regnum Israhel constituentibus.

Post captiuitatem autem variè diuisa Palestina, cuius Samaria, Decapolis, Galilæa, Ituræa &c. præcipuæ numerantur prouinciæ. Iudææque propriè alia à supra numeratis vulgo in toparchias decem redacta, quæ hoc ordine ab authoribus diriguntur, Hiericho, Emaus, Lydda, Ioppe, Arrabatena, Gophni-

Vide Cananæa.

Alii eadem cum Palæstina Iudæam volunt.

Inde terra Canaan dicta.

Eadem cum terra promissa.

Eius diuisio in duas partes.

H. Schol. num. c. 27. gentes 7. fuisse vult Arias & alij duodecim.

In decem.

In duodecim.

In duas iterum.

In decem.

Plinius lib. 5. c. 13.

Gophnitica, Thamnitica, Betholene, Thephena, Orine, Herodium.

Philo l. 1. de vita Moysi.

Alii tamen totam illam veterem Cananæam deinceps in Cælesyriam, Palestinam, Phænicem diuisam uon obscurè insinuant. Alii in decem aut duodecim gentes ante Israhelitarum aduentum terram distinctam fuisse probant, qui penè omnes illorum viribus exstirpati sint. Deinceps à Gabinio Romano in quinque conuentus distributa regio qui ab Hierosolymis, Gadara, Amathute, Hierichute, Seffora vrbibus primariis nomẽ assumunt.

In tres.

B. Arias Montanus in Apparatu.

Aegesippus libr. 1. c. 19. H. Schol. 2. Machabeor. c. 10. pentarchias vocat.

In quinque.

Bureardus in terra sanctæ descriptione.

Vltimo tempore Palestina diuisa in tres partes Palestinam simpliciter, Cæsareæ, Galileæ.

CAPVT SECVNDVM

De incolis, eorum nominibus & origine.

Historiam Iudaicam breuiter habet Nicephorus l. 1. c. 6.

POPVLVS, qui ad terram hanc colendam Deo Duce venit, ab Heber abnepote Sem, vel quod vltra Tygrim incoluerunt, nominis cepit appellationem, quæ vsq; ad Iacob Patriarchæ tempora ipsis mansit; exinde in Israhelitarum nomen mutata. Iudæorum autem recentior videtur à Dauide Rege qui è tribu Iuda fuit: quamuis ad Iudam Iacobi filium tribus authorem etiam reduci posset, & peculiaria tribus facinora in maris transitu, hostium persecutione, aliis.

Sigonius de Hebræorum republica.

Hebræi.

Israhelitæ.

Iudæi.

Gens hæc originem suam ab ipsis vniuersi natalibus repetit, eò omnibus felicior, quod rerum suarum scriptores inuenerit & tales qui citra fucũ omnia, nihil ad gratiam locuti sint, quibusque afflata numine mens reuerentiam, vitæ integritas authoritatem & fidem conciliarit. Horum beneficio quæ de Mundana Genesi narrãtur nouimus. Vnde huius historiæ petenda forent initia, nisi satius putarem inde ordiri, vnde religio eorũ cepit, cum

Antiquitas gentis.

Digitized by Google

cum priora his gentes vniuersim concernunt: omnes potius, quam Iudæos sigillatim.

CAPVT III.

Abrahami ortus & peregrinatio.

Anno 3948.

Genesis 11. Iosephus l. 1. c. 14. Hist. Schol. c. 41.

CEPIT autem ab Abrahamo magno illo virtutum omnium magistro, fidei inconcussæ & veri amoris exemplari. Natus hic est Thara patre anno à dispersione gentium 91. supra centesimum. Adolescens in Vr Chaldæorum habitauit. Cum autem crescēte indies idololatria *a* Aram fratrem quod ignem adorare nollet, igni tradidissent, diuinitus Abraham ereptus, cum patre & *b* Loth fratris filio quem adoptauerat, *c* Sarai fratris filia quam duxerat, Carras Mesopotamiæ vrbem se confert, ibi fortunarum suarum sedem electurus.

Abraham exemplar est hominis per doctrinam perfecti.

Horcomodo dicitur. Theatro ciuitatum. Genesis 11. Philo de Nobilitate. Antoninus t. 1. c. 3. §. 5.

a *Id est, suscitans excelsum.*
b *Id est, vinctus vel declinans.*
c *Id est, princeps mea.*

Hiero. Ieschan etiam vocatam. Specum significat.

Alleg.
Prima sapientis migratio à studio prophanarum scientiarum ad secreta mentis suæ & ingenium.
Allegorice corpus, sensus, ratio intelligentur quæ egredi, id est, captiua habere debet.

Alij aliter de apparitione hac loquuntur.

Nisi Deus quam primum specie supra humanā augusta apparens egredi cum de terra cognatione & domo patris sui iuberet, futurum vt crescat in gentem magnam & terram olim à posteris suis occupandam contempletur. Dicto citius paret in terram Canaan peregrinatur. Nihil terret vasta solitudo assuetam vrbibus iuuentutem; nihil deserendi affines, relinquenda hæreditas; nihil incerta ignotarum conuersatio, & impendentis periculi certitudo. Ideoque hanc viri optimi promptitudinem tum alias sæpe tum semel in Ægypto iterūque apud Abimelech remuneratus est cum vxorē ei ab immoderato Rege in periculum adductam, intactam præseruauit. Cuius periculi hæc fuit occasio. Cum ob imbres nimios, Syriæ vrbes diutina fame laborarent, ita vt bona incolarum pars relictis vrbibus, victus quærendi gratia in diuersa dilaberentur. Abrahā audita Ægypti felicitate & abundātia, cuius aget solēni fluminis stagnatione irrigatus copiosam segetem profert auris tempestiuis

Philo de migratione. Iosephus lib. 1. cap. 15. Genesis 12. Hipsor. Schol. c. 42.

Id est, æmulatio.

Allegoria altera sapientis migratio in se ipsum, vt mentis simplicitatem suam persequatur.

Antoninus ti. 2. c. 1. §. 1

Figura: Vocatorum Apostolorum è naui.

Ambros. lib. 2. de Abrahame c. 4.

Iosephus l. 1. c. 16.

Philo de congressu eruditionis gratia.

Videbitur in Aegyptiacis

Allegoria: Tertia sapientis migratio ad alios, quos sua felicitatis participes vult facere.

Digitized by Google

Hiſt. Schol. l. 45.

nutritam ac maturatam, illuc ſe confert, & plæratumque ſcientiarum rudimentis, de quarum inuentione tantopere gloriantur, incolas donauit. Erat ei vxor corporis animique dotibus ornatiſſima.

Allegoria: Intellectus & virtutis copula.

Chryſoſtomus homilia 32. & alibi. De Abimelech.

Hac viſa Rex (vt nihil eximium latere ſolet) remota hoſpitalis iuris reuerentia prætextu nuptiarum ſtatuerat potiri. Sed mariti pietate & coniugis merito tantos cruciatus Regi inflixit Deus vt voluptatum oblitus longe diuerſa agitaret, donec intellecto peregrino vxorem eſſe illæſam, ſed quæ minimum à læſione abfuerat, dimiſit, ferè ratione eadem Abimelech manus euadens paulopoſt.

Geneſis 20.

CAPVT IV. *Fortiter geſta.*

Philo de Abrahamo.

REuerſus autem cum Loth, cum res vtriusque familiaris & pecuaria magnum indies ſumeret incrementum, atque adeo inter paſtores vtriuſque interdum contentiones ſuboriretur, proſpectum volens communi paci expedire iudicauit, vt alius aliò ſecedat, & omnis inuidiæ, aut rixarum tollatur. Ita Loth, prout conuenerat, verſus Pentapolin habitationis ſibi locum delegit. Quæ cauſa cur vicino malo implicitus à Regibus 4. abductus ſit. Felix quod Abrahamum vindicem, ad manus habuerit, qui collecta tumultuariò vernularum manu non amiſſa modo, ſed & aliam longè prædam reportauit. Quinquaginta annorum erat Loth cum Aſſyriorum manibus eriperetur. Vnde Iudæis ſacer iubilæus poſt 7. hebdomades recurrens; qui vt pleraq; alia diuiniore modo ad Chriſtianos tranſierunt: ita vt recurrente remiſſionis anno, limina Apoſtolorum viſenti peccatorum omnium vulgo tribuatur indulgentia.

In hac operum præcipua.

Allegoria: Intelligibilibus ſedant, quod ad ſenſibilia proclinue, reycit.

Ambroſius c. 3. l. 1. de Abrahamo.

Geneſ. 13. Ioſephus lib. 1. c. 17. Hiſt. Schol. c. 46. Vide Perſica, Aſſyriaca, & Tentapolim.

Regum nomen olim exile, & ſuum fere vnaquaque vrbs habebat.

Geniſis 14.

318. erant

Leuitici 25.

Numero 36. A Bonifacio 8. & Alexandro 6. Apud Platinum. Hiſt. Schol. c. 47.

CAP. V.

Digitized by Google

CAPVT V. *Pia in Deum.*

Genesis 15. Hist. Scho. c. 51. & seqq. Philo quis rerum diuinarum hæres sit. Tertull: aduersus Iudæos. Augustin. l. 16. c. 26. de ciuitate & sequen. Philo.

SED ad Abraham redeamus, cui nõ semel Deus terram totius orientis fertilissimam, filiorum copiam & æternitatem, & in iis Messiam promisit. Ne autem dubitet, ecce signum. Masculus octaua ab vtero die circumcidi iubetur, vt meminerint à Deo electi & eligendi impurorum affectuum fomitem præscindere,

Figura: Facta à Christo promissionis S. Petro de fide eius duratura.

Vide caput de Ætate prima & fabulosa.

Genesis 17. Hist. Schol. c. 50. Antoninus t. 2. c. 3. §. 3.

Paret ilico vir sanctus, & se, & viros omnes, & Ismaelem, quem ex Agar ancilla sustulerat ritu debito circumcidit. Et vt alius plane esse videretur mystico intellectu nomen quoque suum mutauit Abram parenti dictus *a* Abraham Deo.

Prudentius præfat. psychomachiæ.

Chrysost. homi. 29. vult circumcisionem signum tantum fuisse nec quicquam gratiæ contulisse. Idem in Sara factum cũ anteà Sarai diceretur. a id est, pater gentium.

CAPVT VI. *Pia in proximos.*

Genesis 18. Iosephus lib. 1. c. 19.

HOspitalitatis laudem, quam meruerit vno patebit miraculo. Cum mediæ diei æstu prospiceret viros 3. quorum gestus viatores referebant, blanda inuitatione quamuis reluctantes in suum pertraxit tabernaculum, liberalitatis suæ expertes non passus præterire. Vitulum mactat, panes subcineritios apparat, nihil quod ad humanitatem facere posset prætermittens, vnde & meruit iteratam terræ Canaan promissionem, filium ex sterili imo filios stellarum multitudinem superantes. Interim duo ex Angelis istis qui assumpto corpore ignoti Patriarchæ hospitio successerant, Sodomam execrandæ impuritatis prostibulum contendunt, Loth erepturi. Conabatur Abraham futura per hospites edoctus iustam Dei vindictam precibus mitigare, sed 7. iustorum in 5. vrbibus defectu frustra conabatur.

Augustin. l. 16. c. 29. & 15. cap. 3. Suidas.

Figura trinitatis Allegat. Triplicitèr Deus Deus apud homines, vt est, vt Deus, id est, beneficus, vt Dominus, id est, iustus.

Alijs similacrum.

Hospitalitatis virtus & meritum.

Ad Hebræos 11.

Vide Pentapolim. Suidas.

***

Digitized by Google

CAPVT VII. *Isaaci ortus & pueritia.*

Prudentius.
Iosephus l. 1. c. 20.

ET iam victa Sarra in aluo fertilis Munus fuentæ mater exanguis stupet, Hęrede gaudēs & cachinni pœnitens quem continere non poterat, audito quod ferum suspenderet vbere natum, Angelorum vaticinio, cuius leuitatis admonita risum reuerenter negabat. Et puero cum circumcideretur octauo vt præceptum erat die, à risu nomen inditum Isaac. Hunc tum ob naturalem affectum, tum ob mores probatos & relucentem in ista teneritudine indolem parentes amore, vt par est, prosequebantur, vsque adeo vt à seruo indignitatem aut seniore periculum metuens parens, matris suasu Deique assensu Agar, ancillam cum Ismaele remouerit, cuius deinceps in gentes 12. semen est propagatum. Adolescebat interim Isaac moribus magis, quam ętate maturitatem referens. Vnde tempus putans esse Deus amici sui mentem secundis assuetum aduersis explorare, iubet sobolem tam diu desideratam, tam anxie nutritam sibi in sacrificium mactari.

Sedulius.

Genesis 21.

Philo de præmio & pœna.

Philo de profugis.

Hist. Sobo. c. 58.
Genesis 16.
Iosephus l. 1. c. 28.

Ambrosius de Isaac & anima.

Figura:
Nati ex Elisa Ioannis.

Allegoria:
Primus & solus virtutis fructus est gaudium spirituale.

Allegoria:
Isaac spiritus, Ismaeli caro abblandiatur, Sara virtutem offendit qua à ratione eam vult superari.

Allegoria:
Ancillæ sunt scientiæ, quæ virtuti famulantur, quibus mens exerceri debet, si virtutis sublimitatem non capit. Vbi autem iis assuefacta viam sibi ad sublimia strauit, remouere eas debet.

Ille dicto citius paret, vincente cognationis affectum Dei reuerentia, filiumque huius edicti ignarum, lignis & sacro apparatu onustum in Moriam montem se prosequi iubet: æquum censens vt ipsa victima deportaret, quæ exigebat sacrificium.

Genesis 22.
Iosephus l. 1. c. 22.

Vbi postea templum, eorum sacrificiorum hac figura.

Lapides congeruntur, ara instruitur, puer de victima sollicitus, audet patrem consulere: deficeret alius quæstionis auditu, & responsi conuenientis cogitatione: Abraham Deo curam fore, hoc solum respondit & correptum filium aræ admouet haud quaquam reluctantem. Hic vtrum magis mireris patrem se Deo tam aut filium patri tam alacriter impendere. Alter ceruicem, alter gladium educit in iugulum innocentis. Et perierat nisi idem qui iussit prohibuisset, animi se non animæ spectatorem

Antoninus t. 2. c. 1. § 7.

All.
Sacrificii gaudium animi Deo offert, id est, ad eum refert.

Figura Christi se patris voluntati subjicientis & ad crucis alienamentum, qui & resurrectione liberatus est.

Digitized by Google

rem professus, & ariete substituto licentiori victima libari sibi innuit.

CAPVT VIII. *Coniugium.*

Tertul. de resurrectione.
Genesis 23.
Ioseph. l. 1. c. 23.
Prudentius Enchiridij tetrastichо 4.

NON multo post Sara è viuis sublata est, cuius maritus corpori humando agrum emit ab Ephron f. seor. Hoc illud spelæum sanctæ requies vbi parta fauillæ est, cui illorum corporis custodia crederetur, vnde Deus peculiarem sibi sumpsit appellationem.

Allegorice: Sara virtus, mors consummatio, Cethura superinducta vnio cum Deo

Id est, 3. patriarchar.

Genesis 24.
Iosephus l. 1. c. 24.
Eliezer vocatur seruus.
Hiero 1. in Iouinianum c. 47. ob Christi aduentũ factum.
Augustinus lib. 16. c. 33.
Hist. Schol. c. 60. & seq.

Tum etiam nonagenario Isaac coniugem adducturus mittitur seruus ad Bathuelem ex Nachore fratre affinem, qui contacto senis femine, concepto solenniter iuramento in Mesopotamiã proficiscitur. Inter alias coætaneas occurrit Rebecca, cuius gratia aduenerat; & Rebeccam esse ex præstito sitienti aquæ haustu agnoscit, & agnitam fratre Laban tutore non inuito abducit.

Allegorice: Seruus prophetа Isaac Christus, Rebecca anima, putem S. Scripturã.
Figura: Seruus Gabriel. Rebecca Maria. Isaac Christus.
Aliàs Patientiam refert vt Philo.
Figuras Christi cum muliere Samaritana.

Heb. eandem cum Agar fuisse volunt.

Tandem annis confectus Abraham cum mortem sibi imminentem sentiret & plures ex Cethura aliisque secundariis vxoribus supererent filii, omnes muneribus legatis dimittens rerum suarum successori declarato Isaac benedixit, mortuusque eodem cum Sara tumulo sepultus est.

Alij hanc volunt vxorem fuisse primariam defuncta Sara.

Hist. Scho. c. 62.
Ioseph. lib. 1. c. 25.
Genesis 25.

CAP. IX. *Ortus Iacob.*

Hist. Scho. c. 66.
August. l. 16. c. 36. & seq.

POst cuius obitum vxori quoq; sterili Isaac fœcunditatem precibus obtinuit, adeo mirabilia sua volenter naturæ legibus nõ astringente. Idem Deus à grauida consultus duos populos huius vtero circumferri respondit, minoremq; maiorem futurum. Necres morata est. Illud enim corporũ in nascentibus qualitas facile promitteret, cum Esau hirsutus corpore ad seruitutem ferendam idoneo, Iacob tenerior & mentis vigore valuerit ad imperium magis conuenienti. Accedit quod

Isaac virum genuinæ & naturali perfectione sapientem repræsentat.

Allegorice Rebecca anima. Isaac verbum Dei. 2. fœtus vitia & virtus.

Antoninus t. 2. c. 2.

Digitized by Google

Ambroſius de Iacob & vita beata l.2.c.2.

cum ille venatu vitam ſuſtineret, feſſusq, domum rediiſſet, rufæ pultis, quam mater Iacobo parauerat, condimento impotenter delectatus, interpoſita ſtipulatione primogenita fratri vendidit. Iſaac autem nihil à paterno more recedens in Geraris & alibi peregrinatus eſt. Cum ſeruis Abimelech ob puteorum & aquæ proprietatem nata controuerſia, quæ tamen breui interueniente ſenis authoritate ſopita fœdere percuſſo ceſſauit.

Allego:
Eſau mundanum primogenita innocentia:
Rufa puls voluptas:
Iacob Diabolus.

Geneſis 26.

CAPVT X. *Iſaaci mors.*

Geneſis 27.

ILla autem de quibus loquor primogenita prædeſtinatione & redemptione in ſe translata Iacob matris ſolertia & ingenio cum ſolenni benedictione, patri exorſit. Cum enim Eſau venatum profectus eſſet ferinæ pulmentum de more vltimæ apprecationi præmittendum curaturus, Mater cum edulio raptim inſtructo minorem Iacobũ ſubſtituit, pelle hircina manus tectum docens fratrem ſimulare, eo facilius, quod coram cæco, eo certius quod altero in ſiluis occupato. Nec fefellit abundè enim filios, bona, opes, fortunam Deumque propitios moriturus ſenex iuueni exorabat.

All.
Iacob virum per contemplationem perfecte ſapientem refert,
Cui nihil vt Ambroſius ait vtri beati defuit.

Hiſt. Schol. c. 72.

Ad Hebræos 11.

Figura:
Electio pro Iudais Eccleſiæ

Item:
Iacob in omnibus ſenſibus erranit præter audetum, ita nos in Euchariſtia.

Ioſephus lib.1.c.26.

Malachiæ 1.

Interea Eſau reuerſus cum vix quicquam ab exhauſto dolisque præuento patre expreſſiſſet, iram in fratrem effudit, quam tiuens ſollicita mater in Meſopotamiam dimittit, donec animus ſui capax mitiores affectus induat frater.

Figura:
Chriſti in Ægyptum fugientis Oſee 11.

CAPVT XI. *Iacob geſta foris.*

Geneſis 29.
Ioſephus l.1.c.27.

HIc dum ageret, Rachel amore captus ſeptennium ſeruire non recuſauit vt ea poriretur. Quo elapſo cum à Lya ſororis Rachel loco ei ſuppoſita circumuentus eſſet, alterum addere nõ dubitauit, camelis & pecori agendo operam ſuam locans, donec ſuo ſatisfecit deſiderio.

All.
Referunt rationalem & brutam animi partem 2. has vxores, quarum illi eloquentia, huic in victu quærendo ſolicitudo famulatur.

Figura:
Iacob Chriſtus, Meſopotamia mundus, Rachel Synagoga, Lya Eccleſia, Canaan cælum.

Hiſtor. Scho. c.73. & decem ſequentibus.

Ambroſius l.2.c.5.

Lya

Digitized by Google

Lya porro Ruben, *a* Simeon, *b* Leui *c* & Iuda *d* peperit: & fœcunditati ſororis inuidens aut metuens Rachel Balam ancillam viro ſubmiſit, vnde Dan *e* & Nephtalim *f* orti; quod imitata ſoror ex Zelpha Gad *g* & Azor *h* ſuſtulit. Ad extremum Lya mandragoræ malis alienati à ſe coniugis concubitum mercata, enixa eſt Iſachar *i* & Zabulon *k* Rachel autem Ioſeph *l*.

a *Id eſt, filius viſionis.*
b *Exaudibilis.*
c *Firmator.*
d *Gratiarum actio.*
e *A Deo iudicatum.*
f *Ex machinatione.*
g *Fortuitus.*
h *Beatificus.*
i *Mercede factus.*
k *Fauoris pignus.*
l *Augmentum.*

Geneſis 30.

Franc. Georg. to. 1. prob. 215. probat hic & cantic. 7 pro Mandragoris lilia legendum, quæ vt Dioſcorides ait calida & conceptui propria.

Mortuus aũt Iſaac in Ebron parentum ſuorum & coniugis tumulo ſepulturæ locum elegit, filius autem Iacob exilii grauitatem contemplatione, ſeruitutes moleſtiam amoris ſuauitate mitigabat.

Geneſis 35.
Ioſephus l. 1. c. 23.

Philo de ſomniis.

CAPVT XII. *Geſta in reditu.*

Allegoria: Laban dæmon, Iacob hominem in Meſopotam. peccatis quietum dum fugit per pœnitentiam perſequitur.

POſt viginti autem annorum ſeruitutem, cum abitum apud Labam fruſtra ſæpe precibus tentaſſet, fugæ conſilium iniit, vxoribusque re pecuaria & familiari paratis nihil ſentienti ſe ſubduxit. Rachel autem idolum (quanquam ei fidere dediciſſet) ſecum abſtulerat. Cuius furti fugæque indignitatem continuo inſecutus Laban non leuiter reprehendit; donec à Iacob conuictus, in monte Galaad ſacris peractis fœdus renouauit, fœderisq; teſtem in ſtemmate aræ columnam relinquens abſceſſit, Iacobo liberum abire permittens.

Geneſis 31.

Philo de profugu.

Hæc Eſau erat ſedes.

Qui inde in Seyr Idumæorũ caduceatores ad fratrem deſtinat, qui armata manu vi in occurſum properabat, cuius iram muneribus fregit, animum ſupplici demiſſione ſibi conciliauit.

Geneſis 32.

Geneſis 33.

CAPVT XIII. *Apparitiones.*

MVltoties Deus huic Patriarchæ apparens arcanorum cæleſtium contemplationem adumbrauit. Cum fratrem fugeret itineris moleſtia fatigatus, in ſomnis vidit à terra ad cælum toto quantum eſt ſpacio ſcalam protenſam Angelosq; deſcendentes & aſcendentes.

Typus Eccleſiæ militantis ad triumphantem relatæ.

Geneſis 28.

Lapis in illo loco in titulum erectus.

Euigi-

Digitized by Google

Euigilans autem prompto fidei iudicio cognouit rem, quæ per imaginem illam repræsentabatur vnde & meruit promissa patris auique iterato audire, futurum vt in ipso benedicantur omnes tribus terræ, Deus custos illius sit quocunque perrexerit, nec derelinquat donec adimpleantur quæcunque dixit.

Genesis 32.

Hiero. Spiritualem luctũ fuisse aly corporalem volunt.

Iterum in loco qui inde Manahim dictus Angeli obuiam facti.

Iterum apud vadum Iadoch vir ei occurrens siue is Deus *b*, siue Angelus fuerit *a* noctem totam cum eo *c* luctatus, quem *d* luce appetente cognitum abire properantem non prius dimisit, quam *e* benedictionem impetrasset.

Figura:
a *Sub lege.*
b *Messiæ.*
c *Patribus.*
d *B. Virgine.*
e *Omnu carnis.*

Locus Phanuel appellatus

In hoc certamine quia nerui dolorem ex contactu agonothetæ sui senserat, neruorum esu apud posteros eius perpetuo abstinetur. Et ne quicquã veteris hominis seruet, qui rerum sublimium & à caducis remotarum contemplatione occupatur, pro Iacobo Israelis nomen ab euentu, quod Deũ viderat, imponitur.

Vide caput de victu.

Genesis 35.

CAPVT XIV. *Fortiter gesta.*

EX Phanuel iter arripuit in Sichem vbi cum Emmor Regis filius Dinam ornamenta prouincialium sibi ementem deperiret, sollicitaret aut vt alii subdidisset, importuni amoris & coniugii pœnas cum tota ciuitate extinctus persoluit. Indignum nempe arbitrabantur vterini Dinæ fratres hac contumelia affectos hospites inultos recedere, & adolescentes virginis castitatem non vindicare.

Genesis 34.
Egressam vt videret mulieres.
Sulpitius.
Iosephus.

Cananæorum.

Exemplum vindicatæ castitatis.

Non multo post Rachel in Ephrata fatalem filiorum duodenarium impleuit, isto solo infelix, quod ex partu mortua eodem cum patribus suis tumulo nequiit sepeliri. Ideoque puero Beniamin nomen inditum.

Id est, luctus.

CAP. XV.

Digitized by Google

CAPVT XV. *Ioseph ætas tenera.*

Philo de Ioseph.
Iosephus lib. 2. cap. 2.
Histor. Schol. c. 87.

Genesis 37.

INter filios Iacob Ioseph erat, quia inter iuniores & seni natos, patri carior, quæ res inuidiam reliquorum & odium ei conflauit, quos detulerat aliquando criminis perpetrati nomine.

Exemplum viri ciuilis.

Cuius prima nota delinquentium accusatio non habita inuidiæ ratione.

Ambrosius de Ioseph. c. 2 & 3.

Accedebat adhęc secundum quietem promissa per visum dominatio, cum à sole luna stellis vndecim suam, à manipulis vndecim suum adorari vidisset. Vnde ad inuidiam accessit irrisio, ad odium seruitutem metuens sollicitudo. Iunctis itaque animis & capitibus laboratum est, vt somniator ille è medio, aut saltem è conspectu tolleretur. Nec defuit occasio: ad fratres enim in Dothain pascentes missus cum mandatis parum à morte abfuit, nisi Ruben & quorundam animus à sanguinis profusione alienior, vt in cisternam veterem mitteretur impetrasset. Vnde tamen paulò post extractus mercatoribus Ismaelitis illac forti iter facientibus venditur, triginta ārgentorum precio.

Antoninus ti. 2. c. 3.

2. Nota iniuriarum patientia ad omnem casum parata.

Figura: Christi ad Iudæos missi à patre, à quibus repulsus ad gentes abijt.

Ioseph Arabes, alii Madianita sunt. Ambrosius c. 4.

Figura: Christi venditi.

Et ne fratrum coniuratio patri innotescat, serica puerum veste exuunt hædiq; sanguine tinctam per fœminā seni offerunt, suspicionem facturi à fera deuoratum. Qua conspecta & agnita senex cilicio indutus, gemens nullamque admittens consolationem vnici dilecti mortem, quam suspicabatur deplorabat.

Aliàs ab ipsismet oblatum legitur.

Figura: Christus venditus Iudæ est & tum tunicam eius, id est, carnem laceram per B. Virginem offerunt patri.

Ioseph. sacro l. 2. c. 3.

CAP. XVI. *Ioseph acta in Aegypto.*

Genesis 39.
Ioseph. erat super cocos Regis.
Philo cocorum principem.
Hist. Schol. c. 90.

INterim Ioseph in Ægyptum perductus à Putiphare Pharaonis eunucho & exercitus principe emptus, breui ita se Domino suo probauit, vt domui vniuersæ eum præfecerit.

Philoni Tetephre vocatur.

Ambrosius c. 5.

Capta autem amore eius hera, cum vultu liberali & moribus esset compositis, in suam adolescentem sententiam blanditiis pertrahere diu multumque tentabat: ille contra, Deum timens excusare, negare, fugere, memor solam ex omnibus hāc

Exemplum castitatis.

Figura: Custodite à Iosepho B. Virginis Esai. 6

Digitized by Google

fuga parari victoriam. Quod conſpicata amens domina verſo in furorem amore, pallio fugientis apprehenſo quaſi ſibi vis inferretur exclamat, credulumque Putifarem facilè inducit vt innocentem carceri mancipet, ſed vnde ſpecioſius euadendi futura erat occaſio. Quæ fuit huiusmodi: Piſtori pincernæque regiis eodem ſecum carcere clauſis ex tribus farinæ caniſtris quorum ſumma coruos depaſcere, huic ex triplici vitis propagine, vnde expreſſum Regi muſtum defundere ſe viſus erat, illi crucem, huic dignitatis recuperationem poſt triduum prædixerat, & vaticinio euentus reſpondebat. Biennium inde abierat cum Regi futurus regionis ſtatus bonus malusque demonſtratur duplici quo res certior euadat ſomnio. Priore vidit *a* ſeptem vaccas emergere in ripam è *b* flumine pingues *c* obeſasque. Poſt eas *d* totidem vix oſſibus hærentes cum aliis ſecundum flumen paſcere, quæ prioribus deuoratis nihil tamen de macie ſua remittebãt. Experrectus rex viſi nouitate terretur, relapſusque in ſomnum, videt 7. vno culmo enatas ſpicas proceritate & magnitudine eximiis, quibus adnatæ aliæ 7. languidæ & exiles culmum priorem repente abſumpſerunt. Rex iterata hac viſione dubius animi cũ reliquũ noctis inſomnis egiſſet, mane primo Aſtrologis rem aperit. Cumq; non eſſet qui ſe poſſet expedire Pincernæ monitu accitus Ioſeph, vberis atque famis duo per ſeptennia tempus præmonſtrauit, addito inſuper remedio qua maximi vi bium morbi, famis, vires frangi & incolarum poſſit occurri periculo. Si nimirum oppidatim & vicatim quod ſatietati hominum ſupererit reponatur, placuit omnibus cõſilium primaque à Rege dignitas Ioſepho decernitur, qui totõ portentoſæ fertilitatis tempore tantum tritici in horrea conuehi curauit, vt ſuccedente penuria non Ægypto tantũ ſed & circumiacentibus populis ſupereſſet diſpertiendum. Commune enim omnem

Figura:
Chriſti inter duos latrones crucifixi, quorum vnus eo prædicente ſalutis.
Geneſis 40.

Ioſephus lib. 2. c. 4.

Hiſtor. Scho. c. 91. & 92.

Iuſtinus l. 36. cum ſomniorum interpretem fuiſſe.

Sic Oroſio vocatur.

Geneſis 41.

Ambroſius c. 7.

Prudentius tetraſtichon.

Orosius l. 1. c. 2. ex Trogo.

Hiſt. Scho. c. 93 & 4.
Ioſephus cum ſaluatorem appellatum & Aſſeneth f. ſacerdotis heliopolis accepiſſe vxorem l. 2 c. 5.

Ambroſius 3. officio c. 6.

3. Viri ciuilis nota ſi caueat ne in peregrinatione vitæ vitiis imbuatur.

All.
Piſtor pœnitens, caniſtrum bona opera, in capite ferat vt videant, corui diaboli.

All.
Somnia intelligere, id eſt, vitam hominis poſſe diuinare dicare.

Figura:
Chriſti vni ex duobus latronibus vitam pronunciantis.

Amoſi.

Allegorice:
Intellectus Rex corporearum regionum.

Figura:
a *Hominis ætates.*
b *Diuina gratia.*
c *Tempus miſericordiæ.*
d *Tempus iuſtitiæ poſt hanc vitam.*

Orus hic ab Herodoto l. 2. appellatur.

4. Viri ciuilis nota futuræ curæ & prudentiæ.

Figura:
Ioſeph 30. anno præfectus eſt, Ægypto, Chriſtus 30. anno cepit prædicare.
Præco currum præcedens Ioſephi, & Baptiſta Chriſti.

Digitized by Google

omnem terram malum inuaſerat: ita vt ex omni parte per legatos opem imploratent. Iacob quoq; deficientibus ad victum neceſſariis vno domi retento decem reliquos filios in Ægyptum frumentatũ ablegat, qui fratrem ignotũ noti ipſi adeuntes, maieſtate obſtupefacti, recepto gentis more adorant, euentu ſomnia confirmantes. Ioſeph vẽditores ſuos conſpicatus, nihil tamẽ hoſtile in animum admittens, quaſi exploratores & nefarium operam hoſti regio pollicitos inſimulat. Illi cõtra negare ſe huic culpæ affines, nec ab hoſtibus veniſſe, nec affectos hoſtiliter, ſe natura paci, ætate legibus & ſenis patris obſequio aſſueuiſſe, cui ex 12. filiis vnum ſublatum è medio, decem aſtare, vnum propter ętatem nondum peregrinationi maturam domi manſiſſe. Excipiens mox Ioſeph (nam hoc expectauerat, vt de parente & vterino certior fieret) verbis, ait, veſtris fidem facite, & obſide hic relicto fratrem, quem dicitis minimum adducite. Tum primum fratris venditi ſubiit omnis recordatio & alius alium increpabat, quaſi Deus modo huius facti pœnam à ſontibus exigeret.

Genesis 42.

Ambroſius c. 8.

Hiſt. Schol. c. 94.

Figura: Reliquis Apoſtolis ad prædicandum miſſis, Paulus necdum conuerſus manebat apud Iudæos, donec à Chriſto vocaretur.

5. viri ciuilis nota obliuio iniuriarum & minimum velle cum multum poſſis vlciſci.

Allegat Ioſeph Deus Fratres virtutes, Beniamin humilitas. Quæ adeſſe debet, vt gratia Dei potiamur.

Intelligebat hos ſuſurros Ioſeph & impar affectui lachrymis erumpentibus ne proderetur, ſe auertit, & poſtquam delachrimauit, vinciri iubet dolore paulum leuato fratrem à grandiſſimo proximum, vel quod is ſibi à minimo proximo oppoſitus, vel quod conſpirationis nefariæ author extiterat primarius. Hoc ita conſtituto reliqui abitum maturabant, impletis per frumentarios ſingulorum ſaccis, & ſaccorum orificio omnium precio repoſito, auctario etiam tanto quantum redeuntibus in itinere poſſet ſufficere.

6. Nota pœna irrigatio ad emendationem peccantis non ad odium.

Antoninus tit. 2. c. 3.

Figura: Abeuntes morientes, pretium bona opera, recipimus, quod ipſum nonniſi veſperi in fine vitæ obtinetur, cum frumenta, id eſt, gratiam Dei & bona temporalia pro iis recuperamus.

Ambroſius c. 9.

Quod ipſum non niſi ſub veſperam exoneratis iumentis aduerterunt, inſidiasque rati animo deſtituebantur, & interquieſcente per noctem corpore mens improuiſos caſus per otium penſitans magis magisque angebatur.

Digitized by Google

Vbi domum ventum eſt genus nouum miſeriæ, cum de fratris carcere Beniamin abductione, omnium periculo pater certior reddendus erat. Ille enim gemitum ducēs eximo pectore nunc ſe mēbratim perire, nunc filios deplorabat; donec maximus natu Ruben duobus filiis in locum relictis exorauit, vt Beniamin abduceretur.

Geneſis 43.

Ambroſius c. 10.

Quo comite in viam ſe dant muneribus & duplicato tritici precio onerati. Vix in Ægyptum venerant, præfectus annonæ ad menſæ ſalisq; communionem nihil minus expectantes adducit. Superueniens data acceptaque ſalute Ioſeph, gaudii teſtes lachrymas non reprimebat, ideoque quoad affectui tanti ſuperindulſiſſet ſecedens, tandem rediit obſidem illis ſuum reſtituens.

Figura: Ruben Ananiæ, Beniamin Paulum per Baptiſmum adducit.

Poſtera die iubet diſpenſatorem domeſticum ſaccos frumento replere, precium que addere, minimi autem ſacco poculum indere præſtantiſſimū quod ad quotidianas potiones ei ſeruiebat. Curat ille remotis arbitris quā optime. Diſcedunt hoſpites fraudis ignari, lætus & inſperatis ſucceſſibus exultantes, niſi inopinatus pauor ſuperueniſſet. Præfectus cum cohorte domus regiæ curſum accelerans vt maneant manu indicat, cumque propius acceſſiſſet, fures ingratos calumniatur, qui regis munificentiam impio facinore remunerarint. Illi ad vocē obſtupefacti dolore & metu correpti vix eloqui, nec niſi conſcientiam fateri taciturnitate viderentur vocis iter fauces præbuiſſent. Nullius ſceleris conſcii ſibi vno ore diris eum deuouebāt, qui tale quid deſignaſſet. Poſtquam autem cyathum in iunioris ſacco abſconditum offenderunt ſciſſis veſtibus pueri infelicis, ſuam, patriſque decrepiti fortunam complorabant. Cumque vnus ille, qui deliquiſſe putabatur ad pœnam & ſeruitutem rapiendus diceretur, ibi ad vota ad lachrymas itum: vnus & item alter pœnam non quidem deprecantur, ſibi enim ipſis contradicerent, ſed permu-

Ioſephus l. 2. c. 6. Hiſt. Scho. c. 95. Geneſis 44.

Ambroſius c. 11.

Figura: Ioſeph Chriſtus in ſacro ſermone, Beniamin Pauli abſcondi curauit ſyphū ſuum ſeruorem & amorem ſuum.

Digitized by Google

Geneſis 45.
Ioſephus l. 2. c. 7.

permutationem fieri deſiderant. Ioſeph horum arbiter non vltra valens diſſimulati affectus ſigna reprimere, ſemoto famulitio, quis ſit fatetur, omnium in ſe patratorum veniam promittit, patremque quam primum, iuſſu Regis, qui iumenta & plauſtra ad ſubuectionem, terrã Geſſem ad habitationem ſuppeditauerat, iubet aduehi. Cui apud Hieropolim occurrens profuſis vbertim lachrymis in mutuos amplexus ruebat.

Figura: Chriſti pœnitentibus ſe tandem manifeſtantis.

Hiſt. Scho. c. 97.

Geneſis 46.
Ioſephus l. 2. c. 8.
Ciuitas Heroum dicitur.

7. Nota Facilis præmiorum largitio & gratitudo.

CAPVT I. *Iacob in Aegypto.*

Geneſis 47.
Hiſt. Scho. c. 99.

REx conſpicatus venerandam ſenis faciem patris loco exceptum venerabatur.

Ioſephus lib. 2. c. 9.
Hiſt. Scho. c. 100. & 14. ſequent.
Geneſis 48.

Interiecto autem tempore cepit Iacob ſenio morboque exhauſtis viribus deficere & conuocata filiorum multitudine ex Ioſeph nepotes adoptat Effraim & Manaſſe cancellata benedictione impertita, ita vt à dextris ſtanti ſiniſtram, à ſiniſtris conſiſtenti dextram impoſuerit, non ſine arcano inuſitatæ rei myſterio. Deinceps ex ordine filiis bene precatus Ruben quidem, cui primogenituræ ius debebatur, quod effluens eſſet ſicut aqua, id eſt, nullum boni veſtigium relinquens, ea priuatus factus eſt ſicut vnus reliquorum.

1

2. Imago Crucis dominicæ & manuum impoſitionis figura

Figura: Reiectionis Iudæorum præ gentibus.

Ruben.

Figura: Chriſti & 12. Apoſtolorũ cum Paula.

Ad Hebræos c. 11.

Geneſis 49.
1. Para. c. 5.
Concubuiſſe cum Bal. DD. volunt exc. 35.

Ob ſychimitas Gen. 34. vel in Ioſeph conſpiratorem. Geneſis 37.
Ambroſius de benedictionibus.
Heb. ad Geneſis 49.
Ob Dauid in Goliath.
Meſſias vel Nabugodonoſor.
In expugnatione terræ.
o q. primus in mare poſt Mœſen deſcendit.
Vob Chriſti geneam.
Alij de lege ſtudio hoc ſapiunt.
Ob Samſonem Iudicũ 13.
Ob terræ qualitatem in quem primogeniti ius translatum partim & Sichem data extra ſortem vel ob altare holocauſti in illa tribu vel vt Auguſt.
Ob Paulum Apoſtolum.

Simeon & Leui vaſa iniquitatis bellantia, diuidendi & diſpergendi prædicuntur, cum hic in terræ diuiſione ſorte caruerit, illius pars vix recepta in partem paſſim oberrauit. Iuda catulo leonis cõparatur, nec ſceptrum auferendum ab eo donec veniat qui mittendus eſt, hunc ab inimicis timendum, à ſuis laudandum, o à Deo benedicendum. Zabulon ſedes ſua ad mare nunciatur. Iſachar terræ fertilitas & cultura, Dan indicaturus, Gad bellicoſus, Azer delitiis abundans, Nephtalim frugũ præcoci prouentu, Ioſeph præ omnibus beatus, Beniamin vt lupus rapax, qui mane comedit prædam & veſpere diuidet ſpolia, deſcribitur.

Simeon, Leuĩ.

Iuda.

Zabulon.
Iſachar.
Azer, Gad, Dan.
Nephtalim.
Ioſeph.
Beniamin.

Digitized by Google

Quibus peractis cum de ſepultura ſua paucula mandaſſet, exſpirauit, in patrum ſuorum tumulo repoſitus, 7 iduo à tota Ægypto deploratus. Nec multo poſt Ioſeph, qui 17. annos in paterna domo egerat, 13. ſequentibus varios fortunæ caſus, venditionem, ſeruitutem, carceres expertus 80. reliquis in ſumma felicitate famis vbertatisq; diſpenſator optimus transegit, vſque dum ſenio grauis ad mortem vocaretur.

Ge. c. 50.

Poſt quem deinceps populus Iſrahel, hoc enim nomen aſſumpſerat, in Ægypto permanſit ſummo apud omnes loco, quoad ſuperfuerunt, qui accepti à Ioſeph beneficii meminiſſent. Quo tempore tam numeroſam ſobolem procreauit, vt Regibus ipſis terrori eſſet multitudo metuentibus ne quando libertatem armis vindicarent, aut ſuperãte numero inquilini cum indigenis contenderẽt. Opera itaque eorum ad vrbium ædificationes inſanas pyramidum moles exſtruendas, foſſas, turresque erigendas abutebantur, ignauiam populi inuidiæ ſuæ prætexentes.

A Iacobo.

Allegoria: Pharao prior indicium rationis, poſterior appetitus ſenſitiuus, Ioſeph Chriſtus

Hiſt. Scho. c. 2. & ſeq.

Sulpitius.

Ioſe. cauſam putat ignauiam Ægyptiorum, horum lucro inuidentium l. 2. c. 10.

Herodo. l. 2.

H. Schol. duas nominat vrbes tabernaculorum, id eſt, præſidiarias, Pſithon & Ramaſſam ab iis adificatas, & iuſſos platea efferre iuſſos.

CAPVT II. *Moyſis ætas tenera.*

PArum erat ſeruire & ſæuire niſi naturæ benignitatem, quæ ſpei aliquid reliquerat, obſtruerent, & nefariis artibus non vires modo, ſed & vitam accidere cepiſſent, cum obſtetrices iubẽtur fæminas quidem bello inutilem turbam educere, mares autem quam primum natos tollere. Durum profecto miniſterii, miſerum mortis genus materno præſertim animo. Intolerabile niſi euadendi copiam per Moyſen Deus feciſſet.

Rex qui hoc edixit Amenoptes 9. Ægyptius Iſmãdes Beroſo Chenetes.

Allegoria: Mares ratio. Puella ſenſus. Rex diabolus. Ægyptus orbis.

Vel figura: Martyrij innocentum ſub Herode Hiere. 31.

Hiſt. Scho. refert de tauro qui è fluuio vbi merſi infantes prodijt, & obſtetrices vocat. Sepherem & Phuen.

Ioſephus cauſam ponit cuiusdam ſcribæ ſacrorum vaticinium de naſcituro Hebræorum liberatore.

Auguſt. l. 6. c. 43. Ioſepho Amaramus pater, mater Iochobel vocatur l. 2. c. 11.

Exodi 2.

Hiſt. Scho. c. 5.

Hic enim Hebræis natus parentibus, matre Arabica, poſthabito tyranni edicto, tribus menſibus clam obſtetricibus domi nutritus, cũ lacte indolẽ imbibit, cuius poſtea tot oſtẽdit inſignia. Parentes autem veriti captatorum delationes, ne & ipſi dum puero

Allegorice: Rex perfectus, qui & ſacerdos & legislator & propheta ſit per hunc oſtenditur.

Digitized by Google

puero consulant, non profutura fiant mortis accessio, deploratum flumini in fiscella scirpea exponunt. Erat Regi vnica Thermuth, ideoque vnice dilecta filia, quæ mater fieri von potens, liberorum tamẽ desiderio tenebatur, vt esset qui in fortunatam auiti regni sortem succederet. Accidit vt familiariũ stipata sodalitio secundum flumen ambularet, expositumq; infantem conspicata affectu in maternam pietatem vergentem miserata, cum Hebræum in Regiam deferre formidaret, mulieri nõ dudum partu leuatæ, sic enim intellexerat, nutriendum mercede commisit. Nutrix aũt in quam fortè incidit ipsiusmet mater erat; quæ nutriendi operam haud grauate puero impendit, quem alienum fingebat. Vbi verò maioribus quam ætas ferret incrementis auctus, ablactatus est, redditus regiæ virgini tantum placuit, vt pro filio educaretur. Ita nactus educationem regiam, heroicis moribus liberale formauit ingenium. Breuique omni sciẽtiarum & humanitatis genere instructus spem omnium superauit, reputantiũ iam inde nihil mediocre adolescentem hunc præ se ferre, qui virtutis suæ specimen in ætate illa ediderat, & vnum Israhelitici laboris exactorem cæteris asperiorem in tot miserorum perniciem spirare non sustinens, sua manu interemerat. Quod facinus non cædis ratione, sed quod humanius & aliter à Rege sentire videretur de peregrinis, morosam maiestatem offendit. Qua occasione gaudentes purpurati, tyrannidi suæ de qua olim pœnas sumpturum adolescentem præuidebant, optimè secũ agi opinantur, si pronas aui aures detractionibus replentes exilium aut aliud peius ei procurassent. Persuadebant facile eum diadema quod Regis puer calcauerat ante tempus repositurum sibi quem omnibus aiebant ex tunc insultare.

Inde Moyses dictus. Mos enim Aegyptiis aquam significat. Is saluatus.

Vt Philo. Hebraï autem Monium ante dictum volunt.

Allegoria: Moyses anima, Aegyptij mali, lac suggestio, Termuth sapientia, 3. menses memoria 3. nouissimorum.

Iosepho q. nutrices ethnicas respuebat.

Prima nota legislatoris educatio liberalis vnde indoles & mores boni habeantur.

Eusebius Constantino l. 1. c. 8.

Exodi 2.

Allegoria: Regnum cælo respondet vbi animo agere.

Magister ait Moysen Regis Aethiopiæ filiam duxisse à qua liberatus sit confectu oblitionis & memoria statuis vel annalis.

In bello Aethiopico iuxta Ioseph l. 2. c. 12.

2. Nota authoritas, qua ex mente populi necessaria est acquirenda iam inde ab adolescentia integritate.

Hist. Schol. addit puerum illasum prunas ardentes ori admouisse, vnde impeditioris linguæ factus sit.

Antoninus tit. 2. c. 4.

Hist. Scho ait eum infantem impositum sibi à Pharaone diadema calcasse.

Iosephus l. 2. c. 11.

***

CAP. III.

CAPVT III. *Eiusdem peregrinatio.*

QVOD vbi sensit Moyses fugã occupat in terram Madian non tam periculi metu, quam contemplationis & secessus studio. Hic cum virgines ab iniuria vindicasset vxorem nactus gregis curam habebat quæ ad regnum præludii instar est. Accidit dum læta pascuis loca sectatur, rubus frutex spinosus & inualidus nemine ignem admouẽte accensus est, aut esse apparebat, correptusque flamma manebat tamen integer & illæsus, quasi ab igne aleretur.

Figura: Christi in Ægyptum fugientis.

Vide Madianitas. Iosephus l. 2. c. 13.

Hist. Scho. c. 7. & seqq.

Iosephus lib. 2. c. 14.

Ex cuius medio vox audita nomine pastorem modo exigui gregis, olim tot populorum futurũ Moysem inclamans: qui solutis calceamentorum corigiis, vt iubebatur, terræ sanctæ succedens coloniæ dux, & libertatis author legebatur. Ne autẽ ad vocem monitoris dubitet de Deo populus, se esse qui est, Deumque Abraham, Isaac & Iacob appellari disertè profitetur. Sed rex adeundus erat à quo tota multitudo dependebat, eloquentiam se tarda & exili voce prædito suppeditaturum; incredulus forte est, miraculis rem confirmaturum promittit.

3. Nota. Præmia solitudo. 4. Iniuriarum impatientia.

Figura: Hæc est virginis matris. Imago populi in Ægypto pressi quidem, sed non pereuntis.

Philo l. 1. visum è flamma Angelum.

Exodi 3.

Hist. Schol. c. 9 & 10.

A gregibus ad populi curam sit progressus primus

Causam vide supra.

Exodi 3.

2. Ad verbi diuini dissemination em apud ethnicos, necessaria, qua nec vnquam deficere Deus finit.

Tria autem fuerunt. Virga quam manu gestabat in terram proiecta reptabat versa in draconẽ teterrimum, cumque caudam apprehenderet serpens ad tactum constitit extensusque in longum, baculi formam recuperabat. Manus in sinum missa indeq; educta albicantibus maculis lepram referebat, iterum condita & protensa pristinum colorem induens. Tertiò iussus est aquam è flumine promptam in terram spargere, in sanguinis vires & colorem mutandam. Ne autem solitudine terreatur adiungit Deus fratrem illi Aaronem, cuius accessione audacia ei crescat, minuatur difficultas. His ita visis auditisq; cum vxore & liberis in viam se dat

Exodi 4. Prudentius Hamartigenia.

Tertul. de resurrectione.

Exodi 4.

Allegorice: Mens cum rebus terrenis applicatur, à rectitudine sua abit, ex quibus si per rationem auocetur recipit formam pristinam.

Figura: Serui nequam qui talentum abscondit, quod est ẽsum hominem arguit impurum.

Figura: Dona diuina gratia terrenus applicata sinceritatem amittunt.

Digitized by Google

se dat Moyses, Aarone qui in via proficiscenti occurrebat in muneris societatem accepto.

CAPVT IV. *Quæ apud Regem acta.*

Exodi 5. VBI ad Regem ventum est, & Dei nomine exposita legatio, qua populo ad sacrificandum Deo in deserto (ne peregrinis ritibus offendant, aut oculis male feriatorum profanentur patria sacrificia) abeundi potestas orabatur, ille maiorum fastui & superstitionibus innutritus, primum mirari esse aliquem Deum, qui sibi suisque auderet leges ponere, tum exactores operum notare, qui sinerent otio lasciuire populum, alioquin festa & sacrificia non desideraturum. *Tharaonis.*

Exodi 5. Antoninus l. 2. c. 4. §. 2. Extremum missionem prorsus negare, non obstante prodigiorum euidentia, & quod inspectante consilio baculus Aaronis in draconem versus, Exodi 7. Magorum simili præstigio ludificari conantium virgas similiter transformatas absorbuerit. Grauiore censura opus erat vt pœnis agminatim ingruentibus castigarentur, qui rationes non simplices dedignabantur. Decem regioni inflictæ sunt, elementis in impios plenè conspirantibus. Aqua in sanguinem mutata potum hominibus piscibus vitam negabat: ranæ è fluuiis prosilientes, quasi naturam mutassent omnia loca replẽtes pacem nulli Deutero 11. indulgebant, cyniphes infinitæ, (paruum est quidem sed extremè noxium animal,) è nubibus demissæ non autem modo pruritu suo sed & interiora penetrantes discruciabant. Atque hæc Aarone ministrio. Moyse verò operante permixti grandini nimbi & cum tonitruis fulmina rara, imo nulla aliàs isti cœlo, timorem damnumque causarunt haud sanè contemnendum.

Iosephus lib. 2. c. 15. *Allegoriæ: Anima sub variantes afflictiones.* Exodi 7. *Allegoria. Verbi Dei ablatio.* *Allegoria Detractionis.* *Allegoriæ Reprehensio.* Hist. Schol. c. 11. & tredecim sequentibus.

Auster insolito fragore emissus præter capitis dolores & grauedinem infinita locustarum agmina disseminauit in stirpium perniciem, quorum Orosius l. 7. c. 18. *Allegoria: Superbia.* *Allegoriæ Contagio vel auaritiæ.*

Digitized by Google

Exodi 10.

violentia quicquid tempestati superfuerat absumebatur. Nubibus cælum subtexentibus intercepti cõstipatione ista solares radii triduum tenebras procreabant Sed hæc omnia nihil præfractos & pertinaces illos mouebant, vix enim ab vna istarum pœna respirauerãt quasi athlethæ collectis viribus acrius Israhelitas vrgebant. Maioribus opus ad vincendam eorum stoliditatem, ab Aarone ergo collectum puluerẽ Moyses sursum iaciens ventum induxit pestilentem: vnde omnium cuti dira inurebantur vlcerà, quibus membratim sparsis continuaq; serpigine in vnum coeuntibus miris modis tam homines quam iumenta torquebãtur. Cum ne sic quidem saperent sed pœna defuncti ad antiquum relaberentur, immediatè Deo vltore opus erat, qui primum cynomyam immisit, animal impudentia sua & importunitate nulli aliorum cedens donec carnibus & sanguine satietur & natiuam sitim expleat.

Allegoria: Offuscatio intellectus.

Insolentia.

M. Schol. c. 24. plures fuisse plagas Ægypti quã decem, & has quosdam tertios alias terras petisse, & ab his dictos Ægyptiacos. id est, tristes dici.

Allegor. Libido.

Exodi 9.

Huic supplicio successit aliud pecudum nempe interitus, quæ vno die velut ex composito gregatim moriebantur.

Allegor. Morbi.

Extremum autem omnium nemine irati numinis ministro ipsos homines attigit calamitas, morti addictis quotquot erant primogenitis. Nam circiter noctem mediam quicunque primi patris iucundissimam appellationem attulerant, filii audierant, nullo præcedente morbo interierunt, domestico luctu omnes repleturi familias.

August. l. 4. c. 34.

Sapientia 19.

Allegor. Mors.

Prima luce vnus erat omnium clamor, communis orbitas, publica comploratio. Ibi pro se quisque ad regiam procurrere, missionem populo petere, quietem sibi, habere se intempestiuæ peruicaciæ præmia, maiora his expectari nisi Moysi cum suis abeundi fiat potestas.

Hist. Schol. c. 26.

Annuit Rex & populus Israhelitas certatim orabat, abitum pararent.

Exodi 12.

Qui nihil morati quo iniurias acceptas rependerent,

Digitized by Google

Tacitus sacra eos sustulisse.
Iustinus oraculo coactos eos recedere vt scabie liberarentur.

derent, nec diuturni laboris necessaria mercede fraudarentur, consarcinata plæraque ab Ægyptiis vlui accepta quantiuis precio secum auexerunt.

CAPVT PRIMVM.

Exitus ex Aegypto.

TOT plagis castigata Ægyptus, (nec enim eam perdere Deus volebat) quodque omnem superat admirationem, in medio eius habitantes Israhelitæ immunes erant. Fluuius in sanguinem vertebatur; at non Hebræis, quibus haurientibus fiebat potabilis.

Ranæ, quasi scirent dignoscere, his parcebant. Non syniphes, locusta, cynomyiæ, tempestates satis eorum aut gregi vllam vastitatem induxerunt, exulcerationem ne in somnis quidem senserunt, cum tenebræ aliis effuderentur ipsi in pura luce degebant. Ex primogenitis horum nemo periit, cum ne pecudum quidem pestis ad horum greges venerunt contagia. Vt non immerito huius accepti vicem Deus primogenitum omne sibi vendicarit, quod ne periret conseruauerat.

Allegoria: Rerum omnium initia Deo consecranda.

Exodi 13.

Iosephus l. 2. c. 16.

Exodi 12.

Hist. Schol. c. 27 & 3 seq.

Iusserat enim occisi sub vesperam agni sanguine limina & postes tingi, quo velut symbolo ipsis parceretur, carnibus vero osse nō fracto assis stantes, accincti, baculum tenentes vescerentur cum lactucis agrestibus, & pane azymo. Atque hanc in annos singulos paschatis, id est, transitus nomine memoriam celebrari & festiuitatem imperatum 14. mēsis Nisan qui ex hoc anni sacri initium fuit. Ita qui 75 intrauerant Ægyptum ad 600000. aucti reuertuntur, senibus, pueris, fœminis quorum ratio iniri non poterat in numerum non venientibus, nec seruitiorū multitudine promiscua, nec iis, qui plagis docti profecerant in melius, pietatis amore abeuntes prosecuti.

Nomina eorum sunt, Exodi 1.

Digitized by Google

Horum omnium vnanimi consensu dux appellatus Movses coloniæ in terram sibi iam inde debitam deducendæ auctor extitit. Cum quæ posset tridui compendio quo tendebat peruenire, ambages quæsiit & solitudinem, tum vt populi voluntatem & obedientiam exploraret, tum maximè vt Dei colloquijs & beneficus vltro se ingereret occasio, tum vel maximè quod populi ingratitudo non mereretur.

Ioseph & Strabo li. 17. à parte Ægypti discessum miratus Iudæam.

Nota ducem nocere sibi subditorum animos.

CAPVT II. *Beneficia in populum.*

AB historiis ad miracula progredimur, & hactenus vt plurimū fidi authoritate, deinceps fide augeamus, & naturæ vias rationis victa obstruamus opus est, nec quicquam superest adiiciendum quam illud è psalmis. Quam bonus Israhel Deus. In Ægypto nati & educati viæ expertes erant, aut si qui essent, qui additione Palestini itineris mentionem perceperant, sciebant per obliquum hunc tramitem toto cælo errari, nec quicquam expectandum erat quam variante tot capitum sententia tumultus ingens.

Numerorum 9.

Philo l. 1. Angelum fuisse. Hist. Schol. c. 30.

Pæuidet Deus & nubem columnæ specie demittit, quæ fulgore per diem, flamma per noctem absque erroris periculo populum præcedebat, vsque ad maris rubri littus, vbi dispositis tabernaculis itineris molestiam alterna quiete leniebant.

Allegoriæ: Ægyptus nauseans, deserta solitudo, columna spiritus sancti gratia.

Deutero 11.

Interea Rex Ægypti missionis pœnitens, quod solita seruitute priuatus solitudinem partim obseruaret, tum etiam quod vestium & pretiosæ supellectilis ablationem templorumque ruinas causaretur, statuit eos persequi aut metu retracturus in seruitutem, aut ad internecionem deleturus gentem profugam.

Hebrai Num. 33.

Allegoria: Mare lachryma, Ægypti peccata.

Iosephus lib. 2. cap. 16.

Populus dum circumspectat arrectis auribus ad tumultum, & explicata acie hostilem videt exercitum, quid agat? se tueatur? arma deerunt qui non

non ad prælium, sed ad quærendas sedes exiuerãt, fugiant? hinc mare, inde mari sequior hostis medios concluserat. Ad murmura abit vulgus ducemque probris petit, qui nihil offensus animos dabat, ipse animo opem diuinam implorans. Hinc importuosum pelagus, inde importuni dominatores in oculos incurrebant. Illud tamen his visum est clementius, quod virga percussum, piis quidem desperatæ salutis viam, impiis improuisæ mortis foueam fecit.

Exodi 14.

Deutero 11.

Trudentius Hamartigenia.

Figura:
Ægyptus peccatum originis, mare baptismus, terra promissa cælum.

Cedebant enim aquæ & dilatatis marginibus rigentium vndarum in montis speciem latera erecta suspendebantur, mediamque viam in sicco faciebant. Cui dum Israhelitæ insistunt Iuda præeunte, hostes insecuti aquis in se coeuntibus ad vnum omnes absorbentur. Ita vt ne reliquus quidem esset, qui cladem suis posset nunciare. Ne autem benefactum capiat obliuio aut capere posset curruum vestigia in littore & fundo etiamnũ durare dicuntur, & recurrente anno ab vniuerso populo Iudæorum conuentus & festiuitas celebratur.

Oroſius lib. 1. c. 10.

Hist. Scho. mare in 12 partes diuisum. c. 31.

Ab Oroſio.

Alleg.
Ægyptus peccata, Iuda confessio. Mare tentatio.

Hoc periculo defuncti, & hostium ad tempus metu, in maiores angustias inciderunt cum siti & fame sæpe luctati, sæpius cum Moyse. Sed enim Deus tum si alias vnquam amoris sui & leuitatis signa dedit. Triduo aquæ penuria laborauerant, præsensque molestia omnem præteritæ, vt solet, voluptatis memoriam auferebat. Aquam tandem nacti sed potui ineptam magis cruciabãtur, quod spe sua excidissent, Moyses cuius aures omnium querelis patebant, ligni diuinitus monstrati iniectione fontem ex amaro potabilem fecit. Vnde impletis hydriis discessesserunt ebrietate non temulenta ebrii, sed sobria quã meracam ducis pietas propinarat.

Hiſor. Schol. c. 32.

In deserto Sur. Iosephus l. 3. c. 2.

Exodi 15.

Quibusnam hæc naturalis vis alias supernaturalis esse videtur.

Allegoria:
Populus anima, aquam diuinam consolationem inuenit in religione & eius asperitas crucis domini recordatione suauis fit quam scriptura docet.

Non multo post in fontes 12. quas palmæ 70. obumbrabant inciderunt, prorsus vt nihil equin extre-

Hist. Schol. c. 33.

12 tribus & 70 familiarum principes referebant, qui Apostolorum & discipulorum fg.

Sapientia 11

Deutero 9.

Exodi 16.

extremam loquatur festiuitatem, Beati: nisi sitis periculo liberati in famis insidias deuenirent præsentemque miseriam fertilitatis futuræ desperatio non parum aggrauabat, quam rupes asperæ, campi salsuginosi vasta solitudo promittebant. Iamque adeo res ad murmur & contentiones vergebat, donec postridie multum roris cecidit in circuitu castrorum, hibernis tempestatibus dissimilis, in mylii formam candidissimi, colore bdellii, quod tritũ & elixum in placentæ morem gustum simile cum melle referebat. Rei nouitate perculsi omnes Man, id est, quid hoc esset certatim vociferabantur vnde & ei cibo illud nomen mansit. Mirum autẽ quod cum in singulos dies aliâs, in binos pridie sabbathi colligeretur, qui quid supererat esui ineptum putredinem contrahebat.

Alij Coriandri.
Numero 11.
Philo.

Deutero 8.
Hist. Schol. c. 34.

Ioannis 6.

Allegor.
Manna verbum Dei, dies septimus, altera vita: Vermes peccata si mansta illud non operiri.

Quies mundi natalis quo ab opere cessatur, & sabbatho Talmudici aiunt ignem creatum o. 2. t. 3. d. 4.

Ne vero huius tanti miraculi populum capiat obliuio, vt omnium oculis obuersaretur memoriamque renouaret, Gomor huius sacri cibi munere repleuit, arcæque quam pulcherrimo ornatu fieri Deus præceperit inclusit Moyses. In Raphidim cum iterum potus defectu tumultuarentur, precibus & fide Ducis occursum est, virgæ attactu è petra fontem elicienti, præpostero naturæ sensu.

Assarij mensura.

Prudentio vocem: urna aurea alia.
Ad Hebræos 9.
Exodi 17.
Iosephus l. 3. c. 2.

Allegor.
Populus anima, Moyses vetus testamentum, petra Christus, virga lex Dei, fontes gaius & redemptio.

Hist. Schol. c. 35.

In Horma cum longi itineris populum tæderet tædiumque familiaris isti populo & pene perpetua sequeretur rebellio, vnde ad verba & ferè ad manũ veniebatur, Deus iniustas insolentium querelas iudicio plectere volens manifesto & more inusitato ignitos serpentes in castra misit, quorum lethali morsu inter vitam mortemq; luctantes sensim deficiebant.

Figura: Christus petra, Virga passio. Mosis in ai, Aqua gratia.

H. Schol. c. 28. aut serpentem æneum Hiero, olymus diu seruatum donec a Rege comminutus est ob superstitionem populi.

Deutero 8.

Hoc malo serpente animo ad se reuocato, quia fatebantur comissum veniam impetrarunt, ita vt quicunque æneum Dei iussu à Moyse erectum serpentẽ aspiceret veneno liberaretur. Nec omittendum quod toto 40. annorum tempore vestimenta ouium nullam senserint vetustatem.

Figura: Crucu Christi.

CAP. III.

Digitized by Google

CAPVT TERTIVM.

Populi peccata & pœnæ.

Merris certè populi cæcam ingratitudinem, qui tot signis Dei virtutem experta, nondum detrahit quotiès malo imminente ad rebellionem potius & maledicta quam ad preces & spem confugerit.

Tulit frequenter Deus & defadetio eorum quodammodo accommodauit, dùm tam suam vindictam inuenit patiens clementia. Nec debito pietas genere vniuersos multauit, qui pium amabat mereri fauorem & punire magis quam tollere confuetus.

Vbi ergo tanta Leuitarum manibus 23000 dum Moyse cum Deo agente ad impietatem dolouit esse? Vnde tibi huic confirmata per ordinem successionis eorum auctoritas? nisi quia, diuino assensu, & miraculi claritate, Aaroni cum his enim, vt sit, de primatu tulit per verum suum Deum iz. virgas pares tribuum numero ad vsus infesti.

Porrò de populi insolentia deprehenditur signo reliquæ quidem nihil mirare, illa vero quæ Aaronis nomen præferebat tota quanta erat fronde fructuque profetente, quam iudicii diuini eorum censuram fecerat mox totius populi affensio.

Cum Ægypti duces eligitarer ingrata nec vnquam terra nisi tuis continens lustrum, 150000 Ægypti in sorte. millium de mare fugientium partum gens repente interierunt. Nabad & Abiu ignem alienum Lucr. 2. audaci proterua facris inferentes eodem absumti impia temeritatis pœnas soluerunt. Core, Datan & Abiron factiosos & nefario quid facerdotiis officii Moysi & Aaron inuium sibi arrogantes, sanes & viuentes recedentes sol hiatus absorbuit, prolapsa in fe ditiosorum tabernacula facto impetu 7140 o o hominib.

Ipſa

Exod. 4. & 7.

Numer. 17.

Leuit. 10. & 16. & 26. Deut. 33. Hebr. 5. & 9.

Iosephus lib. 3. cap. 8. Exod. 32.

Leuitici 10.

Iosephus l. 4. c. 3.

Numeri 16.

Iosephus l. 4. c. 3. Leuitici 11.

Capet. Huillier. Tit. imp. prædec. Numeri 16.

Ruffer. Iosuæ. 22.

Aegyptus fecunda virorum. Hæc, non casibus mutata

Aegyptus
corpus & animas quasi rana reparat.

Numero 12. Hiſtor. Scho. c. 16.

Ipſa Soror Moyſis Maria dum Aarone ſocio in fratrem inſurgit lepræ malo afflicta ſanitatem vix Moyſis interuentu recuperauit, Aaron vix euaſit. Plærique ſeceſſionem parabant; hoſtium gladiis puniendi relinquũtur. Alias qui ſacris manus profanas admouerant victimæ inferno ſacræ ſunt cælitus miſſo igne deuorati ad 250. numerum.

Allegorice: Iudæi homines, ex Ægypto peccato, per mare profundum in terram emptionis, in deſerto mundo errant.

Seuerus. Sulpitius.

Quid multa, ex tanta hominum multitudine ſexcentis nimirum amplius millibus vix duo terræ promiſſæ poſſeſſionem nacti ſunt, Ioſue & Caleb. Ipſe quippe Moyſes cum familiari ſibi experimento aquam eductura virga ſua ſilicem præter mandatum Dei ſecundo percuſſiſſet in deſerto mortuus diffidentiæ ſuæ damnum expertus eſt. Nec vlli rei præterquam diffidentiæ & rebellioni adſcribẽdum quod cum potuiſſent breuiſſimo tempore terra promiſſa potiri quadraginta annos cum fame ſiti morbis & hoſtibus luctati impenderent.

CAPVT IV. *Iudæorum Reſpublica.*

Hiſt. Scho. c. 38. & ſeqq.

Figura: Miſit hanc Spiritus S.

MEdio autem tempore Deo præceptore formata Iſrahelitarum Reſpubl. qui per Moyſen in Sinai monte 10. legum capita duabus comprehenſa tabulis ſaxeis præſcripſit. Quadraginta dierum ſpacio in montis vertice Moyſes verſabatur nullo corporalis cibi vſus ſuſtentaculo, vt qui ſacris & melioris genii paſceretur delitiis, quæ mẽte abundãtiſſimè repleta ad corporis etiam remedia extendatur.

50 Ab exitu die.

Deutero. 5. & ſequentib.

Figura: Ieiunij Chriſti.

Hinc fabulantur Talmud. o. 5. f. 6. d. 5. Moyſen in cælum delatũ vidiſſe Deum ſcribere accentus in Biblia.

Deutero. 5.

Nubes offuſa tabernaculo, micantium in circuitu fulgurum tonitruque horribilis, ſonus, tubarum clangor, vultus Moyſis ſolito illuſtrior Dei præſentiam abunde loquebantur. Adeo vt lucis impatiens plebeius oculus non niſi Moyſe interprete Deum ſecum loqui & facie quidem velata vna voce obteſtaretur. His tamen non obſtantibus, vecordes animi Moyſe cum Deo moras trahente

Ioſephus lib. 3. c. 4. Eccleſia. 45.

Figura: Iudicij vltimi.

Philo decalogo.

Figura: Chriſti ſuam diuinitatem carne tegentis.

Digitized by Google

hente non erubuit eum profanos Ægypti mores poſtliminio reuocare, ex inaurium annulorum profuſione vitulo conflato diuinos honores feſto apparatu impendentes. Deleuiſſet vniuerſos Deus niſi Moyſen ſibi ad genua accidentem audiuiſſet. Qui confeſtim relicto monte vbi omnia idololatris referta videt indignum Dei munere populum ratus, digito Dei ſcriptas leges iratus confregit, quas tamen ſumpto de plerisque ſupplicio recuperatas populo dictauit. Legum harum ambitu omnis honeſtatis & boni continetur regula, ſolus integrè viuendi modus. Formata autem republica deinceps Ietro ſoceri ſui monito partito cum principibus gentis onere iudicandi poteſtatem, belli munia, aliis communicauit.

Hinc fabula Moyſen vernutum fuiſſe, q. ob radios apparebat, vel vox Hebraice 2. ſignificat.

Deutero 10. Exodi 34.

Ioſephus l. 3. c. 3. Raguel dicitur. Hi. S. c. 37. Exodi 18.

CAPVT V. *Fortiter geſta.*

Ioſephus l. 3. c. 13. Numero 13. Hiſt. Schol. c. 17.

LEgati in terram Canaan miſſi de fertilitate regionis multa reportantes animos aliquorum accenderunt virtuti calcar addentes nō exiguum, non deerant tamē qui ciuitatum munitiones, populorum multitudinem, regum vires ignauiæ ſuæ & ſeditioni prætexerent. Quæ res Deum & Ducē non parum offendit. Atque hac propter, iterum repeto, tamdiu obertarunt & tanto ſuorum ſanguine hæreditatem illam redemerunt.

Figura: Legati Apoſtoli, Canaan calum. Fructus beatitas. Gygantes vitia.

Deutero 1.

Numerorum 14.

Antoninus tit. 2. c. 4.

Bellicoſæ nihilominus gētes bene multæ Moyſis merito & piorum precibus virtuti Iſrahelitarū ceſſerunt. Amelechitæ ſuperati, Og & Seon aliiq; permulti quorum viribus longe inferiores erant aut deleti aut certe repulſi.

Vide ſpecialem ſingularum gentium hiſtoriam.

Verbo quotquot cis Iordanem Reges itineris impedimenta præſtiterunt, pertinacia ſua, virtutem huius populi ſenſerunt, qui tali Deo, tali Duce gubernabatur, hoc ſolum conſecuti, vt victoriæ Iſrahelitæ acceſſio numerentur.

Digitized by Google

CAPVT VI. *Moysis mors.*

Hist. Schol. c. 18.

HIs ita peractis Propheta idemque Dux maximus tempus adesse sentiens, quo ex mortali hac vita in immortalem transferretur, alio ab

Iosephus l. 4. c. 11.

aliis cõsilio quorum id vnum est, vt filios hæredes relinquant, cum duorum pater esset, neutrum sibi successorem delegit, sed qui fratris filios nuper ad

Philo de charitate.

sacerdotium, victor affectuum nec vlla quidem sanguinis communione se contingentem Iosue ad

Deutero 31.

ducatum promouit. Erat hic versa in consanguinitatem virtute à puero Moysi carissimus, & iam

Ecclesiastici 46.

inde publicæ administrationis factus particeps.

Cuius prudentiam etsi non semel expertus amplecteretur, suo tamen haudquaquam fidens iudicio non prius quieuit, quam oraculo Deus iudicium suum confirmasset. Tum candidatum officii, populum obsequii cepit commonefacere, De-

Iosephus l. 4. c. 12.

um solenni gratiarum actione prosequi vocatis in auditorium cælo terraque mortalium immorta-

Deutero 32.

liumque domo, carmen cecinit angelorum hominumque auribus aptissimum, his in exemplum, illis in spectaculum ostentantis harmoniam suam cum cælestibus certãtem animæ. Hoc autem mo-

Deutero 33.

do paratus non quieuit, donec singulas tribus nominatim citatas phylarchorum suorum nominibus sancta honoraret apprecatione. Quibus finiti-

Ioseph. Abarim l. 4 c. 29 Ambrosius Comparauit eum in paradisum translatum.

tis in montem Nebo ascendere iussus & promissam terram oculis vsurpare; naturæ debitum persoluit; anima piorum manium cætui aggregata, corpore sepulchro & terræ mandato. Quanquam

Deutero 34.

de sepulturæ loco taceatur imò nesciatur, quæ res occasionem dedit historiis asserendi quod disparuerit. Interim triginta dierum luctu plebs abunde testata affectum suum, principem si virtutes & indolem respicias, Deo q iam hominibus propiorem.

* * *

CAP. VII.

Digitized by Google

CAPVT VII. *Ioſue ducatus.*

ITA Moyſe è viuis ſublato Ioſue filius Naue principatum iniit, in id vnum incumbẽs ne degener & viro tali indignus ſucceſſor datus videretur. Vnde & animo ſuo reſpondentes & virtuti meruit promiſſiones à Deo, à Populo obſequia. Plane vt alter à Moyſe, alter Moyſes accurate conferenti appellandus videatur. Moyſes enim in terræ promiſſæ conſpectum perduxit Iſrahelitas, Ioſue in poſſeſſionem; ille occupandam prædixit, hic occupatam diuiſit; ille ſicco pede per maris medium tranſiuit, hic per Iordanis; ille paſcha inſtituit in Ægypto, hic primum celebrauit poſt 40 annos in terra Canaan; ſub illo Manna de cælo pluit ſub hoc noua frugum vbertate faſtidium longæ peregrinationis leuatum eſt; ille in terram promiſſam, hic in terra promiſſa miſit exploratores; illi cum exercitibus, huic etiam cum vrbibus bella fuerunt maxima; illum Deus ex rubo diſcalciatum ad ſe venire iuſſit, hunc Angelus gladio ſtricto in populi ſubſidium miſſus.

Alius Ioſue filius Nun.

Ioſue 1. Miſt. Scho. 1. & 2.

Ioſue 13. & ſequenti.

Ioſue 5. in Galgalis. Ioſue 2.

Ioſue 5.

CAPVT VIII. *Eius facinora.*

Ioſue 12. Sed Philo 39. nominat. Sulpitio 29.

REſtat nunc præclara eius facinora narrando percurrere & deuictos vnius manu triginta & vnum Reges, recenſere.

Aliàs ciuitas palmarum dicta.

Erat vltra Iordanem vrbs Hiericho loci & ciuium natura circumiacentium facile prima: ad cuius ſitum & munitiones explorandas Cenez & Sceniamiã filios Caleph, qui in nupera ſub Moyſe legatione comes ipſi fuerat, quaſi paternis artibus magis inſtructos officio magis aptos deſtinat. Qui vrbem ingreſſi ad Raab meretriculæ domum diuertentes fidem fide & ſpe maiorem inuenerunt.

Sic Philoni dicuntur. H. Schol. c. 2.

Ex Sichem.

Ioſue 2.

Paulus ad Hebraos 11.

Digitized by Google

Cum enim Paleſtinæ Regibus Iſrahelitarum nomen ſuſpectum eſſet, miſſi à Rege loci iſtius, vt aduenas qui nihil pacatum afferre crederentur, comprehenſos è medio tollerent.

Ioſephus l. 5. c. 1.

Raab hoſpitii iuſciuium improbitati præfetẽs, eorum quoq; rebus ſtudens quos terræ iſtius dominos olim futuros fama nunciante didicerat, fingit peregrinos ſub veſperam domo & vrbe egreſſos, & ne dolum obſeruent hortatur armatos inſequi, fore vt nullo negotio aſſequantur.

M. Schol. c. 5.

Allegorice:
Ioſue Chriſtus, Sichem conſcientia, exploratores timor gehenna & ſpes miſericordiæ.
Raab amma peccatrix, funis paſſionis memoria.

Interea duo de quibus dixi in domus ſolario latentes nocte intempeſtiua per funem è feneſtra (hærebat enim domus ciuitatis muro) dimiſſi, cũ triduum in montium antris tardaſſent iter perſequentium metu, ſalui & incolumes ad ſuos reuertunt. Qui ad expeditionem ſe accingunt ducum monito & oraculi reuerentia non parum confirmati.

Figura:
Ioſue Chriſtus, Exploratores Apoſtoli, Rex perſecutores, Meretrix populus gentilis. Hiericho Roma, Mons Petri Cathedra.

Iordanes fluuius duplici fontium fœcunditate totam irrigans Palæſtinam, verticoſo gurgite & præcipiti vndarum impetu inter Hierichuntem & Iſrahelitas medius obſtare videbatur, niſi arcæ beneficio ſacerdotum humeris prælatæ exercitui vniuerſo cedere didiciſſet, inciſoque amne tranſitũ dediſſet alioquin deſperatum, cum nec pro tempore nauium copia eſſet, nec fluuius vadari poſſet qui tum pleno alueo ferebatur. Hoc miraculo obſtupefacta & ad gratias agendas compoſita multitudine, præcepit Dux lapides tribuũ numero pares alueo Iordanis, totidemque loco caſtris metandis deſignato, ad ęternam rei memoriam collocare. Reſtabat muro validiſſimo cincta ciuitas locusque oppugnationi & obſidio ęquè ineptus, niſi eadem quæ aquas cedere, muros cadere arca feciſſet. Hac enim ſepties circumducta illi corruerunt, viam irruptioni facientes, obruta timore & armis omnis ciuiũ multitudo ex ſpoliis quicquid auri, argenti, æris, ferri repertum eſt ſacris vſibus repo-

A Iordane Danduabus eius fontibus nomen habet.

Iordanes Iudæa, Lapides Apoſtoli. Arca Eccleſia. Terra promiſſa cælum. Circumciſio ſecunda. Baptiſmus.

Ioſue 3.

Ioſephus l. 5. c. 2.

Sulpitius.

Hiſt. Schol. c. 4 & 5.

Ioſue 4.

Ad altare erigendum vt Ioſephus.

Ioſue 6.

Digitized by Google

repoſitum reliqua ne eorum cõtactu populus inficeretur igni abſumpta ſunt. Sola Raab amicitiæ ſuæ præmium mercata conſecuta eſt, cuius domũ ex appenſo prout conuenerat coccineo fune internoſcentes, primo impetu cinxerunt ipſam cum familia communi vrbis malo eripientes.

Hiſt. Scho. 5 & 6.

Cum bellis victoriarum ordo procederet, niſi vnius praua mente interciperetur, qui Ducis & Dei poſthabito mandato prædæ partem abſtulerat; vnde irrita & non ſine damno fuit in Saytas excurſio, donec Duce vindice, ſorte indice Achan (id homini nomen erat) conuictus, præuaricatæ legis pœnas à populo ad ſe tranſtulit.

Ioſue 7.

Ioſephus l. 3. c. 5.

Et conſequenter ſublato quod populum hoſte prius & peius opprimebat peccato, in offenſo itinere per Regum & ciuitatum funera ad victoriam & pacem via parabatur. Rex Say cum Ioſue metu ſimulato terga verteret, vrbe relicta perſecuturus, cæſis 12000. viuus in poteſtatem venit, paulò poſt infelici arbore ſuſpenſus, ciuitas igni, ciues ferro conſumpti Regibus aliis exemplo fuerunt.

Sulpitio Geth vocatur. Ioſepho Adan.

Ioſue 8.

Ioſephus l. 5. c. 4.

Allegoricè Say ſpiritalis nequitiæ princeps in quem perfecti hominis pugna eſt.

Gabaonitæ ſupplices in fidem & deinceps in ſacrã ſeruitutem accepti, quorum deditio vicinarum vrbium regibus iras conciuit. Ita admotis copiis quinque potentiſſimi vrbem circumſiſtunt. Oppidani arctis rebus ad Ioſue dimiſſis nunciis opem & fidem ducis implorabant, qui maturato itinere inopinantibus ſuperueniens multa hoſtium milia ad internecionem cecidit cum grandine, qui cælitus mira denſitate & damno in hoſtes decidebat æquali contentione. Cumque dies cędentibus deficeret, nox hoſti præſidio futura videretur, merito Ducis hac auerſa ille perſeuerauit, ita vt nullum effugium inimicis pateret.

Ioſue 9.
Hiſt. Scho. 7 & 8.
Ambroſius 3. offic. c. 10.

Allegoriæ 5. Reges ſenſus in quos minus perfecti pugnant ope perfecti indigentes.

Ioſue 10.

Ioſephus l. 5. c. 5.
Hiſt. Scho. 9.

Reges quinque fruſtra inclinata acie antrorum tenebris ſe abdentes extracti pedibus victorum proculcati & extremum in crucem acti ſunt. Eodem impetu omnes regionis totius Reges penè

Ioſue 11 & 12.

eadem belli fortuna oppreſſit. Et diuiſo per tribus viritim captiuo ſolo, deinceps pace ſumma vſus populus, territis quæ ſupererant gentibus, & nemine tot victoriis nobiles armis aggredi præſumente. Dux quoque ipſe vt hoſtibus terribilis ita ſuis clemens pacis publicæ author extitit egregius & conſeruator.

Ioſue 13 & ſequent. Ioſue 21. Ioſephus l. 5. c. 6. & 7.

Philo antiquitati. 28. populum epulatum.

Allegoria: Reges alij affectus ſunt in quos ſecunda tendentiuum ad perfectionem pugna.

Allegor. Reges relicti ſtimulus carnis ſunt, qui tamen gratia Dei praeuentu & affectuũ victoribus non nocet.

Vno exemplo res patuit. Cum enim tribus Ruben & Gad & dimidia Manaſſis, quæ iam inde à Moyſis temporibus fortẽ poſſeſſionis ſuæ cis Iordanem nactæ reliquis tribubus opem tulerant, in patriam reuertentes, cognationis monumentum altare lapideum eximiæ magnitudinis erexiſſent; plærosque offenderunt, idololatras eos arbitrãtes ad tumultum res vergebat, niſi per Phinees cognita abeuntium voluntate prudenter cauiſſet ne quis prauæ ſuſpicioni locus relinqueretur.

Hiſt. Scho. 15. & ſequen. Ioſue 22.

Ioſephus l. 5. c. 8.

CAPVT PRIMVM.

IOſue ex humanis ſublato iudices Iſrahelitarum rempublicam ordinarunt, quorum primus Iudas Dei inſtinctu & ſortis vſitatæ beneficio Dux in Cananæos adſciſcitur, qui Simeonis fratris auxilio rem præclare geſſit, Adonizebech Rege cum magna Cananæorum multitudine victo & necato. Ita breui reducta pace, vt fieri ſolet; felicitas luxum peperit & populus morum diſciplinæq; immemor matrimonia ex gentibus capere paulatimque externas conſuetudines ſectari & idolorum cultus profanos occæpit. Adeo noxia eſt omnibus peregrinorum conſuetudo, Hebræis etiam impia qui reſponſo numinis ſalubri contraeuntes victis à ſe imperare cum periculo & diſpendio, quam liberari maluerunt.

Iudicum 1. Philo Cenez facit celebrem mentionem. Hiſt. Scho. 2. & 3. Philo Amorræos vocat.

Ariſtocratiam vocat Sigonius cum tamen monarchia ſpeciem ab initio mundi vſque ad Chriſtũ fuiſſe probet Sanctius.

Philo antiquitatibus Biblicis prolixam refert variorum peccatorum ſeriem.

Iudicum 3.

Diuino itaque deſtituti auxilio à Rege Meſopotamiæ ſubiugati ſeptennii ſeruitutem pependerunt; Gothonielis opera reſtituti Dei pietatem cum

Iudicum 3. 8 anni ſunt. Ioſephus Regem Aſſyria vocat. l. 5. c. 1. 2.

Digitized by Google

cum impietate ſua conferre & deinceps abſtinere debuiſſent.

Eglon vocatur.

Ioſephus l. 5. c. 12.

Sed impos ſui animus corruptus longæ pacis malo, ad antiqua relabitur, nec mora vindex animaduertit Deus, Regique Moab vires dat infrenem populum inſolentis victoriæ pœna affligere.

Philo poſt Ioſue Genez. tum Zebul duces ponit.

Quam tolerantes, facti tum demum pœnitudine ducti Ahor ſaluatorem exorarunt, cui Sangar datus ſucceſſor 600 Phyliſtæorum interemit. Ne ſic tamen quod longa conſuetudine tenere debuerunt, ſapuerunt, ſed idolis libantes iteratam ſeruitutem quodammodo deſiderare crederes. Miſſus mox Iabin Cananæus qui ſuperioribus omni crudelitatis genere longe ſuperior, tam grauem in miſeros exercuit dominationem, vt ſupplices aſſiduis votis & importunis precibus numen fatigarent. Vnde Delboræ (vt doceatur quam nihil auxilii in ducibus reliquum ſit muliebri auxilio vindicandis) virtute & fortuna ſtatum infelicem in melius mutauit.

Hiſt. Scho. c. 7.

Philo Iabel Regi Azor hæc adſcribit.

Ioſephus l. 5. c. 13.

Iudicum 4 & 5.

Typus Eccleſiæ legis iugum auferentis figura B. Mariæ.

Philo eos per Aod magum quendam Madianitas ſeductos qui nocte ſolem inducebat.

Verum ad exiguum grati & memores ſe continuere & quaſi Deum fauentem pacemque ferre non poſſent à pietate reſiliunt.

CAPVT II. *Conſecutio pœnæ.*

POENA conſecuta mox Madianitis irruentibus, qui duriſſima tyrannide in victos ſæuiebant. Sed vt ſolet eſſe ſuperba felicitas, querula calamitas, ad ſe reuerſi opem diuinã rurſus implorarũt. Vir erat inter Hebræos Gedeon nomine integris moribus, cui ex campo meſſis domũ redeũti Angelus occurrens iubet populum armis reſtituere. Quamuis autem reuerenter impotentiam ſuam cauſatus excuſaret, Dei tamen virtute audacior factus, ab aræ Baal euerſione zeli ſui iudicia auſpicatus omnes Madianitarum & Amelech copias in ſe armauit.

Curtius l. 5.

Iudicum 6.

Ioſephus l. 5. c. 14.

Ne

Ne vero victoriæ vlla Ducem capiat dubitatio duplici velleris miraculo, quod modo roridũ terra ſicca, mox ſiccum terra rorida apparebat certã præuidit. Trecentisq; ex tanto exercitu electis, ad aquam per noctem caſtra caſtris hoſtium contulit, tubarumque clangore ita hoſtes terruit vt viciſſe ſe prius quam pugnaſſe animaduerterent.

Hiſt. Schol. 8.

Iudicum 7.

Philo tertium addit miraculum de aqua partim in ignem, partim in ſanguinem ſuper petram verſa.

Figura: Euangelij à Iudæis ſalis ad ſalas gentes translati.

Hanc tam celebrem victoriam ciuilis excepit tumultus indignantibus Ephraimitis quod in ſocietatem victoriæ recepti non eſſent. Vbi Ducis prudentiam admiremur, qui cum iniuriam vlciſci poſſet ciuili ſanguine, haudquaquam verbis mitioribus eos pacauit, Deum pugnæ auctorem, illos gloriæ participes clara voce profeſſus. His præclare geſtis Gedeoni vt princeps populi eſſet delatũ. Quod ille aſpernatus communi cum ciuibus iure viuere maluit. Tandem acceptis omnium inauribus (vnde Ephod ſibi concinnauit) paſſus eſt illud ſibi oneris imponi. Non multo poſt impatiens felicitatis populus ad vomitũ redire cepit ex Gedeonis morte impunitatem ſibi promittens. Abimelech ex ancilla Hierobaal natus noua ſcelere principatum iniit 70. fratribus interemptis conſentientibus plærisque Sichimitarum proceribus. Sed dum crudelius in ſuos agit paulatim offenſionem ſuorum incurrit, quos cum bello petit & turrim, quo amiſſo oppido fugientes ſe receperant, incautius ſubit ſaxo à muliere ictus interiit, ne tamen à muliere cæſus diceretur armigero imperauit gladio ſe transuerberare.

Iudicum 8.

Hiſt. Schol. c. 8.

Tahidamentum certè interpres Suda.

Iudicum 9.

Ioſephus l. 5. c. 13.

Hiſt. Scho. c. 9.

Philo pulchram addit Allegoriam de arborum conuentu.

Thebe ciuitas dicta. Suidas refert vnius ſuperſtitis Ioathani ſimilitudinem de arboribus & regno earum ex ſacris.

Allegoria Abimelech dæmon, Thebe Eccleſia, Turris contemplatio, Saxum charitas.

Hunc Thala excepit, quem Iayr 30. filiorum præfecturis celebratus.

Iudicum 10.

Medio autem tempore populus iterum impietati deditus legem diuinam cõtemnens manibus Ammonitarum puniendus permittitur. Tunc iterum ire in lachrymas, iterum tentare precando, abiicere idola, execrari profanos mores, aureos montes polliceri.

Ioſephus l. 5. c. 16. Philo omnes vſque ad ſeptem idolis ſacrificaſſe refert, & de Ammonitis interſerit Regemque eorum Getal vocat.

His

Digitized by Google

Iudicum 11. Ambrosius 3. offic. c. 12.

His mediis negatam licet misericordiam Deo extorserunt, Iephte libertatis assertore dato; qui voto nuncupato immolaturum se quod victori primum se occurreret filiæ mortis necessitatem præmaturam imposuit.

Allegor. Iephte anima, Scila corpus, Hostes dæmon, caro, mundus, necare affligere.

Philoni Scila vocatur. Suidas.

Iudicum 12. Iosepho Chilon vocatur. Philoni Addo vocatur, & Moabitas vicisse scribitur

Huic in imperio Abesan, cui Ahialam, cui Abdon filiorum 40 & 30. ex iis nepotū illustris principatum. Vix dici porerat populus quieuisse ecce iterum noua impietas. Merebatur certe hostem nancisci quotidianum quique opinionem felicitatis adimeret. Ille fuit Philistæus qui graui & non tolerando in omne vulgus sæuiit dominatu.

Figura: Christi vt hostis vincerentur morti addicti.

Vide Philistæos.

Iudicum 13. & Philo Manne sacrum calitus accensum refert.

Terruit hunc magis quam triuit Samsonis virtus, qui Angelo nunciante vindex futurus sterili promittebatur. Hic quæ segetibus eorum vulpiū ministerio, quæ exploratoribus asinæ mandibula, quæ ad vinciendum paratis capilli stupenda virtute non semel fecerit vulgo omnium vocibus decantantur. Hoc vnum doceat fortissimus iste gygas nihil ita forte esse & obfirmatum, quod non à voluptatis Venerisque vincatur illecebris si semel aditum mulieri in cor suum permiserit. Hic à Dalila mente prius tum etiam corpore excæcatus miserrimæ mancipatus seruituti, tandem mortis & tumuli eundem sortitus locum est, hostium suorum cadaueribus obrutus. Atque ita deinceps populus iudice carens impunitatem sibi promittens nihil attentabat. Michas Effraimita aram sibi priuatus & sculptilia conflare non erubuit, consecratisq; Leuitici generis sacerdotem conducere. Quæ ipsa à Danitis huc illuc discurrentibus sublata in Lais vrbe diuinis honoribus cumularunt, nō continente se intra priuatos parietes impietate.

Figura: Elisabeth & Ioannis Baptista.

Indicum 15.

Indicum 16.

Vide Philistæa.

Hist. Schol. c. 17.

Iosephus lib. 5. c. 17.

Allego. Dalila voluptas, Samson anima, Oculus ratio, Crines virtutes, Somnus vitiorum.

Vide Philistæa.

Figura: Adami decepti.

Iudicum 17.

Philo eum 3. puerorum & vitulorum effigies, aquilæ leonis, draconis, columbæ conflasse.

Iudicum 18.

CAPVT III. *Bella intestina.*

Iudicum 19. Suidas in voce Beniamin.

PARVM videbatur foris bellum habere nisi & intestino laboraretur, cuius origo Beniamitarū in Gabaa habitantium execranda impietas. Ad

Digitized by Google

cum Leuita quidam cum vxore ſecundaria diuertiſſet, ciues contra omne ciuitatis hoſpitii, gentis & naturæ ius impetu in domum, vbi hi agebant facto, abuti peregrinis volebant. Cumque vix in virorũ locum concubina libidini eorum permiſſa ſatisfeciſſet, illa ſub auroram hoſpitio ſuo appropinquans, ſtupri iniuria an verecundia non deſinio in limine concidit exanimata.

Sulpitius.

Quod vbi Leuita animaduertit nõ veritus gladio cadauere in partes diuiſo ſingulas ſingulis tribubus cum vindictæ obteſtatione mittere. Ita in vnum collectis reliquis tribubus acris pugna committitur primo & altero prælio victæ, tertio demũ ſuperiores euaſerunt vſque ad 25000. cæſis Beniamitis: ita vt 600. ex tota tribu tantum reſtarent, quibus ex Iabes Galaad vxores virgines adductæ, ne earum defectum tribus deficeret.

Libidinis vindicata exemplum.

Iudicum 20.
Ioſephus & Philo prius legatos miſſos qui reos expoſcant.
Ioſephus l. 4. c. 10.
In tempus aliud transferre videtur.
Hiſt. Schol. c. 23.
Nominantur plurimi à Philone.
Iudicum vltimo.
Ioſephus l. 5. c. 11.

Suidas numerat 87000. ex Sacris.

CAPVT IV. *Samuel.*

PER ea tempora, Heli Pontifex reipublicæ gubernationem obtinuit, ita tamen vt proprio omnes arbitrio agerentur. Ita res paulatim in deterius vergere; vſque adeo vt Ofni & Phinees filii Heli ſacerdotis nõ erubuerint patris ſacerdotium in quæſtum vertere, munera à ſacrificantibus exigentes, aut certè ſacrificiis derogantes. Increpaſſe quidem filios pater legitur, ſed leuior obiurgatio non ſatisfecerat diſciplinæ.

Sulpitius vult interregnum fuiſſe cui contrarium ſentiunt Theologi.

Acterum 13. vſque ad Samuelem iudices fuiſſe.

Suidas in voce Heli.

Vt Sulpitius.

Vt 1. Regum c. 2.

Vnde profanatos ſacrorum ritus vindicare ſtatuens Deus, Philiſtæorum in manus tradit exercitum. Cumque filii pontificis aciem reſtituere conati arcam Domini humeris ſuis (pater enim annis grauior luminibus obductis officio non ſufficiebat) in pugnam efferrent, maieſtate primum territi hoſtes fugam meditabantur, ſed Dei occulto iudicio mutatis animis confirmati recurrunt, obuios quosque cædunt, & filiis Heli interfectis, quod

1. Regum c. 4.

Philo ideo eos vult punitos quia Arcam inconſulto Deo acceperant.

Philo eos à Gelia interfectos.

Digitized by Google

quod omni ignominia maius est Arca potiuntur.
1. Regum c. 5. 6. & 7. Quam tamē infinitis malis pressi remittere compulsi sunt.

Iosephus l. 5. c. 19. Heli delato ad se mali nuncio consternatus de sede sua princeps ruens animam efflauit, sera facti suorum & non facti sui ductus experientia.
1. Regum c. 7. Iam enim dudum o Samuel præter naturæ ordinē
Suidas. sterili natus, præter ætatis legem à Deo in sacer-
1. Regum c. 3. dotium cooptatus, peccari & peccatum secuturæ
Ecclesiastici 46. vltionis eum commonefecerat. Hic idem mortuo
Hiero. in l. Regum. surrogatus qua virtute fuerit, docet perpetua Philistæorum oppressio; qua integritate, communis idololatrarū punitio. Cum enim omnes per præconem conuocatos aquam haurire iussisset, reorum labris sibi adhærentibus culpam, quam inficiari non poterant, fatebantur.

o *Id est, Deo datus.*

Figura: Ioannis Baptistæ.

Figura: Christi præsentati ante B. Virginis.

Controuersium est an fuerit sacerdos.

CAPVT I. *Translatio Reipublicæ.*

Sulpitius. SIc hostili metu sublato secundis tranquillisq; rebus præsentia more vulgi fastigio insueta desiderio esse cæperunt. Regium nomen cunctis fere liberis inuisum expetens, non sine exemplo amentiæ præoptabat libertatem seruitio mutare. Cumque frequens Samuelem circumsisteret, nec illi salubri oratione ab insana voluntate populum posset detorquere, consulto oraculo Saulē elegit.
Iosephus l. 6. c. 2. *Insolentiam filiorum Samuelis causam petendi Regis dat. & c. 5. miraculo populi malitiam in Rege petendo confirmatam.*
1. Regum c. 9. Quem vbi asinas patris anxie inquirentem offen-
1. Regum c. 10. dit epulo exceptum sacerdotali oleo perfusum Regem appellauit, bonum illum & necdum Dei
Iosephus l. 6. c. 3. contemptorem, cuius integritatem parta de hoste
1. Regum c. 11. victoria testatur. Sub ipsa statim regni initia bona populi pars ab eo secessserat, quos ne quidem expetitus sustinere animaduerti ita vt iterata vnctione ab omnibus Rex salutatus meruerit innocentia sua quod inierat regnum & mansuetudine stabilire. Frustra Philistæi bellum minabantur, secura erat acies quamdiu mens recta.
1. Regum c. 12.
Hist. Schol. c. 13.

Monarchia hic initium dat Sigonius.

Anno 2881.

Filius Cis hic fuit ex tribu Beniamin.

Ammonitis.

Regis est milites primum domestica tum externa bella inire.

Digitized by Google

1. Regum c. 13. Sed postquam Samuelem per septem dies opperitus, illicita præsumptione sacerdotis holocausto oblato sibi partes arrogasset, parũ abfuit quin vinceretur. Sed vno exemplo potentiæ suæ & miserationis Deus edidit exemplum qui vnius Ionathæ (hoc Saulis filio nomen) audacia victoriam concessit præter spem; cum alienum a se peccato Regis Dominum arbitrarentur, & maxima ferramentorum inopia vix vni aut alteri lanceam aut gladium permitteret.

Iosephus l. 6. c. 7. Eo die edixisse Rex fertur, ne quis nisi confectis hostibus cibum caperet. Cuius interdicti ignarus Ionathas fauo reperto tinctoque spiculo, mellis pauxillũ degustauerat, vnde à patre mortis periculum imminebat, nisi populus beneficii memor resignati ieiunii pœnam deprecatione mitigasset. Philistæos Amelechitæ exceperunt, quibus victis cũ Saul prędæ magnitudine illectus interdicti diuini immemor capta seruari iuberet, Samuelis Deiq; grauem incurrit indignationem. Adeo vt auerso ille à Saule animo Dauidem puerum etiam num, & sub patre ouium pastorem regali oleo perlinire iusserit.

Ieiunij commoda.

Tertul. 4. ad Marcionem. 1 Regum c. 15. Ioseph. Schol. c. 14. Iosephus l. 6. c. 8. *Periclitatur Ionathas.*

Præfiguratum hoc in fractione vestis Samuelis à Saule. 1. Regum c. 16. *Anno 2881.*

Erat hic liberali facie & citharæ cantu oblectabatur, vnde à Saule in Regiam receptus inter pueros Regios erat loco primario, Regi inprimis carus, vt qui cantus suauitate eius à dæmone vexati dolores nõnihil videretur mitigare. Ita non Regis modo sed & procerum vulgique animos sibi conciliabat, maximè cum Goliath deuicto proceritatis & roboris inusitati viro spolia optima retulit. Quid sit Dei auxilio fretum esse hinc videas, quod puer reiectis armis quibus infirma ætas grauabatur funda lapidibusque instructus confecerit, quod ne armato quidem sperare in mentem venisset.

Dauid fuit, Rex, propheta, Musicus, Scriptor, & bellator summus.

1. Regum 17. *Exemplar est Regis magni tempore belli.*

Iosephus lib. 6. c. 12. Ecclesiasti. 47. Histor. Scho. c. 16. 1. Regum 18. Philo lapidi quæ usus David 7. patrum nomina inscripta fuisse ait. *Figura: Christi vincentis diabolum.*

Allegoria: Christiani humilis oratione prosternentis diabolum.

CAP. II.

Digitized by Google

CAPVT II. *Dauid cum Saule.*

P. Meſſiæ. 3. Parte c. 15.

HOC præclaro facinore etſi Regiam vxorem Philiſtæorum interfectori promiſſam Rex Dauidi cedere inficiaretur, Michol tamen mutuo amore complexus eſt. Ionathæ quoque amicitiam fœdere confirmatam meruit, qui vſq; ad gladium ipſum veſtimenta ſua ei communicauit. *Filia Regis. Filij Regis.*

Verum enimuero multus iſte populi in Dauidem fauor Regis inuidiam magis magisq; accendebat, reputatis nihil præter regnum ei reſtare, huius virtutes regiis ampliores in compitis à virginum puerorumque choro decantarentur.

Timens autem tam carum omnibus è medio tollere ſpecie honoris ſtatuit eum periculis obiectare, tribunitia poteſtate bello præpoſitum, & ne fraus publice pateret Melchol filiam cuius amore captum ſciebat ea lege matrimonio eius ceſſuram ſtipulabatur, ſi centum Philiſtæorum præputia retuliſſet. Sperabat iuuenem periculoſa temeritate quiduis audentem tandem vitæ periculum incurſurum, ſed longe aliter ac ratus erat euenit. Victis enim hoſtibus reuerſus regiam virginem coniugē accepit, duos de hoſtibus & Rege illis impietate, hoc odio in ſe ſtimulatis triumphos reportans.

Michol idem.

Ioſepho ſi 600 Paleſtinorum capita Regi attuliſſet.

Hiſt. Sebol. c. 16.

Creſcebat interim vt bonos ſemper mali inſectantur, Regis odium; adeo vt occulti filio & miniſtris eius occidendi mandatum dederit. Sed Ionathæ increpationi pater acquieuit, monito Dauid, qui iræ potenti ſemper ſe ſubducebat.

Sulpitio ſpiritus erroris.

1. Regum c. 19.

Rex porro vt non diu mali boni ſunt, cum ſpiritu immundo torqueretur Dauidem ex more cithara ſe delinientem lancea proiecta confixiſſet, niſi lethalem ictum propere declinans parietem vulneri expoſuiſſet. Exinde non ſe continens priuatis terminis inimicitia foras erupit. *Allegorice: Saul dæmon, Dauidem iuſtum, poſt Philiſtæum peccata victa, vult cytharizare, id eſt, inani gloria ſed tum cauendus eius ictus.*

1. Regum c. 20.

Miſſi tertio qui fugientem interciperent; nec vlterior Ionathæ interceſſioni locus dabatur, adeo

Ioſephus l. 6. c. 12 & 13.

Digitized by Google

1. Regum c. 13. Sed postquam Samuelem per septem dies operitus, illicita præsumptione sacerdotis holocausto oblato sibi partes arrogasset, parũ abfuit quin vinceretur. Sed vno exemplo potentiæ suæ & miserationis Deus edidit exemplum qui vnius Ionathæ (hoc Saulis filio nomen) audacia victoriam concessit præter spem; cum alienum a se peccato Regis Dominum arbitrarentur, & maxima ferramentorum inopia vix vni aut alteri lanceam aut gladium permitteret.

Iosephus l. 6. c. 6.

1. Regum c. 14.

Eo die edixisse Rex fertur, ne quis nisi confectis hostibus cibum caperet. Cuius interdicti ignarus Ionathas fauo reperto tinctoque spiculo, mellis pauxillũ degustauerat, vnde à patre mortis periculum imminebat, nisi populus beneficii memor relignati ieiunii pœnam deprecatione mitigasset. Philistæos Amelechitæ exceperunt, quibus victis cũ Saul prędæ magnitudine illectus interdicti diuini immemor capta seruari iuberet, Samuelis Deiq; grauem incurrit indignationem. Adeo vt auerso ille à Saule animo Dauidem puerum etiam num, & sub patre ouium pastorem regali oleo perlinire iusserit.

Ieiunij commoda.

Periclitatur Ionathas.

Tertul. 4. ad Marcionem.
1. Regum c. 15.
Hist. Schol. c. 14.
Iosephus l. 6. c. 8.

Præfiguratum hoc in fractione vestis Samuelis à Saule.

1. Regum c. 16.

Anno 2881.

Erat hic liberali facie & citharæ cantu oblectabatur, vnde à Saule in Regiam receptus inter pueros Regios erat loco primario, Regi inprimis carus, vt qui cantus suauitate eius à dæmone vexati dolores nõnihil videretur mitigare. Ita non Regis modo sed & procerum vulgique animos sibi conciliabat, maximè cum Goliath deuicto proceritatis & roboris inusitati viro spolia optima retulit. Quid sit Dei auxilio fretum esse hinc videas, quod puer reiectis armis quibus infirma ætas grauabatur funda lapidibusque instructus confecerit, quod ne armato quidem sperare in mentem veniisset.

Dauid fuit, Rex, propheta, Musicus, Scriptor, & bellator summus.

1. Regum 17.

Exemplar est Regis magni tempore belli.

Iosephus lib. 6. c. 12.
Ecclesiastic. 47.
Histor. Scho. c. 16.
1. Regum 18.
Philo lapidi quæsitus Dauid 7. patrum nomina inscripta fuisse ait.

Figura: Christi vincentis diabolum.

Allegoria: Christiani humilis oratione prosternentis diabolum.

CAP. II.

Digitized by Google

CAPVT II. *Dauid cum Saule.*

P. Meſſiat. 3. Tarte c. 15.

HOC præclaro facinore etſi Regiam vxorem Philiſtæorum interfectori promiſſam Rex Dauidi cedere inficiaretur, Michol tamen mutuo amore complexus eſt. Ionathæ quoque amicitiam fœdere confirmatam meruit, qui vſq; ad gladium ipſum veſtimenta ſua ei communicauit. *Filia Regu. Filij Regu.*

Verum enimuero multus iſte populi in Dauidem fauor Regis inuidiam magis magisq; accendebat, reputatis nihil præter regnum ei reſtare, huius virtutes regiis ampliores in compitis à virginum puerorumque choro decantarentur.

Michol idem.

Timens autem tam earum omnibus è medio tollere ſpecie honoris ſtatuit eum periculis obiectare, tribunitia poteſtate bello præpoſitum, & ne fraus publice pateret Melchol filiam cuius amore captum ſciebat ea lege matrimonio eius ceſſuram ſtipulabatur, ſi centum Philiſtæorum præputia retuliſſet. Sperabat iuuenem periculoſa temeritate quiduis audentem tandem vitæ periculum incurſurum, ſed longe aliter ac ratus erat euenit. Victis enim hoſtibus reuerſus regiam virginem coniugẽ accepit, duos de hoſtibus & Rege illis impietate, hoc odio in ſe ſtimulatis triumphos reportans.

Ioſepho ſi 600 Paleſtinorum capita Regi attuliſſet.

Hiſt. Schol. c. 16.

Creſcebat interim vt bonos ſemper mali inſectantur, Regis odium; adeo vt occulti filio & miniſtris eius occidendi mandatum dederit. Sed Ionathæ increpationi pater acquieuit, monito Dauid, qui iræ potenti ſemper ſe ſubducebat.

Sulpitio ſpiritus erroris.

1. Regum c. 19.

Rex porro vt non diu mali boni ſunt, cum ſpiritu immundo torqueretur Dauidem ex more cithara ſe delinientem lancea proiecta confixiſſet, niſi lethalem ictum propere declinans parietem vulneri expoſuiſſet. Exinde non ſe continens priuatis terminis inimicitia foras erupit. *Allegorice: Saul damon, Dauidem iuſtum, poſt Philiſtæum peccata victa, vult cytharizare, id eſt, inani gloria ſed tum cauendus eius ictus.*

1. Regum c. 20.

Ioſephus l. 6. c. 12 & 13.

Miſſi tertio qui fugientem interciperent; nec vlterior Ionathæ interceſſioni locus dabatur, adeo

vt pater non ſecus atque in hoſtem telum contorſerit, ſed irrito, quod Dei munus eſt conatu. Dauid etiam per puerum ſagittarum iudicio de perſecutione factus certior non vltra ſe Regi credidit ſed per varia diuerticula elabendi occaſionem quærebat.

CAPVT III. *Dauidis fugæ.*

1. *Regum c. 21. Ioſephus l. 6. c. 14. Hiſt. Scho. c. 20.*

AC primum fugiens ad Samuelem ſe contulit in Ramatha, inde ad Achimelech ſacerdotẽ qui panibus ſacris eum refecit, tum ad Achis Regẽ Geth. Sed nec ibi tutum ſe fore metuens, in ſpeluncam obollam ſeceſſit. Vbi breui collecto familiarium numero, vſque ad quadringentos, parentes quos incerto Martis diſcrimini committere verebatur, Regis Moabitarum fidei cõmendauit, ipſe ad monitum Gad prophetæ in terram Iudæ regreſſus. His per exploratores intellectis indignatus Saul, quod Achimelech Dauidem profugum hoſpitio dignatus & omni humanitatis genere perſecutus eſſet, apprehenſum cum 80 ſacerdotibus morti adiudicauit, Doech Idumęi ad tam nefariam cædem manu abuſus, quod ne homini quidem in mentem venire debebat.

Figura
Hæ ſunt perſecutiones Chriſti & D. Pauli.

Ioſepho fugitini dicuntur quorum ſit factus princeps.

Quæ ad alios vt B. Athanaſium poſſunt applicari.

1. *Regum c. 22.*

Hiſt. Schol. c. 12. Alius Abimelech.

Allegoria:
Homo ad quemcunque ſe ſtatum conferat tutus nequit eſſe quamdiu vixit Saul, id eſt, caro noſtra vel damon.

Suidas in voce εἰσήγγελε.

Sulpitius Syrum vult.

Interiecto tempore Dauid Ceilam vrbem Dei hortatu & auxilio, fuſo Philiſtæorum agmine liberauit. Inde in deſertum Ziphæotũ profectus parum abfuit quin caperetur. Saul enim cum exercitu ingenti eum cinxerat in monte paruo numero comitatum, & oppreſſerat niſi Philiſtæorum irruptionis nuncio allato Dauide quam regno carere maluiſſet. Poſtquam autem à Philiſtæis reſpirandi facultas data eſt ſtatim in Dauidem conuerſæ ſunt copiæ: ſed fruſtra ei exitum moliebantur quẽ dominus protegebat. Erat in deſerto En gaddi vaſto receſſu patens ſpecus, in cuius interiora Dauid cum ſuis ſe coniecerat. Saul ignarus vel reficiendi

1. *Regum 23. Ioſephus l. 6. c. 15.*

Allegoricè:
Sapiens etſi poſſet ſæpe præſcindere tamen non vult miſeriæ aut inimicitiæ cauſam ne obiecto careat virtus & patientia.

1. *Regum 24.*

Digitized by Google

Hist. Schol. c. 22.

ficiendi vel purgandi corporis causa in primo aditu succesſit, ibi somno præuentus requieſcēs. Hortantur socii Dauidem oportunitate vtatur, ille negat regio sanguine manus sua inſici oportere. Ne tamē nihil agat diploidis extremitatem auulſam secum abſtulit, quo oſtenſo, Regi beneficia tum alia, tum hoc præcipue exprobaret, quod cum potuerit nemine conſcio, nemine reluctante ipſomet non ſentiente eum interimere maluerit præteruare. Quod & non multo poſt fecit.

Ad quæ Saul culpam fateri, veniam deprecari, lachrymis pietatem Dauid extollere malitiam ſuam incuſare. Tantum ex feroci animo mutatum, crederes nihil vnquam in generum auſurum. Sed Dauid qui penitius ingenium hominis perſpectū haberet, nihil fidendum ratus, eremi clauſtris ſe continebat.

1. Regum 25.

Erat illis locis prædiues quidam Nabad nomine, ad quem cum legatos qui munera ad vſum peterent. Dauid miſiſſet, nec quicquam paratum impetraretur, Abigail eius vxor panum edulio-

2. Paral. c. 3.

rumque genere oneratis aſinos iram quæ barbaræ domui, & inhoſpitali familiæ imminebat, euaſit, meruitque quæ mortuo coniuge Dauidem maritum nanciſceretur. Saul enim vecors animi quia comprehendendi generum poteſtas nō erat Melchol filiam Dauidi vt ſupra retulimus nuptam alteri falti nomine vxorem dedit, ne quicquam amicitiæ inter ſuos & Dauidem permanere cogeretur.

Ioſephus l. 6. c. 16.

1. Regum 26.

Tot facinoribus irritatus Dauid nihil tamen de ſolita remiſit pietate. Cum enim Rex ad Ceilam caſtra metaſſet nemine ſentiente caſtra ingreſſus lanceam ſtrictim abſtulit, Rege iterum intacto.

Ioſephus l. 6. c. 17.

Tutius videbatur ad hoſtes diuertere interim, quam ſuſpectæ popularium dominationi fidem habere.

Igitur

1. Taral. c. 11. & sequent. Igitur ad Philistæos iuratos Hebræi nominis hostes confugit, benigne ab iis habitus, & supra modum humaniter. Cum enim sedem sibi assignari peteret haud grauate Sicelech locum ei decreuerunt, quem & tutatus est egregie, latrones qui absente præsidio partem vrbis succenderant egregie vltus. Ex præda principibus Iuda munera, & militibus tam iis qui ad sarcinas relicti quam qui in expeditionem sumpti erant, æqualiter reliquum distribuens. Interim Philistæi acriter Hebræis insultabant, assiduis populationibus agros, continuis præliis homines infestantes.

1. Regum 27.

1. Regum c. 30.

Hist. Schol. 27.

CAPVT IV. *Saulis mors.*

1. Regum c. 28. Iosephus l. 6. c. 18. Addit de Pythonissa in Saulem tristem responso humanitatem. SAul de belli euentu oraculum consulens, cum nullo responso eum Deus dignaretur, ad mulierem Pythonissam, quæ spiritu erroris ageretur se conuertit, ad cuius incantationes Samuel iam ante è viuis sublatus comparuit, etsi nõ earum efficacia, Deo permittente. Qui impietatem eius asperioribus verbis castigans ea prædixit, quæ euẽtu postea comprobata sunt. Victus enim à Philistæis, exercitu filiisque absumtis, cum nullum fugæ præsidium esse videret equo delapsus ne viuus in potestatem hostium veniret gladio suo incubuit.

Controuersum e? verus ne hic fuerit Samuel an dæmon eius specie assumpta.

1. Regum c. 31. Iosephus l. 6. c. 20. 1. Para. c. 10.

Vide Philistæa.

Reg. annis 40.

2. Regum c. 1. Iosephus l. 7. c. 1. Hist. Scho. c. 1. Mortis autẽ nuncio ad Dauidem perlato quasi amicissimus ei perisset, ad luctũ se conuertit, mortuumque epitaphiis omnique funeris pompa decorauit, eumque qui diadema & armillas defuncti attulerat, rapi ad supplicium iubet. Angebat autem non parum Ionathæ amicissimi orbatio qui eodem prælio ceciderat.

CAP. V.

Digitized by Google

CAPVT V. *Dauidis regnum.*

Sulpitio Chebrok.

NON multo post è Philistęorum vbi hactenus egerat regione in Iudæam se conferens, in Hebron Iudæis cum summa potestate præfuit, regni sui initia à ciuili tumultu auspicatus. Abner enim princeps militiæ Saulis, defuncti partęs filio Isboseth in patris locum surrogato tuebatur. Vnde crebris inter duces Regum certaminibus concursum est. Pulsus Abner sæpius: fratrem tamen Ioab Azahel qui partium Dauidicarum exercitui præerat, fugiens interemit. Quo dolore postea Ioab, cum se Abner dedisset in fidemque receptus esset, iugulari per insidias eum præcepit, non sine dolore Regis cuius fidem cruentauerat.

2. Regum c. 2.
Hister. Scho. c. 3. ait Isboset 2. annis regnasse.
Sulpitio Isbaal.
Iosephus singulari 12. vtrimque electorum certamine bellum Abner finitum
Hist. Schol. c. 5. & seq.

Per quinquennium durarunt hæc inter duces certamina.

2 Regum c. 3.
Iosephus lib. 7. c. 2.

Isboseth autem à sicariis per insidias interemptus est, felix qui vltorem mortis sue nactus est hostem. Dauid enim de percussoribus sumto supplicio iterato exemplo ostendit animum sibi & manus à sanguine fuisse alienissimas.

2. Regum c. 4.

Iosephus l. 7. c. 3.

Bellis ciuilibus defunctus communi omnium ore Rex inauguratus est, occupataque totius regionis arte munitissima, quam inexpugnabilem crediderant prædisessores, nominis sui reliquit loco appellationem. Arcam quoque quæ diuersis locis prout casus tulit requieuerat, in arcem Sion (ex domo Obed-Edom huius ingressu *o* benedicta) transtulit. Deinceps hostium reliquias persequens Philistęos aliquot præliis attriuit, Idumæos subiugauit, Ammonitas per Ioab deleuit, Syris bis rebellibus tributum superimposuit, Moabitas ita repressit vt ne luscere quidem deinceps auderent. Regem Emath ad Euphratem vsq; persecutus est, Damasci & Syriæ principes non modo repulit, sed & imperata facere coegit, verba dicam nihil ita validum occurrebat, quod non virtuti Dauidis locum faceret.

2. Regum c. 5.

Iosephus l. 7. c. 4.

2. Regum c. 6.
Hist. Schol. c. 9.
Iosephus l. 7. c. 5.

o Hebræi volunt quod vxores eius & nurus ei pepererint masculos & : iumenta duplices fœtus. Figura Benedicta concepto Christo Maria.

Suidas in voce Ozan.
2 Regum c. 21.
Prædictum Gene. 25.
2. Regum c. 10.
1. Para. c. 18. & 3. seq.

Digitized by Google

CAPVT VI. *Prænaricatio.*

Ambroſius apologia c. 2.

HOc tam felici rerum ſucceſſu beatus eſſet Dauid, ſi vt hoſti ita ſibi imperare conaretur. Sed poſtquam per duces bellum gerere cepit ipſe otio diffluens, animum deſidem, vt ſolet, Venus occupauit. Cum enim poſt meridianos calores lecto ſe propipiens per ſolarium domus Regiæ ſpacia faceret, in fœminæ, quæ tum forte lotioni operam dabat, amorem exarſit. Erat hæc Vriæ Ethæi vxor formæ præſtantia nemine inferior. Quam vt eſt moræ impatiens amor confeſtim adductam ſtupro compertam habuit. Veritus autem adulterii infamiam apud virum, criminis notam apud plebem, ſi nuptam ſecum habeat, voluptatis priuationem apud ſe ſi dimittat, conſilium iniit coniugem è medio tollendi, vidua potiturus magis decenter, magis licitè.

2. Regum c. 11.

Ioſephus l. 7. c. 8.

Vriam itaque è caſtris accerſit, datis ei ipſi ad Ioab militiæ præfectum epiſtolis imperat iniquo pugnæ loco in prima nimirum acie hoſtibus obiici.

Regreditur Vrias inſcius ipſi ſuæ necis procurator, & conſtitutus vbi primi & vehementes hoſtium ſolent eſſe impetus, occiditur.

Talmud. c. 2. c. 1. d. 5. adò Dauidem nec adulterio nec homicidio peccaſſe.

Ita Rex lętus proſpero euentu viduam vxorem numero aggregauit, non adulterii modo ſed vt reus iniuſtæ hominis innocentiſſimi cædis. Nathan porro propheta irati Numinis præco ad Regem introductus parabola pererudita ad erroris ſui agnitionem eum pertraxit, conferens eum homini diuiti & qui infiniti gregis poſſeſſor pauperculi vnius vnicæ ouiculæ inſidietur. Hominis autem iſtius impietatem ſuppreſſo nomine ad ipſummet Regem detulit. Qui nulla interpoſita mora morte dignum cenſuit.

2. Regum c. 12.

Tum propheta proprio eum iudicio damnatum euidenter comprobauit.

Hiſtor. Schol. c. 21.

Vnde

Vnde Rex facti pœnitudine ductus quidem est diuinam tamen vltionem haudquaquam effugit: Filius quippe ex nefando concubitu editus paucos post dies mortuus luctum patri peperit incredibilem, aliaque enormia in domo ipsius euenerunt.

Dauid 4. nominibus vocatur A deo datus, ob Goliath necem, filius factus q. inde assumptus, Palmitarius q. materaius de genere Beheleel polimitaris Bethlamites à patria.

Ammon cum sorore sua Thamar incestu coitu decumbere non erubuit, Absolon fratrem Ammon specie amicitiæ ad epulas comiter inuitatum immissis percussoribus necare. Vnde in Gessur, fugiens iratam patris faciem delituit, donec per Ioab mulieris technitis callido interuentu reuocaretur, qui ipse Ioab non nisi segetibus suis exustis ad Absolonem respexit. Salubriter, nisi Absolon fauori plebeio velificatus arma in patrem impia & parricidiales manus conuertisset.

2. Regum 13. Hist. Scho. c. 13. Iosephus l. 7. c. 10. Ad maternum auum vt Iosephus.

Allegoria: Thamar culpa, Ammon peccator.

2. Regum c. 14. Iosephus l. 7. c. 11. Hist. Schol. c. 14.

Suidas.

Allegorice: Caro non prius reconciliatur spiritui & per illum Deo, nisi sublata luxuriæ materia.

Incitabat adolescentem parum sibi constans ætas, & iuris omnis ignara, moræ impatiens ambitio. Spem faciebat in vnum declinans totius populi animus, quem morum exterior compositio, vultus supra mortalem elegantia, capillorum splendidam frontem coronantium fulgor, facilè conciliabat. Hisque artibus captiuas tenens ciuium mentes regnum arripere malebat quam expectare. Dauid conspirationis huius factus certior relicta Hierusalem in fugam conuertit.

Hist. Schol. c. 15.

Iosephus l. 7. c. 12.

Expeditio autem in Absolonem Ioab mandata, cum mandatis vt victo parceret, etsi impiè Achitopheli auxilio patri necem molito. Sed vbi ad manus ventum est vsque ad viginti millia cæsi, reliqui in fugam acti, retinente Ioab exercitu ne fugientes persequeretur.

2. Regum c. 16. 17. & 18. Iosephus l. 7. c. 13.

Hist. Schol. c. 17.

Allego. Absolon auarus, Dauid virtus, arbor diuina ira, capilli fastus tres sagittæ, inopia mors, damnatio Ioab damon minister Dei.

Absolon autem mulo vectus comæ densitate, quæ in humeros hinc inde propendebat dum citato cursu fugæ insistit quercus humilioris ramo implicatur, mulusque oneri se subducens medio aere suspensum reliquit.

2. Regum c. 18.

Digitized by Google

Ioseph. l. 7. c. 14. & 15. Ioas spreto regis imperio accurrens lanceâ per ventilantis pectus contorta, vita eum priuauit. Hæc quamuis speciosa populo, flebilis tamen patri fuit victoria; cuius ea erat pietas, vt filio paricidæ parci, quam militares manus regii iuuenis sanguine aspersas videre maluerit. Sed hæc omnia Deo annuente gerebantur. Hoc bello defunctus in aliud incidit periculi forte & negotii non minoris. Inter Iudam & reliquas tribus quod illa Regem cognatum in aliorũ præiudicium vocare videretur contentio orta tam longe serpsit donec ducem factionis reperit Sybam quendam è Saulis domo. Sed hac quoque ducis solertia breui & leui certamine finita publice & priuatim alta pace secura erant circum circa omnia.

Alii 3. velut eum confossum.

2. Regum c. 3. 9

Ioseph. l. 7. c. 17.

Sulpitio Sabaa.

Hist. Scho. c. 18. & 19.

2. Regum c. 24.

Hist. Schol. c. 23.

Tum Regem noua & subita incessit cupido ad metiendas imperii vires populum censere. Sed facti mox piguit pœnituit; ue veniam Deum orans, quod in id animos extulisset, vt regni sui potentiã ex suorum potius multitudine, quam fauore diuino æstimaret. Itaque missus ad supplicem Angelus trinam ei pœnam denunciat, dato vnam eligendi arbitrio. Ille propositi triennii fame, trimestris fuga tridui morte, fugam famemq; detestatus, mortem vt quæ omnibus maximè cõmunis esset, præelegit, momentoque temporis septuaginta virorum milia repentino pestiferæ contagionis malo interiere.

Suidas ait census 332. myriades in quibus 30. erant fortes quorum minimus par erat 100. maximus 1000. viru.

1. Paral. c. 21.

Ambrosius c. 2. & seq. Apologia.

Hebræi dicunt ob mortem Vriæ hanc pœnam populo qui Dauidi consenserat, irrogatam, Dauidemque abunde in Absalone punitum.

Ioseph. l. 7. c. 19.

Quod conspicatus Rex Angelique manu velut igne quodam omnia depasci, pœnam deprecari, se reum gladio deberi, nihil multitudinem demeruisse. Hac confessione pœnam, quæ cunctis vna futura videbatur mitigauit. Nec omittendum, quod triennii inediam ob Gabaonitarum à Saule cædem immissam 7. ex Saulis genere necatis expians repulerit.

Ioseph. l. 7. c. 18.

Hist. Schol. c. 20.

CAP. VII.

Digitized by Google

CAPVT VII. *Salomonis imperium.*

3. Regum c. 2.

1. Paral. c. 29.
Ioſephus lib. 7. c. 20.

Ioſephus l. 7. c. 22. Paulo aliter.
Sed lib. 8. c. 1. Sic.
Ioſephus l. 7. c. 21.
Hiſt. Scho. c. 4.

3. Regum c. 3.
Hebræi ex hac volunt eum vndecim annorum prolem ſuſcitaſſe.
Sulpitius.
2. Paral. c. 1.

Ambroſius de eo.

Hiſt. Schol. c. 5.

Ioſephus l. 8. c. 2.

Hiſt. Schol. c. 6.

Hiſt. Scho. c. 6.

IAmque Dauid annis & bello infractior viuo ſibi adhuc Salomonem ex Batſabęa filium ſucceſſorem deſignauit. Qui ſtatim à morte patris inito magiſtratu ſummo Adoniam fratrem quod Abiſæ Sunamitem petens regnum affectare videretur, è medio ſuſtulit. Abiathar ex complicibus eius ſacerdotio mouit, Ioab Abner & Amaza cædibus Abſoloneque reum ne quicquam ad aras confugientem, vt Semei contra mandatum ſuum Hieroſolymis egreſſum occidi præcepit. Ita ſublatis, qui publicæ quieti obſtare poſſe videbantur, deinceps ſumma in pace populo prefuit, potentiſſimi Pharaonis filia in matrimonium ducta nobilis, ſed ſapientia ſua longe nobilior. Huic enim per ſoporem aſtare viſus Deus poſtulandi ab eo quæ vellet feciſſet optionem, ſed ille ſapiens reliqua parui æſtimans ſolam deſiderauit ſapientiam qua omnes quotquot ſunt, erunt, fuerunt longe ſuperauit. Sub auroram nocte & ſomno reiectis planũ indulti ſibi muneris dedit experimentum. Nam cum duæ mulieres vnius hoſpitii tecto diuertentes eodem tempore partu leuatæ eſſent, & ex pueris altero ſiue caſu, ſiue incuria mortuo, defuncti *c* mater *a* ſomno *b* alterius *d* inſidiata mortuo ſuppoſito viuum infantem *e* abſtuliſſet, re ex contentione ad iudicem *f* delata, quamuis inter negantes teſtium defectu difficilis eſſet iudicatio, Salomon puerum viuentem perimi corpusque diuidi inter altercantes iubet. Cumque vna iudicio ſubſcripſiſſet, altera cedere prius puero & potius cura quam diſcerptum intueri vellet. Tum Rex ex affectu matrem eſſe coniectans non ſine aſtantium admiratione puerum ei adiudicauit. Huius ſapientiæ fama excitii aliarum gentium Reges vno ore imperata facturos ſe promiſerunt, quos tamen nihil metuens muros vibis Regiæ immenſo apparatu re-

Anno 2931. vitæ 70. regni 40.
Imago Regis in pace conſtituti.

Allegoriæ
a *Voluntas.*
b *Peccatum & culpa.*
c *Delectatio.*
d *Conſcientia.*
e *Remorſus.*
f *Deus.*

1. Regum c. 9. tu reſtaurauit. Cananæis tributum imperatum eſt. Rex Tyri nihil officii & operæ prætermiſit, quod ad tanti Regis fauorem ſibi conciliandum facere putabat. E remotiori etiam orbis parte Regina Saba accurrit datisque & acceptis muneribus inauditam hominis ſapientiam prædicabat.

3. Regum c. 10. Ioſephus l. 8. c. 9. Reginam Ægypti & Æthiopiæ vocat.

Figura: Salomon Chriſtus, Templum Eccleſiæ, Regina, Angeli, Rex Hyram papa, Opifices ſancti. Vel, Regina Eccleſia, Salomon Chriſtus. Vel, Salomon Chriſtus, Thronus præſepe, Regina Reges. Pſal. 72.

CAPVT VIII. *Opera.*

HIs opibus confiſus cepit templi erigendi & immenſi operis cogitatione, quod ei qui puras à ſanguine manus haberet permiſſum, patri qui ætatem aſſiduo bellorum motu egerat negatum. Ideoque piam hanc ædis ſacræ mentem in regno ad filium transmiſit. Qui non ſegniter rem aggreſſus, paratis per triennium impendiis quarto fere imperii anno prima iecit fundamenta. Quæ in eam eduxit amplitudinem vt miraculo ſimile videatur, nec quicquam toto orbe illuſtrius omnis referat antiquitas. Hyram Rex Tyri artificum copiam ſubminiſtrabat, plebis munificentia ſi quis erat defectum ſupplebat. Claſſe in Ophir maris magni inſulam miſſa auri vis immenſa comportabatur.

2. Regum c. 7.

2. Paral. c. 2. & ſequen.

3. Regum c. 5. & 6.

3. Regum c. 9.

In ſumma tanta rerum precioſiſſimarum erat vilitas quam frequentia faciebat, vt ſordeat merito præ hac omne fortunatarum inſularum, aureæ Cherſoneſis, Macariæ, & ſi quæ ſint alia fabulis antiquorum celebrata, maieſtas. Igitur cæptum templi opus viceſimo demum anno explicuit, ſacroque peracto vt ſolenni oratione benedicto populo Arca Domini quæ diuerſa hactenus nec certa hoſpitia habuerat in domum ſibi propriam translata ſacro adyto collocatur, vbi nebula totum quantus erat locum complens proſpectum rei diuinæ oculis carnalibus adimens, menti omnium diuinæ præſentiæ dabat teſtimonium.

Hiſt. Scho. refert de Thamar acie & ſtruthionibus in vitro pulchram narrationem.

8. Regum c. 8.

Suidas in voce Salomon.

Figura: Arca à Dauid translata in montem Sion, à Salomone in templum ſuum. B. Virgo à Deo patre mater Dei facta à filio in cælum aſſumpta.

Tum Deus iterato monito regem compellans horta-

hortatur viam proborum sectari, mandatis cælestibus acquiescere, addito regni stabiliendi promisso si obsequatur, sin minus eius à Deo è semetipso non moraturam separationem.

3. Regum c. 9.

Nec templi modo ædificium erexit, sed vbi illud ad finem perduxisset, ad alia opera animum adiecit. Regiamque sibi, & aliam coniugi primariæ ædificauit, quo sumtu, qua maiestate hinc colligas, quod tredecim annos eius perfectioni impenderit tanta operariorum multitudo. Vt taceam preciosissimam in Libani saltu domum duplici porticu insignem, columnarum cedrinarum ordinibus & triplici contignatione opus planè regiæ voluptatis.

3. Regum c. 7.

2. Paral. c. 8.

3. Regum c. 10.

Figura Salomon Christus, Templum Ecclesia, Regina, Angeli, Rex Hyram apis, Opifices sancti. Vel, Regina Ecclesia, Salomon Christus. Vel, Salomon Christus, Thronus patres, Regina Reges. Tpal. 7h

Cognatus de prosperitate & exitio Salomonis.

Thronus *a* eburneus auro *b* suo splendens, ad quem *c* sex gradibus ascendebatur, à parte posteriori duas *d* manus totidemque leones *e* tribunal Regium sustinentes, 12. *f* porra leunculi gradus obsidebant, Reginæ insuper opposita non inferioris luxus habitatio, tot atriis, tot columnarum serie pulchertima distincta.

Allegoria:
a Ecclesia militans,
b Charitas,
c Opera misericordiæ,
d Duæ Christi naturæ,
e Duo testamenta,
f Articuli fidei,
Vel,
Thronus B. Maria seu gradus sanctorum ordines
Proverb. 9.

Hist. Scho. c. 5 & 25.

Vrbem insuper Hierosolymam triplici muro cinxit; ita vt primi ambitu templum & Regia, secundi principum & prophetarum, tertii opificum contineretur habitatio.

CAPVT VIII. *Prævaricatio.*

HÆc omnia tolerari possent & poterant, nisi vergente in luxuriam luxu, in impietatem luxuria, quas sapientia sua vicerat earum insipientia se vinci pateretur. Cum enim vxorum quæ septingentæ numero ei erant & concubinarum quæ 300. Gynecæo, ex gentibus & alieno semine oriundas contra maiorum præscripta inseruisset animum regalem enervante mulierum adulatione, ad idola earum se abiecit. Facile quippe erat vt ad aliorum genua confugeret qui Dei sui oblivione capi pro nihilo ducebat.

3. Regum c. 11.

Faminarum & voluptatis exemplum.

Figuræ à David traslatæ ad Sion, à Salomone templum suum, ergo à Deo parum fallax à sua assumpta.

Iccirco

Iccirco pii numinis indignationem incurrit, quæ quietum mori & viuere filios perfecte regnare nõ permisit. Adad enim Idumæus veteris à Dauide memor iniuriæ conflato exercitu Iudæam depopulabatur, & ne hostis aduena contemnatur Hieroboam quidam quod ad rei indignitatem facit conditione seruus, oraculo ab Ahia vate monitus, futurum olim vt diuiso Salomonis imperio bona eius pars ad ipsum deuoluatur, mouere se cepit: & seditionis suæ semina spargere, quæ mortuo demũ Salomone latius diffusa 10. tribuum gentes in vnum imperii formam redactus Roboamo Salomonis filio abstulerunt.

Suida Ader.

Hist. Schol. c. 27.

Anno 3971. Vita 56. reg. 40.

CAPVT PRIMVM.

QVI ipso statim regni initio repudiato seniorum consilio iuuenili temeritate iuuenum monitis paruit. Cum magnaque populi pars laxari sibi stipendia quæ Salomon grauissima imposuerat popoſcisset repudiatis supplicum precibus fauorem plebis auertit, ita vt 2. tantum tribus reliquæ manerent in fide, Iuda & Beniamin ex quibus 300000. parauit exercitum, in tribus quæ spreto gentium iure legatos ad semissos necauerant, & Hieroboam promoturus aciem, nisi à Deo monitus bello abstinere, nec quicquam nutui eius contrarium moliri iuberetur. Et certe quamuis Deo permittente regnum Israhel constitutum sit, tamẽ ob perpetuas impietates Regum, vix ad tertiam generationem regnum alicui est propagatum. In parte vero duarum tribuum continua successione filio pater successit; quod Dauidis merito quorundam Regum pietati & Christo inde nascituro acceptum ferendum.

2. Paral. c. 10.

Iosephus l. 1. c. 11.

Hist. Schol. c. 28.

3. Regum c. 12.

Iosephus Adoram legatum vocat.

2. Para. c. 11.

Per Semriam. Primo Deo paruit Roboam sed postea defecit.

Hist. Scho. c. 29.

Plærique enim Regum nihil Israhelis exemplo territi ne fastos impiorum ritus secuti sunt aut secutos tolerarunt. Roboam quasi patum esset templum

3. Regum 14.

Digitized by Google

toto orbe sacerrimum habere Hieroboami inuenta probans, aras statuas lucosq; in montibus quod vetitum erat consecrauit. Vnde Sesac Aegypti rex Dei ope destitutam vrbem facile cepit, contraque datam fidem diripuit, thesauros, templum spoliauit, tantum in locum argenteorũ vasorum & scutorum Rex Iuda aerea substituit. Roboami quoq; successor Abias quanquam hostem semel 150 cæsis fuderit, tamen paternis vestigiis insistẽs, regni breuitatem, vix enim triennio præfuit, & inquietudinem, assiduis incursionibus Hieroboam, vexatus præuaricationis suæ præmium retulit. Qui hunc secutus est Asa rectus diuini numinis cultor, aras lucosque partim & omnia paternæ auitæque impuritatis monumenta sustulit. Vnde Aethiopum hostium victor Israhelis regnum, quod tum à filiò Hieroboam tenebatur grauibus affecit malis, præda non mediocri ex victoria potitus. Huic tamen cæteroquin integro, triplex peccatum in sacris adscribitur, quod fœdus cum Rege Syriæ inierit eius societati plus nimio fidens, quod prophetam idipsum increpantem in vincula coniecerit, quod podagræ malo laborãs ad medicorum prius quam Dei præsidium confugerit.

Melius Iosaphat post eius obitum regnum iure hæreditario adeptus, qui omnes impiorum reliquias & hostium prorsus aboleuit, primam cum Regibus Israhel pacem firmauit. Quam filius Ioram acceptam matrimonium Achabi filia confirmauit, sed exemplo deteriore sceleribus socero, quam patri similior eorum implicitus Dei incurrit maledictionem. Idumæi hactenus Iudæ imperio parentes Rege sibi creato iugum excusserunt. Sufficere hoc debuerat ad docendum profanæ societatis periculum, sed obstinata ad malum consuetudo vlteriora tentauit, donec Ochozias Iorami hæres iunctis cum Israhele viribus Syro se opponens socius belli mortisque effectus est.

Deutero 12. Hist. Schol. c. 30. 2. Paral. c. 12.

Iosephus l. 8. c. 14.

3. Regum c. 15. Suidas.

Anno 3971. Vitæ 56. reg. 4.

Hist. Scho. c. 13. 2. Paral. c. 13.

Hist. Schol. c. 23. Sulpitius.

2. Paral. c 14.

Iosephus l. 8. c. 16.

2. Paral. c. 16.

2. Paral. c. 17. H. Scho. c. 40. 2. Paral. c. 20. Iose. l. 8. c. 22. & lib. 9. c. 1. & 18. Suidas. 4. Regum c. 8. H. Scho. c. 13.

2. Para. c. 21.

Iose. l. 9. c. 7. 2. Para. c. 22.

Vxoribus 18. & concu... nis 60. 28. filij, 60. f... et nata.

Anno 3088. Vitæ 58. reg. 17.

Anno 3000 Alij 500000 ponu...

R. Sirab. 1000000 ... minum & 300. cur... deleuit.

Prophetam.

Obiit Anno 3031. reg. ...

Obiit Anno 3056. vitæ ... regni 25.

Obijt anno 3065.

Ter Semiram. Primo Dei pariè... am sed postea hæsit

Nec immeritò æquali mortis genere & tempore afficiendi seruabantur, qui coniunctioni suæ Dei & salutis curam posthabebant.

Sic inclinante magis magisque imperio cædibus ad coronam aditus parari cæpit, quodque mireris, à fœmina. Hæc Ochoziæ mater mortis ad se nuncio delato, interfectis quotquot regii sanguinis supererant tyrannidem inuasit Solus Ioas puer materteræ dolis abscensus, post septennium Ioiada allaborante, regnum auita sublata recuperauit. Quod longo tempore feliciter administrans, Templi ruinas suppleuit, sacrorum curam habuit, sacerdotum munia ordinauit. Dolendum certe, quod extrema ætate thesauris istis & pulcherrimo ornatu priuari debuerit, obsidionem Azahel Regis Syriæ qui toti Iudææ impendebat redimere coactus, pacem sperans, quam ne sic quidem consecutus est facti inuidia à suis oppressus.

Figura Cæsarum ab Herode innocentum.

Obiit anno 3106. reg. 40.

Cuius mortem filius Amazias vltus pietati vt plurimum deditus. Qui sumpta in Idumæos expeditione victor parum se habuit cõtinenter idola gentis secum abducens.

Vnde à Ioas Rege Israhel prælio superatus coniuratorũ manu periit, ciuitate & templo per summum nefas & ludibrium spoliatis. Qui post hunc regnauit Azarias pius in Deum in hostes terribilis Palestina, Moab Arabibus victis Ægyptum nominis sui terrore impleuerat, sed postquam sacerdotis munus immolando sacrificium sibi arrogauit lepra percussus Ioathæ filio regnum cessit, qui & ipse egregium sanctitatis exemplar Ammonitarum populos stipendio Iudæis astrinxit. Sed patri dissimilis filius successit, Achaz impietate sua celeberrimus qui inita cum Assyriorum Rege, à Syris prius victus, amicitia, à vicinis gentibus aliquoties victus, gentium idola sectatur. Mutum profectò quod vicino Israhelis malo regis animus non flecteretur.

Obiit anno 3226. regnauit 16.

Melius

Iosephus l. 9. c. 9.

4. Regum c. 11. Athalia vocatur. Sulpitio Godolia. Alias Eliakim. 2. Para. c. 23

4. Regum c. 12.

Iosephus l. 9. c. 10.

2. Paral. c. 24. Post Ioiadæ mortem Ioas impius euasit.

4. Regum c. 14. Iosephus l. 9. c. 12. Amalechitas vocat. Sulpitius.

2. Para. c. 25.

Suida & Sulpitio Ozias vocatur. Hist. Schol. c. 21. 2. Paral. c. 26.

Iosephus lib. 9. c. 15. & 16.

H. Scho. c. 24

4. Regum c. 15.

2. Paral. c. 27.

H. Scho. c. 25

4. Regum c. 16. Suidas.

2. Paral. c. 28.

Iosephus l. 9. c. 18.

4. Regum c. 18.

Melius iccirco Ezechias auiti quam paterni ingenii promptior assecla, inito regno populum sacerdotesque ad DEI cultum cohortatus multis disseruit, vt frequenter castigati à Deo, frequentius misericordiam consecuti, vt postremum decē tribus in captiuitatem ductæ sacrilegii pœnas dissoluerint, curandum eis sedulo ne eadem pati mereantur. Ita conuersis ad religionem omnium animis sacra renouat, Paschatis festum iampridem omissum dimissis per omnem terram nunciis indicto conuentu celebrauit. Nec minore industria quo diuina curauit rem bellicā administrans, Philistæos oppressit reliquis rebellandi præscindens occasionem.

Suidas in voce Ezechias.

2. Para. c. 29

Sulpitius.

Iosephus l. 9. c. 13.

Figura: Ante communionem nouandus animus.

Figura Castrum ab Hostium castris.

2. Paral. c 30.

Hist. Schol. c. 27.

Large profecto hanc principis optimi integritatem remunerauit Deus. Cum enim Sennacheris Assyriorum Regis obsidione Hierosolyma vrgeretur, populatorque insolens deditionem imperaret, etsi non impetrasset excidium vrbi minitaretur, Esaiæ vatis responso Rex obsidionem tulit. Nec multo post Angelus castra hostium ingressus somno per noctem deditos interficit. Quod factum vbi recurrens aurora publice nunciauit, Rex trepidus Ninivem fugiens à suis oppressus dignum se exitium retulit.

H. Scho. c. 29.

Obijt anno 3106. ?

2. Para. c. 32.

Iosephus l. 10. c. 1.

Ægesippus l. 5. c. 16. Oratione Iosephi 185000 numerat ex scriptura.

4. Regum c. 19.

Per idem tempus Ezechias æger corpore morbo incubuerat, cumque adesse vitæ suæ terminum nunciaretur conuersus ad lachrymas quindecim annos vitam sibi prorogari impetrauit. Adeoque beneficus in cultores suos est, vt omnia secūda eis liberali manu subministret.

Iosephus l. 10. c. 2.

4. Reg. c. 20.

Tantum enim abest vt Babylonii reges aliquid in Hierosolymam attentarint hoc viuo deinceps, vt Merodach etiam munera lætitiæ signum Ezechiæ miserit, quem è graui morbo respirasse, & sibi restitutum audierat.

Iosephus l. 10. c. 2.

H. Schol. c. 31.

Obijt anno 3246. vt regni 27.

Mirum autem quod patri tam dissimilis filius successerit Manasses, qui patris integritatem quasi

it anno 3216. ?

4. Regum c. 21.

2. Paral. c. 33.

Digitized by Google

H. Schs. c. 32. Suidas. Iosephus Babylo. Rex dicitur.

accusans, excelsa montium aris statuisque repleuit, incantoribus aures præbēs Esaia dissecto Hierosolymis innocenti sanguine repletis ob quod in Assyriorum potestatem redactus sera errorem suū agnouit pœnitentia, quæ tamen ei restitutionem in regnum impetrauit. Cui Ammon regni & impietatis hæres factus domestica fraude oppressus Iosiam filium reliquit, ô quam degenerem! nemo hoc Rege idololatrarum hiscere, nemo reproborum se ostentare audebat.

Obiit anno 31 ex. regni 55 ætatis 67.

Iosephus l. 10. c. 3. H. Schol. c. 34.

4. Reg. c. 23. 2. Para c. 34

Ecclesiastes. 49.

Quicquid vasorum in Samaria & Iudæa reliquum erat cremabatur, ne ipsis quidem impiorū manibus parcēdo cum ossa sacerdotum eruta eodem igne consumi voluit, quod si viuerent fuissent consumendi.

4. Regum c. 23

Iosephus l. 10. c. 4.

Post aliquot annorum spatium Nechao Rex Aegypti bellum illaturus Assyriis cum magna armatorum manu venerat, cui incaute occurrēs Iosias telo vulneratus decessit Ioachaz successore relicto, qui vix tamdiu præfuit vt regnasse dici possit, captiuitati ob scelera destinatus. Rex enim Aegypti cum carceribus addixerat Eliacim substituto. Hic Iosiæ superioris filius fratri quam patri vicinior de merito suo numini inuisus fuit. Cumque regi Aegyptio tributum penderet Nabugodonosor Babiloniorum monarcha, occasionem arripuit bello eum petendi, Iudæamque occupandi, quod & fecit, cedente præsertim Aegyptis determinatisque inter vtrumque imperii finibus conuenit Iudæam ad Babylonem pertinere. Atque hęc prima Iudæorum translatio.

Anno 3334. vitæ 39. regni 31.

Iosi. li. 10. c. 5. Nechao transeūte per Iudæam negato bellum intulisse.

2. Para. c. 36.

3. Esdræ 1. Rex Dinaan ceteri & Iosias fuerunt.

Adde Ioachim vt 3. Esdræ c. 1.

H. S. c. 38.

Paulo aliter Iosephus l. 10 c. 6.

Hist. S. c. 39.

Anno 3345.

Altera sub Iechonia eius filio qui cum rebellionis suspectus Regis Babylonii iram in se armasset, Deo nimirum agente cui constitutum erat gentem Iudęam seruituti mancipare, à Nabugodonosor expugnatus cum omni puberum vtriusque sexus multitudine abductus est relictis solum quorum imbecillitas & ætas victoribus fastidio erat &

4. Regum c. 24.

Ezechielis 17 & 19.

Ideo Leo vocatur Hiere. 4.

Iosi. l. 10. c. 6. & 7. bell. c. 3. Hegesippus l. 5. c. 32. Præcipuum Hierem. 6. 8. 20. 27.

agro-

Digitized by Google

agrorũ culturæ deſtinatis. Quibus Sedechias præpoſitus, viribus ademptis, vrbe ſolo pæne æquata, opibus ablatis inani tanti regii nominis vmbra colebatur.

3. Eſdra c. 1. H. Schol. c. 40

Tr. Hiere. 21.

Ioſephus l. 10. c. 5.

His tamen non obſtantibus, inutilis turbæ dominus, infido ingenio Dei immemor poſtremis denique malis debitus dubium an reſeruatus, de ſeceſſione cepit cogitare. Nec latuit Babilonios, qui exercitu comparato intra mœnia compulſum triennali obſidione fatigauit. Qua tempeſtate rex Hieremiam qui ſæpius cladem vrbi impendere pronunciauerat, conſulit ſi quid ſpei conclamatis pæne rebus ſupereſſet. Propheta cæleſtis iræ non ignarus cum eadem diſtinctius profiteretur, in carceres truſus veritatis luit agnitionem. Et quamuis crudelis facti Regem mox pigeret obſidentibus tamen Iudæorum principibus quibus mos erat: bonos premere, abſoluere non auſus erat innocentem.

4. Regum c. 26.

Hiſter. Schol. c. 42. 43. 44. 45.

Epiphanius. Hiſt. Schol. c. 42. habet paulo aliam cauſam carceris Hieremiæ. Hierem. 26. 38.

Iisdem annitentibus in lacum cœno & ſordibus horribilem profunditatis immenſæ detruſus ne ſimplici morte exſpiraſſet, niſi Regis opera mitiori cuſtodiæ reſtitueretur.

Hiere. 15. Numerantur 4 genti immanentia, mors gladius, fames, captiuitas.

Interea vrgere magis hoſtes & hoſte validior fames, vtroque malo victa ciuitas hoſtium in poteſtatem venit, ignem per Nabuzardam militiæ principem in tecta ferro in ciues graſſatum, ſpecie improbitatis re autem vera impietatis pœnas expendentes, Rex effoſſis oculis abductus miſerrimæ captiuitatis acceſſio fuit & ſupplementum.

Hierem. 52. Ioſephus l. 10. c. 8. Praeſtium Hiere. 32. 37.

Allegor. Nabugodono. & damon, Hieruſalem anima, Sedechias ratio, Babylon mundus, Nabuzardam caro.

Godolias ne terra tot populorum altrix ſolitudo fieret relictus cum paucula & nullius nominis colluuie. Nihil tamen ita paruum quin animus Dei ſuique oblitus magnum faciat.

Sulpitius hunc Regem non fuiſſe.

Hierem. 39. 40.

Illa enim qui vix hiſcere poſſe aut audere videbatur populus ægre ferens principem ſibi priuatæ ſtirpis victoris arbitrio datum, Iſmael quodam

Hieremiæ 41. Nathaniæ filius.

duce & authore disposítis in conuiuio insidiis Godoliam obtruncat.

H. Schol. Tobiæ 2

Mox populum eos præsertim qui extra noxam erant metus inuasit ne paucorum sceleris omnium exitio Babilonius vltum iret cogitauit, & quamuis reluctante Hieremia aggressus est in Ægyptum iter, hunc spontanei exilii locum sibi deligens.

Iosephus l. 10. c. 9.

Hieremiæ 42

Philo de execrationc. H. Schol. Tobiæ 3

Cæterum in hac transmigratione mitem se exhibuit, aut verius mitem fecit Deus Regem Babilonis qui Ioachim quem supra abductum diximus, è carceris pedore in mensam regiam translatum non sine solatio depulsæ calamitatis voluit decedere, & Regis præfectum, qui Hieremiam veri professionem & salubria monita crudeliter luentem quasi cum populari naturam mutasset extraneus, carcere exemptum, libertati restituit, reliquis omnibus in seruitutem abductis.

2. Mathæ. c. 2

Sic regnum illud sacrilegas Barbarorum manus sensit, & ne capiat flagellantis Dei obliuio, aut insolentiæ prioris memoria, habet quæ assiduæ intueatur dominos, prædam, exilium habet quæ desideret; ignis quotidiano æternus fomite non victimis & thure sed ruinis suis obrutus est, immo non est, templo synagogæ conuentibus latibula candelabrum *a* altare *b*, mensa *c* corona *d*, vasa incensi *e* & aqua *f* vestesque sacræ successerunt, Regum *g* luxui deseruiunt, quod in prædam conuerti nequit flammæ absumpserunt, nihil est, quod Hierosolymam loquatur nihil quod Iudæam, quod Iudæos omnia præter paucos, id est, Dei desertores à Deo merito desertos.

Fabulantur Talmud. c. 2. d. 5. & c. 2. d. 7 Deum indies loca certo deflere & se affligere quod Iudæos pati sui sit affligi, eundemque quotidie tundere pectus & e lachrymas in mare fundere.
o. 1. t. 1. d. 9.

Allegoria.
Nabuzardan damon, templo cordis ingressus aufert:
a Rationis lumen,
b Charitatem,
c Verbum Dei,
d Verecundiam,
e Operationes,
f Lachrymas,
g Et postremo vestes innocentiæ lacerat.

FABVLO-

FABVLOSA AD HISTORIAM *Iudæorum referenda.*

Iosephus in Manethonem

MIRVM profecto gentem omnium commercia & societates fugientem quæq; nihil prius habuit solitudine, à fabulis vulgi immunem non fuisse. Nisi quis hanc fabulis causam assignet, eo quod Græcos exterosq; scriptores, Iudaicarum rerum ignorantia verisimilibus paginam explere maluerint, quam de populo aliquando celebri tacendo inscitiam aut ignauiam suam profiteri.

Philo l.1. de vita Moysi.

Accedit quod plærique auditis aut de Iudæa fidem derogarunt, aut voluntatem satius putantes dissimulare externa, quam eorum magnitudine popularia obscurati. Nos carptim (serie enim rerum gestarum nulli ethnicorum tenuerunt) quædam seligemus quæ ad historicam veritatem trahi commodè posse putabimus.

Tacitus l.16. historiæ augustæ.

Primum circa ipsum nomen hallucinati sunt, quod aliqua ab Ida monte deriuant nominum similitudine ducti. Non male profecto Idam generale nomen intellexissent, vt solent aliquando, ex monte enim Tabor constat legem Iudæis datam, & in monte Sion Iudæorum nomen forte inuentum, vbi arx Regum Iuda fuit. Et vetus fabula est Deos montium Iudæis præesse & opitulari.

Exodi 34
Regum l. 3
3. Regum c. 22

Nisi aliquis ad Excelsa illud referat; li montes erant in quibus sacrificatum, quod etiamsi vetitum primitus fuerit, tamen posteriori tempore etiam à Iudicibus, etiam à Regibus cæteroquin integræ vitæ permissum legitur, ferente potius, quam permittente Deo.

Deutero 12
A Gedeone Iudicum 6.
A Iehu 4. Regum c. 9

Dio l. 37.

Alii vero magis à vanitate credula abhorrentes ingenue Palestinam regionis nomẽ, Iudæam gentis adscititium esse, sed vnde, sibi non constare ingenue profitentur.

In religione porro Iudæorum æque hallucinati sunt,

Lucanus l. 2
Democritus apud Suidam.
Plutarchus 4 Sympos. c. vltimo.
Plutar. de superstit.
Tacitus ob vitem in templo repertum hoc creditū putat.

Censorinus de die natali c. 12.
Macrobius.
Phile & alij.
Lactantius 7. institu. c. 14.
Isidorus originum l. 6. c. 18

c. 4. in Appionem

Strabo l. 16
Iustinus.
Dio l. 37
Iustinus ex Trogo. l. 36
Strabo l. 16
Diodorus l. 1
Tacitus annal. 11

Iustinus l. 36

sunt, cum alii incertum Deum, alii aureum asini caput cui triennio quoque hospitem immolent, alii Bacchum ab eis coli sibi persuasum habuerint, eo quod Sabbathi nomen & venerationem apud Iudæos inuentam nō aliunde deriuare potuerint sacri idiomatis ignari, quam à Sabbatio quod Bacchi cognomen esse nouimus.

Prudentius illi qui Sabbathi nomine neglecto, rem ipsam, id est, septimum diem obseruatum ad naturalem septenarii diuinitatem & numeri istius perfectionem retulerunt. Melius tamen qui vocis etymon inquirentes quietem significare prodiderunt. Rursus alii de asinino capite apud Iudæos culto, nescio an adulatione Regum Syriæ, an Iudęorum odio excogitarunt. Extat apud Iosephum quam non est operæ pretium attexere de Zabidone Lucifero lepida fabella risuque magis quam attentione digna. Qui autem sanctius de his locuti sunt, eos nullas statuas, vnumque Deum colere scriptum reliquerunt. Iudæorum porro originem alii Damascenam esse suspicati sunt, quod hāc Syriæ antiquissimam vrbem agnoscant, vnde in circumiacentes terras coloniæ missæ sint.

Alii Ægypto oriundos quia ductu Moysis inde venerint, crediderunt. Tum etiam quod ceremoniarum Iudaicarum bonam partem Ægyptiis cōmunem obseruantes, malint inuentionis laudem his quam Iudæis attribuere. Alii Æthiopica, Cretensem Syriacam.

Iam vt historiam tangamus etsi Assyrios aliarumque gentium scriptores reperiamus qui diluuii meminerint, altius etiam vxor si narrationem, positis tamen iis cum Iudæorum gente ab Abrahamo auspicabimur. Cuius fama & nomen profanis literis partim notum est, res gestæ non ita; Fæduit enim Græcos circa externa occupari. Isaac & Iacob ignoti sunt, nisi quod Israelis cognomen nudum obseruârint.

Quem

Quem decem liberorum prouentu maioribus ſuis clariorem fuiſſe addunt, duodecim ſcribi debebat niſi poſteriori æuo decem tribuum ſeparatarum mentio eos in errorem traxerit. Semel autem moneo, alioquin iterandum ſæpius, in ſucceſſionis generationumque poſitu perpetuum ethnicorum errorem eſſe, qui celebres mediis omiſſis, celebribus filios ſcribunt.

Iuſtinus.

Manethon & alij apud Ioſephum c. 3

Geſta autem in Ægypto à captiuis, & paſtoribus (ſic enim eos ex opibus quæ re pecuaria vt plurimum conſtabant, appellarunt) Ægyptii conformiter ferè noſtris tradiderunt, niſi quod omnes cũ ſcabie & prurigine laborarent ne peſtis ad plures manaret, finibus iſtis pulſos aſſerunt, & cum ſacra patriæ furto ſublata Ægyptii armis repetere pararent tempeſtatibus domum aut Hebræ. magis redire prohibitos. Hæc quam ad mitigandam inuidiam excogitata ſint, nemo qui quidem hiſtorias legit non animaduertit. Buſiridis tamen in hoſpites crudelitas græcis fabulis decantata huc forſan trahenda.

Tacitus ideo eos porcina abſtinere q. porcus ſcabiei obnoxius

Iuſtinus 36

Strabo l. 16
Vt Beroſus l. 3.

Ouidius 9. Meta.

Audiuerant etiam in deſerto eos cum fame diu luctaſſe, ideoque ſeptem dies, vltra quos naturaliter ieiunium extẽdere eſt impoſſibile, aſſignarunt, vt occaſionem inuenirent ſpecioſam ſanctificatæ ſeptimi diei; quam ſcurræ aliquot & audaculi reprehendere non erubuerunt, quaſi lex ea ſit turpi damnata veterno, tanquam laſſati mollis imago Dei. Et quia metu contagionis pulſos ſe meminerant ne eo nomine vllis inuiſi eſſent (aiunt hiſtoriæ) cauerunt ne cum peregrinis communicarent. Optime ſi contagem animi intelligis; non corporis. Eodem modo Magiæ cuiusdam inuentionem Moyſi tribuunt, quod ſcilicet ab eo patrata ſupra humanas vires Deo adſcribere non didiciſſent. De circumciſione fabulantur etiam quod alii inductum putant, vt ab aliis ſecernantur, alii ad facunditatem & morbos.

Iuſtinus.
Tacitus ideo eos fermentato pane veſci.

Rutilius Claudius Itinerary l. 1.

Plinius.
Diodorus lib. 2. c. 3. Deo Abiao aſſcripſiſſe leges vult.

Tacitus.

Philo.

Digitized by Google

Alii cauſam ſupprimentes ſolum calumniantur, vnde eſt quod Curti, verpi fraudulenti.

Horatio l. 1. ſerm. ſat. 9. Iuuenal. ſat. 6

Nec niſi fabularum loco (niſi quis blaſphemias potius dicendas putet) habenda ſunt Talmudicorum ſomnia quale eſt præter ea quæ in hiſtoria adiecimus cum Deum dicunt 3. primis diei horis legem eorum legere, 3. poſtremis laxandi animi gratia cum piſce Leuiathan ludere quem tamē ignota de cauſa interfecit carnesque ſale conditas beatorum animabus apponit. Eundem ſemel indies iraſci & tum gallorum gallinaceorum criſtas ruborem remittere, quo tempore ſi quis alteri maledixerit eum continuo mori, vt taceam quæ de Rabbinorum prudētia magnifice loquuntur, quæ Deum ſuperare excommunicare non erubeſcat, animas inſuper indoctorum in reſurrectione corpora non recepturas, ter in ſabbatho comedentes vitam æternam conſecuturos, & demum ſi quis ſub ventre cameli aut inter 2. camelos, aut 2. fœminas tranſierit ad comprehendendam Talmud doctrinam, ineptum reddi.

p. 2. t. 1. d. 14.

p. 2. t. 1. d. 14. & p. 4. t. 8.

p. 4. t. 3 d. 5.

p. 1. t. 1.

p. 4. t. 2. d. 7.

p. 3. t. 2. charta 3.

p. 2. t. 1. d. 6.

p. 4. t. 10. d. 2.

VENERA-

VENERABILI PETRO VANDE VVIELE METROPOLITANÆ MECHLINIENSIS ARCHIDIACONO CANONICO S S. Theologiæ Licentiato.

Mittit Ioannes Baptiſta Gramaye ſalutem. Iudæamque recens Chaldæo è carcere miſſam.

Quo per Ariſtotelis ſubtilia ſenſa magiſtro
Iuit ad antra ſophûm & nomen ſublime magiſtri.
Quo duce rerum animas, inueſtigare vagumque
Edidici ſtrictis eludere legibus orbem.
Hoc opus eſt vir Magne tuum qui pluribus annis
Falconi *grudio ſtagyræa volumina docto*
Monſtraſti ad titulos iſtos, & numeroſa iuuentus
Belgica per diſperſa & primi nominis vrbes
Te repetit doctore ſui conſtare labores
Et ſtudij & metæ durabilioris honorem
Atqui ego in his cauea quamuis ponendus in alta.
Ponendus tamen & numerum facturus in illis
Gaudeo quod tali conceſſa eſt tempore vita,
Quo tuo Ariſtoteles melior profluxit ab ore.
Gaudeo quod tanto conceſſa eſt tempore vita,
Quo tibi qui melior te prælectore rediui
Publico habere queam ſtudiorum munere grates.

Quæ ſi non gratum memorem teſtentur, & illum
Cui mens grata ſuisque eadem ſit viribus impar,
Tu modo curarum in partem primatis & Archi
Præſulis aſſumptus qua gaudes fronte Louani
Mœnia, Falconemque *tuum vidiſſe valentem &*
Perfamæ & virtutis iter vidiſſe volantem,
Reſpice me munuſque meum non ſimplice quod ſit
Sume tuum titulo atque animum cum verſibus æqua.

IVDAICA

IVDAICA CAPTIVITATIS tempore & paulo post.

CAPVT I.

Reuisa facta reliqua vide in Babilonica.

REDACTA in solitudinem fæcundissima terrarũ Iudæa, populus seruituti & exilio damnatus Babylone hęrebat, cui non parum profuit Danielis prophetæ apud magnos Reges gratia, cuius iam inde à puero summa erat apud populares existimatio, ex Susanna vindicata plurimum proueniens. Erat hæc viri primarii vxor à senibus, quorum authoritas reuerenda, adulterii quod iis negauerat accusata, iudicio populi damnata Danieli duodecimum iam annum agenti occurrit, qui iudicibus increpatis causam innocentis agere cepit, petendum tribunal, causam denuo inspiciendam.

Sulpitius presbyterum vocat.

Ambrosius 2. offic. c. 14. Ioachim viri nomen erat.

Figura. Mulieres adultera à Christo liberata.

Hist. Schol.

Daniele 13.

Miratur multitudo, nec sine Deo esse rata ætatis tam abiectæ audaciam, in consilium reuertitur. Danieli inter maiores sederet delatum, separatim accusatores rogati sub quanam arbore adulteram deprehẽdissent, & diuersitate responsorum mendacii conuincuntur, capitis damnantur. His initiis ad omnia summa Daniel tendebat, Regumq; non Babilonis tantum sed & Persiæ fauorem meruit, & reditum popularibus impetrauit. Tria restituenda erant, templum, disciplina, vrbs, illud extrui ceptum Cyro permittente vasaque sacris vsibus destinata reddita sunt, sed Samaritanorum incursiones Cambisisquę persuasi interdictum opus retardauit quod demum Dario rerum potiente post Babilonicam expeditionem præsidio per Sorobabelem impetrato ad summum perduxerunt.

Iuxta legem 19. Deut.

Iosephus c. 11. l. 1.

Predictum Hieremiæ loclo 3. Abdiæ 1. & alibi

1. Esdræ. c. 3.

Esdræ 4. & l. 3. c. 5

Ios. c. 2. Gnthaei

Quod tamen ab Ochi Regis præfecto prophanarum

H. 3. Esir. c. 4. Aggai. 1. Iosephus l. 11. c. 7. natum legibus & paulo post sacris restitutum. Qui idem pensiones sacris rebus & rectis imponere nō dubitauit.

Herculi de habitu mulierum. Esdras scriba omne instrumentum Iudaicæ litteraturæ restituit & congregata synodo gentilium connubiis infectos ad veteres ritus reuocauit. Ieremias ministerii nomine regi carus custodia & literis impetratis viritim operas distribuens vrbem domibus, domus mœnibus instruxit fortissimis sensuitque populum vrbi imparem non 50000. promiscui sexus atq; ordinis ex illis tribubus quæ olim 32000 virorum armauerant, ad tam insignē vitio suo redactæ paucitatem.

Scriba hic fuit sub Artaxerxe.

Esdra 9

Libro Hieremiæ toto.

Numerant aliqui ex lib. Reg. 130000.

Iosephus l. 11. c. 4.

CAPVT II.

PErsarum temporibus aut circiter res Iudæorū, semel in Babylone, semel in Iudæa, summo in discrimine fuerunt, Regi Assuero quisquis tādem ille fuerit, ex vxoribus Iudæa Hester, ex amicis Aman quidam vnice cari erant. Hunc Rex adorari iussum alterum à se constituerat. Erat Reginæ Hester duplici nomine iunctus patruus idem & Nutricius Mardocheus qui familiarium negotiorum pro virili curator detecta 2. Eunuchorum in regē conspiratione inter Orosangas *g* Regiis pugillaribus inscribi meruerat, solus hic vt qui Deum adorare, eumque solum didicisset, adulationem illam fastidiens honoremque denegans Persæ iram in se grauiter accendit. Cui Hebræorum nomen exstirpare cogitans promissa decies mille talentorum collatione Regi facile edictum detorsit, quo superstitiosum illud genus, & peregrinos ritus inuehens tolleretur è medio. Quod vbi Mardocheo innotuit præmissa prece & ieiunio Reginam aggreditur, Regina Regem, non obstante Persarum solemni quod Reginas nonnisi vocatas, non nisi statis vicibus ad Regis conspectum admittit. Hester

Suidas.

Ester 2

g Astiagem fuisse putat Mercator, Danomedum Cedrenus, Cambysem Genebrardus, Darium Hystaspeu. Sulpitius Longimanum, Suidas Memnonem, Eusebius Xerxem, Scaliger Ochum Serarius.

Iose. l. 11. c. 10.

g Ester 6

Iosephus l. 11. c. 11.

Ester 3

Suidas.

Hist. Scho. c. 1

Ester 4

Esther 5
Iosephus l. 11. c. 12.

ſter tamen audendum aliquid pro ciuibus rata Aſſuerum facilem ex ſceptri quod manu geſtabat de preſſione collegit, nec morata delinitum ad cœnã perducit, cumque mero calere cæpiſſet gentis ſuæ primum perniciem deprecatur, quo impetrato Amanis inſuper necem flagitat. Rex tantiſper cunctatus cùm in hortũ deliberandi gratia ſeceſſiſſet Aman Reginæ ad genua accidit, quem hoc habitu inuentum reuerſus Rex quaſi Reginæ pudicitiã tentaſſet, in crucem Iudæis nuper erectam tolli iubet, bona Eſther, annulum Mardocheo concedens. Hunc diem in faſtos ſuos retulerunt Iudæi, feſtaque quotannis lætitia peragunt. Hæc Iudæi generis Regina fuit inter barbaros addamus aliam priuatam inter ſuos. Olophernes Regis Præfectus Betuliam obſidione vrgebat cumque ex Achior, qui poſtea circumciſus inter Proſelitos fuit de Iudæorum rebus illud cognouiſſet, arrogantius ſtatuit eorum virtutem experiri. Iudæi ad montium perfugia ſe recipientes aquarum penuriam difficulter ſuſtinebant, iamq; inualeſcente obſidione de dedenda vrbe agitabant conſilium niſi intra dies 5. diuina ope ſuccurreretur. Quorum caſtigans diffidentiam quædam Iudith forma morumque præcellens elegantia cum Abra ancilla, conſilium auxiliumque excogitans hoſtium caſtris ſuccedens, Holophernem capite præciſo interemit. Audaciam facinori faciebat, pridianæ ebrietatis memoria, quæ ſenſum homini & vires ademerat, facilitatem poſt paululum, vt putabatur conſtuprandæ in cubiculum admiſſio, impunitatem promittebat caſtris egrediendi orationis prætextu ab Amatore facta licentia, viam gladius ad lecti caput attenſus Deusque monſtrabat. Poſtridie cum Ciues Iudith cum hoſtis capite in vrbem admiſſa illa laudata hoc è muris ſublato eruptionem minarentur, hoſtesque ſignum pugnæ poſcentes agminatim ducis tabernaculo aſſiſterent tandẽ truncorc-

Paulo aliter hæc referuntur in Iſdra.

Sulpitius & hæc vult Mardocheo donata.

2. Iudith 1 & 2
Hic Sulpitio Accitor vocatur.

Hunc Ochum fuiſſe putat Sulpitius l. 2
Xerxem Suidas quẽ ſcriptura Nabugodonoſorum vocat, Atym fuiſſe putat. Cãdidus, aliquem Regum Aſſyriæ Sigonius, aliquem ex filiis Aſſaradaddi Ferrarius, qui ex pontificis Cachaum nomine colligit hæc ſub Manaſſe accidiſſe.

Iudith 3.
Iudith 7
Iudith 8

Suidas in obſidione Hieroſolima putat hoc factum commiſſum.

Iudith 10

Iudith 12
In domum theſaurorum eam ductam.

Iudith 14

Iudith 15

Herods. c. 13

co reperto fæda formidine dilapſi non ſine ſtrage terga verterunt. Cæterum Iudæi commune cum Phænicia tributum Perſis ſoluerunt, ideoque eorum ſemper partes ſequuti, variisque munitatibus donati eorundem in gratiam Iaddus commeatu negato, Alexandri iram incurrit qui infeſtis armis petens Hieroſolymam Pontificem tamen obuium adorauit, tributoque remiſſo Iudæos in amicitiam recepit.

Eſdræ c. 8.
Ioſephus l. 11. c. 15. & 16.
H. Schol. Eſth. c. 4.
H. 3. Eſd. c. 4. Aggai. 1.
Ioſephus l. 11. c. 7.

Eo quod Deum habitu ſimili apparuiſſe ſomniauerit ſibi aſſereret.

Iudæorum Reſpublica ſub ſacerdotibus.

CAPVT III.

Ioſephus l. 11. c. 1.
Ex Ouidio Sabbatarcide.

DIVISO inter principes Alexandri imperio dum pro ſe quisque prouinciæ ſuæ terminos ſtudet propagare ab Aegypti regibus Iudæa occupata eſt. Cum enim per ſabbathi tempus, nemine reſiſtente ſub ſpecie ſacrificii in vrbem admiſſus eſſet Ptolomæus pro amico hoſtẽ ſe exhibuit plurimis incolarũ internecioni datis, plurimis in Aegyptum abductis, nec contentus nouo hoc perfidiæ genere perpetrato, 300. argenti talenta inſuper annuum ſtipendium regioni impoſuit, quæ aliquandiu in Ptolomæorum fide remanſit.

Hiſt. Schol. Eſth. c. 6.

Ioſephus l. 12. c. 2.

Quorum Philadelphus cum literarum teneretur deſiderio, Iudęę legis amore captus, ex Hebraica in Græcam transferendũ quicquid eſt Hebræorum annalium curauit, miſſis in eam rem ad pontificem legatis, penes quem tum gẽtis erat authoritas, nõ parum bibliothecæ ſuæ, quam Demetrio *a* curatore celeberrimam inſtruxerat, ex horũ antiquitate ornamenti & cum ipſo mundo certantium codicum fide voluptatis ſibi acceſſurum æſtimans.

Epiphanius l. de menſuris & ponderibus.

Philo l. 1. de vita Moyſis.

Per Ariſtæum cepta procurari captiuorum Iudæorum liberatio, quos Rex proprio ærario redemptos liberos eſſe iuſſit.

a Phaleræo.

Extant hinc inde miſſa epiſtolæ, apud Ioſephum c. 3. l. 12.

Eleazarus pontifex muneribus *b*, & legatione gratanter acceptata lætus, vt qui facile perſpiceret non ſine Deo eſſe quod res ea Regi in mentem venerit,

b Menſa ingens aurea, crateres duo, & patera tres, eleganter à Ioſepho deſcribuntur.

Digitized by Google

venerit. à ſuis doctiſſimum quemq; præter patrias leges Græcarum literarum peritiſſimum huic muneri in Aegyptum deſtinat.

Auguſtinus l. 18. c. 42. de ciuit. Dei.

Qui hoſpitali comitate excepti extra ſtrepitus forenſes in Pharo Inſula commentationis ſuæ locum delegerunt. Vbi 72 *c* (tot enim numero erant) nemine interueniente, ne ipſis quidem vnquam conuenientibus, nemine arbitro præter naturæ partes, terram, aquam, aerem, & cælum quorum myſteria lucubrationibus ipſorum initiari dare debebant, quaſi numine *d* correpti prophetabant. Non alii alia ſed omnes eadem quod miraculi inſtar eſt græcam vbertatem noſcenti. Opere itaque 70 dierum ſpatio conſummato præter alia abunde Regalem munificentiam teſtatura ſingulos trium talentorum munere donatos ab ſe dimiſit, immunitatibus præterea non exiguis gentem totam ornans, relicto ſucceſſoribus ſuis piæ manſuetudinis exemplo. Ita Iudæi regum fauore prænenti nihil non impetrabant, Beati futuri niſi Aegypto Syria inuideret mediique inter vtramq; gentem Iudæi vtriusque excurſionibus paterent.

Hiſtor. Schol. Eſther. c. 7.

Ioſephus l. 12. c. 4.

Anno mundi 3687.

Ioſephus l. 12. c. 6.

Hiſt. Schol. Eſther 8.

Onias Pontifex creſcente cum ſenio habendi libidine tributum *e* Ptolomæo *f* negabat, male (vti par eſt,) regem habebat rebellis contumacia ita, vt miſſis legatis vrbi & populo internecionem minaretur. Niſi Ioſephus *b* quidam integris moribus & prudentia ſupra ætatem ſingulari, Regium per legatos fauorem venatus, ſatisfeciſſet excuſato repueraſcentis ſenii malo. Cuius liberali indole tantum Rex *g* delectatus dicitur, vt totius Syriæ vectigalibus præfectum cum præſidio ablegaret. Quo fretus Aſcalonitas rebellantes domuit, Citopolitanos repreſſit, gloria dubium an apud ſuos, an apud exteros maiori. Hinc ex ſeptem filiis Hircanus indolis *o* ſuæ merito præ cæteris carus reliquorum inuidiam virtuti annaſcentem expertus eſt. Conati ſunt aliena manu facinus execran-

Ioſephus l. 12. c. 7.

Hiſt. Schol. vbi ſupra.

c *More ſacro ſt... tantum vocant numero minore.*

d *Ob hiſtoria ... ſtantiam ex eo quod Theopomp... hiſtoria Theoted... tragedia de ſac... volentes ille ſtu... dierum, hic cec... cuſſus fuerit.*

e *Erant virgin... ex proprio.*

f *Ynergeti.*

b *Tobiæ filius O... ex ſorore.*

g *Et quidem fin... cum eum rogatu... Reginamque ap...*

Ioſephus 22. ann... munere functus e...

o *Eius prudenti... nata, quod cum bonus inga pater ... ſet loraque eu dec... cem inga maſtau... bus in operarios, lora diſtribuit.*

Digitized by Google

dum designare, quod cum minus succederet, publice in mortem fratris coniurarunt. Sed vicit innocens causamque secuta victoria 2, cæsi alii fugati incolumem reliquerunt Hircanum. Cumque vltra Iordanem exstructa arce Arabes vrgeret ortaque inter ipsum, & fratres de primatu contentione, deficientibus populatium studiis ibi agere constituisset Antiochi, qui Syriam tum tenebat, at metu sibi ipsi manus intulit, bonaq; Syrius suis commodis applicauit.

Ioseph. l. 12. c. 8.

Histor. Scholast. cap. 9. ait ob negata 7. anni tributa Antiochũ Iudæos sibi subiecisse.

CAPVT V.

ONIAM virum iustũ Pontificem senio & pietate venerandum Simon quidam ex Tribu Beniamin insimulat apud Regem *f* Seleucũ, quasi immensam auri vim, quæ nihil ad sacros vsus faceret, in templi thesauris haberet.

2. Machab. cap. 3.

Sulpitius lib. 2.

f Philopatrem Antiochi magni filium.

Lętus hoc nuncio Rex Heliodorum cum mandatis mittit, qui dum prophana manu sacrum inuolat Gazophylacium, pauperum & viduarum opes direpturus, mirum duo iuuenes vultu à communi alio medium flagellauerunt, ita vt semianimis efferretur. Hęc Heliodoro abundè sufficiebãt, Menelao non ita, qui non cessauit donec per Andionicum Senem dolo circumuentum interemit, à quo, vt res postea docuit, pietas & integritas omnis dependebat. Quàm verò Antiocho grata fuerit hæc cædes, lachrymæ ab eo vbertim fusæ testantur, & sumptum de purpurato *o* illo crudele quidem, sed quale merebatur supplicium.

Ioseph. lib. de Machab. vult coæquites fuisse Angelos.

2. Machab. cap. 4.

Nicephorus lib. 1. c. 6.

Hist. Scholast. c. 10. vult Heliodorum à 2. speciosis iuuenibus interemptũ & ab Onia Seleucum timente resuscitatum, reuersumq; Regi dixisse: Si cuiu sanguinem sitiat, eum mittat Hierosolymã.

o Id est, Andionico, qui à Menelao impulsus vim ei intulerat.

Post huius mortem quasi vno tumulo leges & honestas sepultæ essent, omnia impune fieri cęperunt, Sacerdotium venale Reges Syriæ prostituerunt, locumque gratiæ fecerat, solennis primogeniti prærogatiua. Minori natu Pontificatus dabatur Onię, & paulo pòst idem Ialoni promisso ampliore stipendio permittebatur, idem Menelao Græco-

Histor. Scholast. cap. 11.

Ioseph. lib. 12. c. 10. Iasonem priùs Iesum, Menelaum Oniam dictum esse vult.

Augustinus ait, cùm Iasoni Pontificatus venderetur extinctũ fuisse ignem, qui per 70 annos captiuitatis sub aqua vixerat.

Digitized by Google

QVÆ non ita multò post aucta obsidione premebatur; ita vt caput asini 80 argenteis, & quarta pars cabi stercoris columbarum 5 veniret. Iamq; adeò ad hominum decimationem res vergebat, nec vllum in homine præsidium reliquum erat. At Deus sonitu in castris exercitato Syros ita perculit, vt impedimentis, & omni re preciosa neglectis fugam capescerent, & cognita re omni Samaritanorũ calamitati & inediæ prospiciebatur.

Samaria obsessa.
Fames dira.
4. Reg. cap. 7.
Syrorum fuga.

CAPVT XIII.

NEC tamen ideo pax à Syris data est; sed Bennadab è rebus humanis sublato in Azahel successorem cum Regno deriuatum est Hebræorum odium. Huius itaq; metu, & metum sequente prælio impedito Ioram, cùm visum esset Deo maiorum peccata plectere, Iehu surrogatur, qui eum frustra Regis Iudæ auxilio defensũ Regno & vita priuauit, duorum Regum capitibus, & sanguine tot Prophetarum manibus parentatus. Nec contentus hac vltione, datis ad Principes ciuitatum litteris, 70 filios Achab, 42 Ochosiæ fratres, & quod pulcherrimum est, omnes Sacerdotes Baal callidè collectos iugulauit, statuam exussit, templum fædissimo vsui, id est, latrinis concessit.

4. Regum cap. 8.
Regum Israel familia.
Rex decimus.
4. Regum cap. 9.
Prædictum 3. Regum cap. 21.
Cædes Ioram.
Hist. Schol. 4. Reg. cap. 14.
4. Regum cap. 10.
Ioseph. lib. 9. cap. 8.
Idololatri sublati.

CAPVT XIV.

CITRA reprehensionem vixisset Iehu, nisi viculos in Bethel & adorari ab Hieroboam erectos tulisset: ideoque permisit Deus Azahel Regem non contenenda potiri victoria, terramq; Galaad, Gad, Rũben, & Manasse, populari. Sub Ioatha

4. Regum cap. 10.
Victus Iehu.

CAPVT XI.

Hiſtor. Scholaſt. 4. Regum cap. 1.
4. Regum cap. 1.
Ioſephus lib. 9. cap. 2. ad Acheron Deum eum confugiſſe.

QVI vix regnare inceperat quin & deſipuerit, *Rex ægrotans.*
caſu enim per cænaculi cancellos lapſus cùm *Morbus eius.*
grauiter decumberet, poſthabito vero DEO ad
Idola confugit, miſſis qui de morbi curatione &
diuturnitate conſulerent. Quibus obuius Helias,
increpatione addita, non niſi morte tollendam *Mors prædicta.*
infirmitatem aſſerit. Offenſus hoc nuntio Rex 50
Suidas. viros ad comprehendendum Prophetam miſit,
quem vix aſpexerunt, quin igne cæleſti conſum- *Percuſſorum conſumptio.*
pti ſint. His cunctantibus alij miſſi eodem modo
puniti ſunt. Tertiò miſſus quinquagenarius cum
ſua cohorte ad pedes Heliæ prouolutus periculum
4. Regum cap. 2. euaſit. Nec multò poſt *c* Helias cùm recenti mira-
3. Regum cap. 19. culo pallio ſuperiniecto Iordanis viam feciſſet, & *Iordanus cedit.*
d Helizeum nuper à ſe vnctum ſucceſſiorem be- *Allegoria.*
nedictione *e* duplicata appellaſſet, *a* igneo *b* curru a *Crux.*
ſubuectus in altum inter homines videri deſiit Et b *Amor.*
adoptione filius, miniſterio famulus, inſtitutione c *Chriſtus.*
Epiphanius. diſcipulus, in Samariam tendens, cùm inſolẽtium d *Chriſtianus.*
Hiſtor. Schol. cap. 2. & 3. puerorum ludibrio ſenectus eius peteretur de re- e *gratia & gloria.*
pentè 42 ex eis ab vrſis dilaniati ſtultæ temeritatis *Heliæ translatio.*
pœnam luerunt. Dum hæc aguntur Ochozias ſuc- *Helizæus.*
ceſſor & frater Ioram Moabitis bellum indicebat, *Pueri puniti.*
Ioſeph. lib. 9 cap. 4. adiunctiſque Iudæ & Edoni Regibus in deſerto *Rex nouus.*
Hiſtor. Scholaſt. cap. 4. cum ſiti luctabatur; donec Prophetæ precibus
aquæ per vias vbertim ſtillauerunt. *Miraculum.*

Ioſephus lib. 9. cap. 5. Relictis tamen Moabitis ad tuendum Regnum
ſuum regreſſus eſt Ioram: Bennedab enim Syriæ
Adezer Rex vocatur. Rex tutum ſe mouebat; ſed impar hoſti, nam ſe-
cretiſſima eius conſilia per Helizeum Regi Iſra- *Conſilia patefacta miraculo.*
4. Regum cap. 6. hel inſinuabantur, cui fruſtra inſidias ſtruxerat:
quos enim ad comprehendendum eum miſerat
in Dothaim primò plurimorum curruum, qui *Miraculum inſigne.*
Prophetam igneæ ſpecie circumſiſtere videban-
tur, & armatorum copia conſternati, mox etiam
viſu priuati, ipſo quem quærebant ductore, non
priùs

priùs errorem aduerterunt, quàm in medio Samariæ se esse docti sunt.

CAPVT XII.

QVÆ non ita multò post aucta obsidione premebatur; ita vt caput asini 80 argenteis, & quarta pars cabi stercoris columbarum 5 veniret. Iamq; adeò ad hominum decimationem res vergebat, nec vllum in homine præsidium reliquum erat. At Deus sonitu in castris exercitato Syros ita perculit, vt impedimentis, & omni re preciosa neglectis fugam capescerent, & cognita re omni Samaritanorũ calamitati & inedię prospiciebatur.

Samaria obsessa.
Fames dira.
4. Reg. cap. 7.
Syrorum fuga.

CAPVT XIII.

NEC tamen ideo pax à Syris data est; sed Bennadab è rebus humanis sublato in Azahel successorem cum Regno deriuatum est Hebræorum odium. Huius itaq; metu, & metum sequente prælio impedito Ioram, cùm visum esset Deo maiorum peccata plectere, Iehu surrogatur, qui eum frustra Regis Iudæ auxilio defensũ Regno & vita priuauit, duorum Regum capitibus, & sanguine tot Prophetarum manibus parentatus. Nec contentus hac vltione, datis ad Principes ciuitatum litteris, 70 filios Achab, 42 Ochoziæ fratres, & quod pulcherrimum est, omnes Sacerdotes Baal callidè collectos iugulauit, statuam exussit, templum fædissimo vsui, id est, latrinis concessit.

4. Regum cap. 8.
Regum Israel familia.
Rex decimus.
4. Regum cap. 9.
Cædes Ioram.
Prædictum 3. Regum cap. 21.
Hist. Schol. 4. Reg. cap. 14.
4. Regum cap. 10.
Iosephus lib. 9. cap. 2.
Idololatri sublati.

CAPVT XIV.

CITRA reprehensionem vixisset Iehu, nisi viculos in Bethel & adorari ab Hieroboam erectos tulisset: ideoque permisit Deus Azahel Regem non contenenda potiri victoria, terramq; Galaad, Gad, Rũben, & Manasse, populari. Sub Ioatha

4. Regum cap. 10.
Victus Iehu.

4. Regum cap. 13. Ioatha autem Iehu filio impietatem Maiorum reducente, Deo permittēte, ab Azahel & Bennadab filio ad internecionem deletus est Israhelitarum exercitus; donec eodem miserante pœnitentis Ioathæ preces armis prœualuerunt. Parum erat semel peccasse, & veniam meretur supplex confessio; nisi vlterius procederetur. Ioas Ioathæ filius & impietate par fuit, quo etiam flagello Deus vti voluit ad castigandam Amasiæ Regis Iudæ blasphemiam: Hierosolymam enim impressione facta cœpit, prædaque ingenti ad suos rediit.

Rex undecimus.

Altera victoria.

Histor. Scholast. cap. 19.

Rex duodecimus.

Hierosolyma potitur.

4. Reg. cap. 14.

CAPVT XV.

Ioseph. lib. 9. cap. 16. Hist. Scholast. cap. 20. HAS patris victorias natura & impietate filius Hieroboā auxit, quo Duce antiqui Israhelitis termini ab introitu Emath vsq; ad mare solitudinis restituti sunt. Belli itaque magis, quàm religionis gloria auctū Zachariæ filio transmisit Imperium.

Rex 13.

Regni termini.

4. Regum cap. 15.

Rex 14.

CAPVT XVI.

6. & 7. Regum Israel familia. QVI ipse cùm vestigiis parentum insisteret, nec spes emendationis effulgeret, publicè inuenit percussorem Sellum, Sellus Manachem. Nec aliud declinantis Imperij indicium certius, quàm cùm cædibus & vi ad Regnum via paratur: Manachem autem vt quietè regnaret 1000 talentorum tributo imperato à Phul Assyriorum Rege vix impetrauit. Interim Regnū, si tamen Regnum est quod mendicato ab hostibus impetratur, Phaniæ filio reliquit, quod breui Phaceo Dux eius cæso Rege sibi assumpsit. Qui Iudæos Syrorū ope fretus mi. è vexauit, ita vt Assyrios Iudæi obsessa Hierosolyma inuocare coacti sint, quorum Rex Teglat, Phul, Assur, impetu facto Galilæa tota Israhelitas multauit, & ne loci fiducia de rebellione cogitent, Tribus Nephtalim & Manasse in Assyrios reportauit.

Reges 15. & 16.

Tributum Assyrio pendet.

Sulpitius eos eiusdem nominis fuisse vult.

Rex 17 & 18.

3. Regū Israël familia.

4. Regum cap. 16.

Hist. Scholast. cap. 23.

2. Tribus translata.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT XVII.

4. Reg. 7. c. 17.

INterfecto tempore Phacee ab Osea peremtus, eodem scelere quo inuasit imperium, amisit. *Rex 19.*

9. Regum Israhel familia

Huic bellum intulit Salamanasar Assyriorum Rex breuique victum tributarium sibi fecit. Sed dum ille Ægyptii in amicitiam venatus iugum excutere niteretur Salamanasar re citius intellecta Samariam triennali obsidione in potestatem suam redegit. Regem ad perpetuos carceres, populum ad perpetuum exilium damnans, in Assyriorum Regionem, potissimum autem Niniuem transportauit.

Victus ab Assur.

Sulpitius Regem Aethiopum vocat.

Rebellio.

Iosephus l. 9. c. 10.

Denuò victus.

M. Schol. c. 18.

Translata reliqua tribus.

CAPVT XVIII.

SIc regnum iniustè partum, impiè stabilitum, crudeliter conseruatum periit excipiente ambitionem impietate, impietatem tirannide, tirannidē excidio, nec ante in Iudam odium restinctū est, quàm Israel in Iudæa esse & habitare desierit. Cæterum 10. tribus etiamsi pro bona sui parte & primo in Assyriam migrasse fateatur, S. litterarum auctoritas, tamen in diuersa terrarum loca dispersos Hebræorum plerique scripserunt, & nommatim quatuor ex iis in Æthiopiam delatas Labbatio fluuio, (hic quod sabbatho cursum suum sistat nomen inuenit) concludi; ita vt nec exitus iis, nec aditus aliis concedatur.

Predictum Esaiæ.

Eldat Danius vitam eorum accurate depingit.

Reliquia tribuum in Æthiopia.

Labbatius fluuius.

Quanquam de fluuio quem dixi, & populo eius littora oberrante inter scriptores non conueniat. Aliis inter Arcas & Raphaneas Regni Agrippæ vrbes, aliis sub arctici poli montanis, aliis alibi eas eumque collocantibus. Atque hæc vna causa est, cur tot posterioribus sæculis innotescentes populi hinc originem suam deducere glorientur.

In Iudea apud Caspium sub arctico Turca Tartari & alij.

Ioseph. l. 7. belli c 13.
Plinius l. 31. c. 2.
H. Schol.
Esther. c. 3.

PHILISTÆI.

CAPVT I.

EX iis, qui fertilem Palestinæ regionẽ occuparunt, celebratissimi sunt, qui & Palestinæ *a* nomen dedisse videntur, quod ipsi à Phethrusim ex Chami posteris acceperunt. Qui locum quẽ soli benignitas & cæli clementia cõmendant, quo iure, qua iniuria occuparunt. Vnde Allophylorum eis nomen remansit. Atqui horum coloniã veterem fuisse quidam coniiciunt, eumque qui Radal Rex Gentium alibi appellatur in Sodomitarum bellis Philistæum esse.

Genesis 10.

Sulpitius & Tiletus.

Genesis 14.

a *Aliter Ouid. in fastis & Seruius ad Georgica, qui à Pale Dea derivant.*

CAPVT II.

QVinque Philistæorum vrbes fuisse constat Geth, Accaron, Azotum, Ascalonem, Gazam. Quibus singulis, singuli satrapæ siue Reges præfuerunt. Ex quorum numero fuisse volunt Abimelech, quo cum Abrahamo res fuit. Quamuis & præter hunc legamus puteos ab Abrahamo in vsum quotidianum effossos Philistæorum opera obstructos, quod deinceps nulla eorum fiat mentio. Causa est quod per horũ fines populus in terram promissam non penetrarit. Postquam autem terra promissa potiri cæperunt in eos vt qui auguriis dediti essent idolis æquè grassati sunt.

1. Reg. c. 6.

Genes. 26.

Vide Iudaica.

Gen. 27.

Exod. 13.
Ejaie 2

CAPVT III.

SAmgar filius Anaph Iudex Israhelitarum 600 ex Philistæis pacem quam aliquanto tempore habuerant auferre tentantes vomere interemit, & ex eo tempore cum gente ista inimicitiæ cæpisse videntur.

Iudicum 3.

Semgar Sulpitio dictus à Iosepho pratentus. Ecclesiastici 50

CAP. IV.

Digitized b

CAPVT IV.

Iudicum 10.

Iudicum 14.

IVdicum posteriorum temporibus formidandũ Israhelitis fuit Philistæorum nomen, & donec Regum virtuti cesserunt; quotidiana militia populum peccantem castigatiua. Primi motus auctor fuit Samson, ille viribus, & corporis robore nulli inferior, animi magnitudine & facili ad vindictam manu, occasio, vxoris diuortium, & impatiens contemptus amor. Philistæam enim, licet inuitis parẽtibus, parante victoriarum materias Deo, amauerat amatam in Gaumata sibi vxorem adsciuerat.

H. Scho. c. 16. & 17.

Problema in sacris litteris dicitur.

Cumque die geniali prima cum parentibus & 30 quos ei sodales dederant Philistæi conuiuio interesset, ænigma ex euentu compositum in medio posuit, solutioni spacium 7 dierum, præmium 30. sindones, totidemq; tunicas decernens, totidem sibi insuper dandas si nemo se expediuisset. Aenigma autem erat huiusmodi:

De forti egressa est dulcedo, corpore mollis
Quemq; edores prodit de comedente cibus.

Figura: Samson Dei misericordia, Leo Dei ira, apis B. Virgo cuius ala castitas & humanitas, fauum Christus, problema fides, terdena vestes tres Dei visiones in creaturis eũ se vt est, Philistæi Philosophi, septem dies artes & scientiæ, vxor Ecclesia.

Hist. Schol. c. 17.

Cum autem nemo conuiuarum reconditam raptionis mentem perciperet, vxorem aggreditur quispiam, illa maritum: à quo edocta leonem significari quem paulo ante Samson discerpserat, & in cuius ore non multo post ab apibus elaborata mella itinere & fame confectum leuarant, rem suis prodidit non sine mariti indignatione: qui ideo cum 30. Ascalonitis vitam & vestem detrahens præmium iis, qui ænigma soluerant persoluisset, in patriam tantisper recessit dum animus pacatior consilia mitiora admittat.

Iudicum c. 15.

Interea parẽtes vxorem alteri despondẽt, Samsonis absentiam auersionem ab ea interpretati, Samson nihilominus circa messis triticeæ tempus hædum muneri ferens thalamum pulsat maritali licentia aditum in penetrale tentans, sed repelli-

tem à pellere, & cuique parentes præcauere ingenitorem, quam longe ultra primas tenam contentes interpretor. Itaque vbi verum & affectui ipsi debitum aperte pectit, quod ratio, quod vtilitas, quod ipsa diuina fanctio vbique, nihil crudele, nihil calamitosum exoptare, nihil non maius ad infantiæ fortunas iis imponere Parentes fegnes, Infantium mortes tantas esse fortunarum, fibi, aut Sanctum inde calamitatis initia fumere vsde fulcatum forma prædicat. Tinctus vulnere patricidio Iudæ scelerique caudæ draconum illigatus fagenæ scelus, conspuunt Sanctum. Ita Ecclesiæ sacer. Sperat egregiorum, virtute quo ea in vetere cuncta contemnere ulcus deplorabile fanctorum, euulgatis libris paterer sinus enormitate. Ad nascentes iuxta clades primo conflictum edocti. Tantumne? id deorum omen erat? Ita Rhetor, qui ad Ecclesiæ ruinam ex Ecclesiæ ipsius Sanctis, & Sanctissimis Ecclesiæ Patribus ea mitigarum ita, & Ecclesiæ ipsi Sanctis, ita omnia Philistæorum nomen & nomini Christiano indignum & detestandum, quod in agris ad homines gladium facile migrasse fragore effudit, ita ut patrem ferri vitæ licentia nobis ante salutem adimitur. Elect.

CAPVT V.

IN pœna Eliam vbi iuxta habitabat obfidebant habebat ingentem, die diffipat vitualia, domum vrsus, hos etiam dedit ad vitæ mandatum, quæmadmodum ex tenuissimis, reliquiis in fugam contendit. Ita vero hoftem, vt fuis quamvis à fe ftudiose conseruetur, vitentur, quæ ne maiora euitet, dolorem omnis, & peccati ab hominum accessu cauendi folicitudo fuasit. & quæ fuit enormiori non temperat. Quæ tamen diuina eadem quæ vifcerum amantiffima vidimus conferuanti, ftillantibus ex deuotis,

Pœna qua quemque peccatum fuum malum modum exigit.

dentium vno vbertim aquis, quarum hauſtu ſemi-animis recrearetur.

CAPVT VI.

REcreatus Gazam ſe contulit captus meretriculæ illecebris, quæ & incautũ oppreſſiſſent niſi vires homini plusquam humanæ obtigiſſent. Hoſtis enim audito quod Gazam ſe recepiſſet, cõceperat diſpoſitis inſidiis, & forti in portis cuſtodia incautum circumuenire, cuius ſuſpicionem vix attigerat Samſon, cum noctis ſilentio è lecto ſe proripiens portas vrbis humeris impoſitas cum omni cuſtodum multitudine ad proximum montem detulit, æque ſummo vertice vniuerſos dedit præcipites. Stupor omnibus iniiciebatur & deſperatio, nec quisquam vel cogitare audebat virtute vinci poſſe: ſtupebant interim eoque magis quod cauſam tanti roboris ne ſuſpicari quidem poſſent. Quam tamen vt cognoſcerẽt viſum eſt expedire.

Philo refert in Azoto hæc accidiſſe.

Philo eum vna porta parte pro ſcuto alia pro gladio vſum ait.

Iudicum 5. 16.

CAPVT VII.

IN valle Soreth Dalila quædam habitabat, quæ ſpecie ſua & vultu ad Venerem compoſito eius animum captiuum tenebat. Hanc aggrediuntur prece & pretio, ſciſcitetur vbi tantum robur lateat qua arte vinci poſſit, facile fore ei quam depereat, honeſtum Philiſtææ vtile 1100. enim argenteos præmium ab vno quoque futurum. Acquieſcit illa quærit, diſſimulat Samſon aliquoties aliam atque aliam fortitudini viam faciens & auferens, nunc neruiceos funes madidos, nunc nouas reſtes, nunc capillos licio plexos clauoque circumligatos terræ infigendos dicebat, ſed hæc omnia incaſſum tentabantur. Tandem peruicit callida meretricis adulatio, ſuccubuit quæ iam periculo ſuo ſapere

H. Sebo. c. 22.

debuerat prudens fortitudo. Fatetur Nazareum se esse, omne robur in capillis, nulla tonsoris manu prophanatis existere. Vix audierat, fidemque fecerat aperta amantis confessio, nunciatur principibus, tonsorem aduocent, ipsi cum pecunia adsint, euentumque rei præstolentur. Illa interim blande apprehensum in sinum suum reclinat experimento sibi familiari somnum oscitandi inducens. Venit tonsor septem capitis crines abradit. Veniunt principes, ad vocem mulierculæ destitutum solita ope vinciunt, vinctum excœcant, excœcatum in triumphum ducunt.

Allego. Dalila caro, Samson anima, septem capilli totidem spiritus 5 dona, Philistæi, dæmones.

Iosephus l. 5. c. 17.

CAPVT VIII.

Hist. Scho. c. 21.

DIgna res visu ad cuius vocem tremebat bellantium multitudo, cum ab infimæ sortis plebecula luto aspergi, sannis & contumeliis excipi, cuius manum testabantur tot sparsa cadauera, eius oculos illa non resistente euelli. Eædem portæ, & victorem & vinctum aspexerunt, eadem Gaza metum gaudio & gaudium metu æstimabat. Miro ordine fortunam vtrumque expertus Samson à prostibulo ad molam, à Venere ad Vulcanum id est à voluptate ad cathenas descendit, & qui tot lachrymas viduis pupillisque excusserat, summo omnium risu excipiebatur, donec succrescente paulatim capillo virtus redire cepit, quod vbi cognouit oportunitatem nactus quo Dagon Deo suo diem sacrum epulis, & lætitia ingenti celebrabant, columnis innixus quibus domus cum tota principum multitudine insistebat, eas euertit, glorioſaq; morte hostes abunde vltus occubuit, qui 3000. inimicorum sibi ipsi parentauit.

Quieuerunt ad tempus sublato Samsone Philistæi non tam quiescendi animo quam vt quiete, & tempore interiectis alacriores & plures ad prælium educerentur.

CAP. IX.

Digitized by Google

CAPVT IX.

1. Regum c. 4. HELI Israhelitas iudicante impetu facto in hostiles agros prælium popoſcerunt, nec renuerunt Hebræi nulla remorante tot male actorum conſciéntia, conflictu inito cæſis quatuor virorum milibus victoria Philiſtæorum fuit. Ofni & Phinees qui Hebræis præerant collectis reliquiis Arcam domini ex Silo ad nectam in prælium produxerunt, quaſi non ſufficiat Dei irati voluntatem ſemel exploraſſe. Iterum commiſſo, prælio vincuntur cæſis 30000. cum vtroque duce, quodque omni indignitate maius eſt, Arca in poteſtatem hoſtium redacta. Quam primum in templum Dagon ſtatuentes, cum idolum truncum manus & pedes aliquoties corruiſſet, cum inhoneſto morbo ciuitates affligetẽtur, Murium copia agros popularetur, coacti ſunt eam dimittere poſt ſeptem menſium ſpacium nec vacuam certè dimiſerunt, muneribus enim adiectis, & 5 aureis muribus, totidem anis pro Satraparum numero, plauſtro impoſitam ad fines vſque Bethſamet proſecuti ſunt & vaccæ nullo ductore recta progreſſæ ibi conſiterunt.

Ioſe. l. 5. c. 19.

Præditum Regum c. 2.

1. Regum c. 5

Ioſe. l. 6. c. 1.

Philo 85000. grauidarum, 85000 lactentium, 15500 puerorum, 25000 virorum conſumta eſſe vult vniuerſa.

CAPVT X.

HÆc ſufficere debebant ad oſtendendum Philiſtæorum vires Deo reſiſtente nullas eſſe, ſed rudis eſt ad reminiſcendum barbaries, nec verita pauco poſt tempore Samuelem inter ipſa ſacra præuenire.

1. Regum c. 7.

Ioſe. l. 6. c. 2. terra hiatu, & tonitribus Paleſtinos infeſtatos.

Verum fruſtra: Deus enim erat in partibus & cæſa omnis hoſtium multitudo, redditæ quas nuperis bellis occuparant vrbes pax firmata.

CAPVT XI.

1. Regum c. 13. QVam tamen ſuo malo violarunt, Saul enim Rex cum Ionatha magnam eorum ſtragem edidit,

Digitized by Google

edidit, Ionathas ſtationes eorum in Galgala occupauit, & actum eſſet de ipſis, ſi continentem, & Dei timentem ſortiti eſſent aduerſarium. Sed quia ſubinde mandata Dei contemnere pro nihilo ducebant, victoriam ſæpe abſtulit Deus, ſæpe diſtulit 30000. currum 6000. equitum vulgus ſine numero in armis erat. Hebræi in ſpecus ſe receperant, iure qui ſibi conſcii eſſent male, iure qui ſine armis eſſent, omnia enim hoſtis metu rebellionis abſtulerat. Vnicum reſtabat Dei miſerantis auxilium quod Ionathæ animum dedit, hoſtibus metum & ex metu fugam. Adoleſcens hic genere & mente Regiis cum armigero per noctem hoſtium caſtris appropinquans, cum à ſpeculatore iuberetur aſcēdere ille irriſionem hanc omen interpretatus cum armigero reptans aſcendit, magna dormientium ſtrage edita. Cumque dies illuceſceret exorta in caſtris eorum ſeditione, & quorundam etiam diſceſſu, Saul omnium ignarus quæ per Ionatham agebantur ſuos armari imperat, ieiunio dum hoſtes victoriam ceſſerint indicto. Annuit Deus ſio affectui, & Philiſtæos in fugam & mortem conceſſit.

1. Regum c. 17.

Ioſephus l. 6. c. 6.

CAPVT XII.

DOnec Spurius quidam immenſæ magnitudinis Goliath popularium animos erexit, qui ſingulari certamine quemuis hoſtium prouocans magna ſe mole ferebat. Nec quisquam repertus, qui ſe auderet committere, vnde Gygas inſolens in ſuos, in Deum blaſphemus, in hoſtem minax vnus inſtar omnium ferebatur. Tempus erat publice notum fieri, humanum robur Deo nullum eſſe & nulla generis, opum, potentiæ, habita ratione Deum benignitatem ſuam hominibus impertiri. Dauid ætate puer, conditione paſtor electus eſt, cuius impotentia robur illud antereretur.

1. Regum c. 17.

1. Regum c. 17. Sedulius presbyter.

Ioſephus l. 6. c. 10.

Sauli

Phil. Aristophanes lib. Equeis, pro Ius Dorici, Ranis, Nubibus, Aue. Eccles. Lysistrat.

Aphor. lib. 6. sect. 20.

a Regum 22. 22.

b Regum 22. 23.

c Regum 22. 24. 25.

tatem Ecclesiæ, & Reipublicæ videat, plurimum interest, vtrum sacerdotes ex populo, an populus ex sacerdotibus pendeat, & ex illis, non ex hoc, ad illos, non ab illis, ad hos, vtrum ad populum, an populus ad sacerdotes, ius & iudicium, & ad quem spectet exitus quæstionum, & controuersiarum, & quis sit iudex, & arbiter, & quis sit iudicandus, & condemnandus. Nam si populus sit iudex, & arbiter, & sacerdotes sint rei, & iudicandi, & condemnandi, quis non videt, quam sit periculosa, & pestifera ista Reipublicæ forma? Quis non videat, quam sit periculosa, & pestifera ista Ecclesiæ forma? Quis non videat, quam sit periculosa, & pestifera ista Ecclesiæ, & Reipublic

CAPVT XIV.

1. Regum cap. 28.
2. Regum cap. 29.

VNDE cùm Philistæi iunctis, vt consueuerunt, viribus in Saulum proficiscerentur, Dauid cum suis & Achis in extremo agmine decertasset, nisi Principes alij suspectam habentes Hebræi hominis fidem dimitti eum maluissent.

1. Regum cap. 29.
Iosephus lib. 6. cap. 14.

2. Regum cap. 28.
Iosephus lib. 6. cap. 14.

Saul anxius cùm toties offenso Deo auxilium sperare non præsumeret, de belli tamen euentu diuinatrices consulere non dubitauit. Et audiit, sed parum ex sententia, interitum sibi suisq; portendi. Mox prælij locus definitus Gelboe mons, vbi collatis signis cùm habræi consueta ope destituti paulatim cederent, hostes inoffenso itinere Regis caput petunt. Cingebatur Rex, tum trium fortissimorum filiorum, tum custodum lectissima manu; cumq; conclamatũ esse audiret, ne viuus in hostium potestatem veniret, armigerũ iubet educto mucrone se incircumcisorum ludibriis eximere: negat ille alienũ illud à pietate, alienum à fide, quamuis Domino volente, iudicabat. Quo conspecto Saul sibi ipsi violentas manus inferens hoc effecit, vt trium filiorum, & pulcherrimæ iuuenturis funeribus Regis pompa cõdecoraretur. Hoc profectò non prætereundum, quòd Armiger Domino superstes esse erubescens eodem gladio, eodem loco, & tantùm non eadem manu interemptus conciderit.

2. Regum cap. 1. Iosephus ab Amalechita confossum ait.

2. Regum cap. vltimo.

Bello peracto victores cùm cadauera scrutarentur, inuentum inter cætera Regis summo dedecore affecerũt, corpus in muro Bethan suspendentes, caput per omnem Philistęorum regionem circumferentes; donec habitatores Iabes Galaad nocte surreptum sepelierunt. Sic Israëlitarum peccata puniuit Deus; vt norint deinceps bonis se æquum, malis aduersarium existere. Omnes interim ciuitates nuper receptæ in hostium potestatem reciderunt.

CAP.

CAPVT XV.

POST mortem Saulis cùm ciuilibus bellis defunctus Dauid rei bellicæ gloria à puero illustris non quieturus videretur, Philistæi priores se mouerunt. In quos Dauid oraculo confirmatus, quod certam victoriæ spem fecerat, expeditione sumpta victor à Gabaa vsque Gezer inimicos propulit; nec propulit tantùm, sed & in eas redegit angustias, vt tributum, quod hactenus Hebræi iis pendere solebant, volentes remiserint. Nec contentus eo, quatuor insuper præliis attritos ita consumpsit, vt nulla deinceps rebellandi occasio relinqueretur. Per se itaque nihil tentarunt; sed aliorum ex incursione ansam prædandi aliquoties diuiso Salomonis Regno arripuerunt.

2. Regum cap. 5.
1. Paralip. cap. 14.

2. Regum cap. 8.
2. Regum cap. 21.

Ioseph. lib. 9. cap. 15. Palæstinos ab Azaria victos.

Præcæteris autem illustris fuit sub Achaz Rege Iuda excursio, quam inclinante Imperio nemo mirabitur, qui impietatem Regis istius meritam à Deo plecti legerit. Aliàs verò prout fortuna belli & potentia cuiusque præualuit, nunc Regibus Iudæ munera, nunc Israëlitarum Imperio subiecti eorum Regibus tributa pependerunt. Regis Gethæi & Philistęorum, qui Israëli succurrere credebantur, in nobili illa Regis Syriæ fuga mentio fit. In gestis etiam Ezechiæ extrema, vt puto, Philistæorum oppressio obseruatur. Sed postquam res Iudæorum inclinare ceperunt, cum aliis gentibus nomen quoque Philistæorum intercidit, & populus ad victoris arbitrium cepit.

3. Paralip. cap. 28. Esaiæ 14.

2 Paralip. cap. 17. de Iosaphat.

4. Regum cap. 7.

Suspicius.

CANANÆI.

CAPVT I.

Paulo aliter Guilelmus Tyri Episcop. lib. 23. c. 9.

POST diuisum tripartito inter Noë posteros orbem, Cham sorte sua, vel potiùs exilio, non contentus in varias Semi Iapetique Prouincias maledictionis suæ virus dissemi-

Genes. 15.
Philo de Abrahamo. Cananeam Iudæi, Syru Palestinam dictam vult.

nauit. Canaan inter cæteros in fertilissimo orbis solo coloniæ ducē ablegauit, qui numerosa prole ornatus totam Regionem singulis distribuit, quæ partim filiorum nomen assumpsit. Fuerunt autem hi; Sidon, Ethæus, Iebusæus, Amorræus, Gergesæus, Enęus, Aracharus, Cynæus, Aradius, Samarites, Amadius, totidemque numerantur Canaan filij, totidem Cananæorum Populi. Qui, quòd iniustè huius terræ possessionem sibi sumpserint,

Genesis 10. 7. Tantum nominantur Deuteronomy 17. Aly Amathæum.

a *Genes. 14.*
b *Vide Iudaica.*
De Amorrhæis vide Philistæos.

à vicinis *a* infestati, ab externis pressi, ab *b* Israëlitis, ad quos iure naturæ hæreditas ea deuoluebatur, à maioribus Melchisedech & Abraham vsque ad Iacobū possessa, pulsi tandem cum omni gente interierunt. Promisit hoc Deus Abrahę non semel futurum olim; vt tota illa colluuies à posteris eius *c* conteratur, & terra omnium fœcundissima generi eius in perpetuum confirmetur. Quod oraculum tum demum finem sum habuit, cùm Salomone regnante alta circumquaq; pax victa hostium feritate exstitit.

Genes. 45.
Genes. 15.
Psalm. 104.
Nemia 9.

3. Regum.

CAPVT II.

Philo lib. 1. de vita Moysi.

CÆTERVM multo labore stetit hæc Moysis in Cananæos expeditio, multo sanguine tot validissimarum gentium impetus repressus, tot fortissi-

Numer. 33.

fortissimorum Regum vires repulsæ: sanguine tamen opus erat, ad debellandos qui montana & maritima Palestinę obtinebãt, nec enim vllatenus fœdera cum iis percuti Deus patiebatur; vt qui nec olim cùm terram eorum incolerent, vllam habuerunt cum iis consuetudinem; nec ad legitima eorum relabi vnquam permissum.

Deuteron. 17.

Genes. 24. Abraham non vult filio suo Cananæam vxorem.

Leuitici 18.

CAPVT III.

Numeri 21.

PRIMAM de Cananæis palmam retulit Moyses in ipso statim terræ promissæ aditu: Arab enim Rex, cognito quòd exploratores per totam Regionem mitterentur, ad arma se conuertit: & primo impetu victor de Hebræis triumphauit. Sed enim sinebat Deus suos profligari, ne victorię laudem ei soli debitã sibi quisquam ascriberet: quod enim exercitus integer non potuit, reliquiæ effecerunt, præpostero haud dubiè, si ex nobis rem metiamur, euentu. Et voto concepto victoria exultantem miles fatigatus dissipauit, idem ille qui Moyse nescio pugnans vincebatur.

Pleraque alia quæ gentes quasdam Cananæan concernunt vide in Iudaicis.

Iosephus lib. 4. cap. 12.

CAPVT IV.

Iosephus lib. 4. cap. 4.

EODEM tempore Amorręorum Rex Seog rebus secundis elatus, & vicinis terribilis (Moabitarum enim & Ammonitarum pleraq; loca inuaserat) transitũ Israëlitis negauit; donec damno suo coactus est non itineris modò, sed & agrorum ius ipsis communicare. Hunc excepit Og Rex Basan ex gygantum stirpe, cuius lectus ostenditur ferreus nouem cubitorum longitudine, quatuor latitudine. Huius 60 vrbes munitissimæ in potestatem venerunt. Quamuis autem tributum Israëlitis exsoluerint, integri tamen in medio Effraim habitantes iugum excutere non semel conati sunt.

Deuteronom. 2.

Deuteronom. 2.

Deuteron. 3.

Iosue 16.

Iosue lib. 4. cap. 3.

Allegor. Israelita Christiani, cæpta peccatum, stigmate mare baptismus, Seog diabolus.

Huius terra Ruben, Gad, & dimid. a Tribu Manasse capit.

Digitized by Google

CAPVT V.

Iudicum 1.

POST Iosue mortem Iudas Dux belli in Cananæa electus cum Simeone fratre in Bezech 10 virorū millia interemit, & Adoni Bezech in fuga comprehenso, manus & pedes præciderunt, fortuna variante non immeritò: solebat enim ille 70 Reges truncos hoc modo cœnæ reliquiis sub mensa adspicere. Et prosecuti victoriam multo numero gentes diuisi per tribus suas Israëlitæ deleuerūt, & partim caput gentis Hierosolyma occuparunt: Iebusæi enim cum Tribu Beniamin 16. morabantur, quemadmodum & cum aliis gentes aliæ.

Philo aliter refert, et Amorræos vocat, cæsa ab Leuĩ Duce 4 loco citato.

CAPVT VI.

Iudicum 4.

IABIN autem Rex iniquis oculis populum aspiciebat, atque adeò Zizaram belli Ducem cum ingenti armatorum manu eduxit. Hebræi hinc inde dispersi se nequaquam opposuissent, nisi Deboræ mulieris spiritu diuino afflatæ verbis fiducia accessisset. Hinc 900 currus falcati, inde Barach cum paucis conspiciebatur. Vbi ad manum ventum est videas illos quasi punico terrore correptos cædi & cedere; hos Deo inuocato fugientium terga percutere. Ipse Sizaras dum ad Iabel Cynæi vxorem, vt putabat, fidam diuerteret, mulier clauum per dormiētis fortè in tabernaculo tempora adegit. Post hanc victoriam voluit Cananæorum nomen: ita tamen vt subinde aliarum gentium ope erigere se conati sint; sed paruo successu, nec nisi aliorum animis animi ipsis erant, externaque virtute virtus eorum quasi auxiliaria erat.

Ioseph lib. 5. cap. 19.

Philo Antiquitatum lib. de Iabel Rudẽ hæc refert.

Iosephi Tabyl dicta.

CAPVT VII.

2. Reg. cap 5.

TOT bellis vt finis imponeretur Rege opus erat: Dauid hic fuit, qui præmio publicè proposito militibus animos dedit, qui Hierusalem aggressi

Traditum Genes. 9.

aggressi, Cananæos eiecerunt nihil hostile metuentes, & seruos sibi sumpserunt; ita vt iure dictus sit cæcos & claudos abstulisse, id est, improuidos & socordes, odientes animam eius. Hæc extrema infelicis populi dispersio, qua omnium ludibrio expositi, & rapinis vix aliquot vrbium angulis se concluserũt. Certè Pharao Ægyptius cùm dotem filiæ suæ quæreret Salomoni desponsatæ Gazer oppidum diripuisse legitur, omnemq; Cananæum ibi habitantem extruxisse, prorsus quasi in vna hac gente liceat, quod in aliis designatum nefas censeretur, Salomon quoque grauissimo reliquias eorum tributo vrsit.

3. Regum cap. 9.

Iosue lib. 8. cap. 1.

CAPVT VIII.

Psalm. 134.

ITA paulatim deleti quotquot iniustæ dominationis violentam possessionem æternam fore sperauerant, omnesq; *a* Cananæorum populi annihilati quodammodo; præsertim grassante per Palæstinam Syrorum Duce Nabuchodonozor exercitu: post reditum enim Iudæorum confusa fuit omnis Cananæorum possessio; adeò vt pro Iudæis aliquoties ipsum nomen vsurpatur. Fuisse tamen aliquos sua impietate notos etiam extremis temporibus, tum ratio, tum vulgò tritũ prouerbium doceat, quo homo nequam semen Canaan vocatur: & Cananæus pro mercatore subinde legatur, tum etiam quòd Cananææ mulieris confidentes pro filiæ liberatione ad Christum preces Euangelistarum commendet oratio, ad cuius lectionem etubescant tepidæ Christianorum mentes, mouit eius orantis fides Apostolorũ, vicit eius contemptum suum generosè ferentis importunitas Saluatorem, quæ & filiæ dæmonio eiecto sanitatem exorauit.

a Iudith. 4. Sophonia 1. Esaiæ 23.

Esaiæ 19.

Not. Daniel. 13. vt Ozeæ 12. Prouerborum 31.

Matthæi 15. Lucæ 19.

Matthæi 10.

Alias Syro Phœnissa appellatur.

MOA-

AMMONITÆ.

CAPVT I.

POST impietatis Sodomitæ flammas vindices, redactamq; in cineres Pentapolim, Loth cum filiabus Angeli beneficio ereptus in montem & vrbem Segor suo interuentu præseruatam diuertit. In monte autem filiæ duæ se solas humano generi reparando superstites esse existimantes cum patre inebriato congrediuntur. Ex minore autem natu filium natum Ammon vocauerant, qui multiplicata posteritate populo terræque nomen reliquit. Hæc causa est cur Israëlitæ per horum fines terram promissam petentes bello viam facere prohibebantur: Abrahamo enim, vnde Hebræi, cum Loth Ammonitarum Patriarcha sanguinis interceſſit coniunctio. Quia autem venientibus ex Ægypto cum pane & aqua noluerunt occurrere, ideo etiam ad 10 generationem Ecclesiam Domini intrare vetitū est: indignationem Dei incurrerūt qui se ad vxores, imò & idola eorum verterunt.

Hieronymus Balaam dictum, et suo tempore Zoaram scribit.

Geneſ. 19.

Id est, filius populi.

Deuteronom. 2.

Geneſ. 12.

Deuteronom. 23.
Nehemiæ 13.
Ejdræ lib. 3 vltimo cap.

Allegoricè.
Vana gloria & ſuperbia, quæ ne virum tam vitiis reiectis contemplationi deditum decipiant ſobriè vigilandum.

CAPVT II.

IEPHTE Israëlitas iudicante missi sunt ad Ammonitas pro terræ diuisione, cumque nihil moderati impetraretur Dux votum concipit, immolaturum se quod victo hoste triumphanti primum occurrerit. Audit Deus, & hostibus metu iniecto victoriam concedit, & ab Aroeth vsque Mennith 20 ciuitates Hebræorum potestati subijciuntur.

Iudicum 11.
Philo Antiquitatum biblicarum lib. Regem Petal vocat.
Filiam Seilam.

Ioſephus lib. 5. cap. 9.

Et Galadinis alterum eorum eruere voluiſſe. Ioſephus lib. 8. cap. 4.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT III.

1. Regum c. 11.
2. Regum c. 10.
Sulpitio Chanum vocatur.

SVB initia Regni Saulis Naas Ammonites qui plebei tumultuanti se adiũxerat fusus est. Dauidis Hierosolymis regnante iterum destinata ad Ammonitas legatio amicitiæ conseruandæ gratia. Præerat autem eo tempore Anon filius Naas, qui oratores primo benigne excepit sed postquam sufurronum peruasit authoritas exploratores esse vestibus semilaceris, & barba semiraſa per summã ignominiam remisit. Ad vindicandum hoc facinus missi à Dauide Ioas, & Abisai fratres, qui diuiso agmine, frustra Syrorũ Damasciq; viribus confisos in Rabaath ciuitatem fugere cõpellunt quam paulo post occupantes Rege necato Dauidi eius diadema imposuerunt, & virtus pristina paulatim cessauit, præsertim cum à Ioatha Rege Iuda stipẽdio astricti à Iosapha. Ita penè nomen gentis obsoletum aliorum tantum victorias auxit, Deo malis ipsorum modum faciente. Conati tamen sunt aliquid Baalis in Godoliam Iudæorum Regem, Timotheus in Iudæos, sed illum Nabugodonosoris vis, hunc Machabęorum virtus attriuit.

H. Schol.
2. Reg. c. 11.
Missos qui consolarentur semper mortem patris.

Iosephus l. 7. c. 6.
2. Regum c. 12.

Sul. 2. paral. c. 27.
Ezechiel. 25.
Amos 1.

2. Para. c. 20.
Iosue l. 9. c. 15.

Amos 1.
Iosc. l. 9.
Iosephus l. 12. c. 11

MOABITÆ.

CAPVT I.

Genes. 19.

MOABITARVM & Ammonitarum eadem origo, eadem cum Abrahamo affinitas. Hi enim per minorem, illi per maiorem natu filiam, à Loth excidio Sodomæ diuinitus substrato generationis suæ repetunt primordia.

Deut 2.
Exodi 15.

Hinc idem Israhelitis interdictum ne per alterutrius regionem infestis armis & si possent viam

Numer. 25. faciant ad promissam regionē. Sed populus transiens, & medium tenere non potens, allectus fæminarum pulchritudine, ad eas, & earum idola deuolutus est, quod nisi Moyses vindicasset præda hosti facta fuisset omnis multitudo.

Ioseph. l. 4. c. 9.

CAPVT II.

Vt Iosephus l. 4. c. 7. Vt Philo l. 1. de vita Moysis. FVIT iisdem fere temporibus aut Moabitarū aut certe vicinorum Rex potens Balach, qui non ausus armis decernere incantationibus tentabat expugnare inuictam Hebræorū potentiam. Ea fini vatem magnæ celebritatis & Mesopotamia iterata legatione accersit. Cui iter facienti prodigium ingens se obtulit. Iumentum quippe quo vehebatur, repente constitit, & quasi ex aduerso violenter repulsum credebat, verberibus contumax sessori, non mediocriter molestum, obuio videlicet spectro territabatur asinus, homini minime conspicuo.

Num. 22.

Sulpitius l. 1.

Tandem non quod dignus esset, sed vt indignitatem suam intelligeret, Angelum vidit resistēte ipse ad supplicationes versus, permittente nihilominus Angelo, progressus à Balac excipitur, & postridie in montem cuidam genio sacrum deducitur, vnde velut è specula Hebræo castra contemplatus execraretur. Hic positis septem aris, totidemque in singulas hostiis minime afflatus, Angelo linguam dirigente, Hebræis bene precatur. Indignatus Rex cum iterum & sæpius loco editiore sacra instaurasset, tantum abest, vt impetrarit vt etiam longe prioribus fausta coactus fuerit audire. Donec à Vate hominem agente monitus filias forma cæteris præstantiores fuco meretricio & illecebris instructas ad Hebræorum integritatem debellandam submisit.

Num. 23.

Ioseph. l. 4. c. 8.

Num. 24.

Quod & factum est, sed tam nefarium consi-

lium,

lium, propheta, rex, populus, morte luerunt, à Phinee & Moyſe interempti. *Ioſe. l. 4. c. 3. Nume. 25.*

CAPVT III.

De Balae vide Arabica & Meſopotamiam.

PECCATA populi primam diſcordiarum materiem inter vtramque gentem præbuerunt, quæ cum Deus plectere conſtituiſſet, & populi inſolẽtiam ſeruitutis onere refrænare Moabitis mẽtem, & virtutem dedit Hebræos quos antè timuerant ſubiugandi. Eglon per ea tempora imperium gentis obtinebat per quẽ ita attritę infelicis populi res, vt 18. annorum ſpacio nõ licuerit reſurgere, nec vnquam licuiſſet, niſi per Aiot Deus iugum auferri impetraſſet. Is Regem ſpecie colloquii in cœnaculo ſeorſum ſica confodit, & nullo ſentiente per poſticum elapſus, aduocatis ſociis, repẽtina Regis cæde perculſos ad 10000 millia proſtrauit. Sub iudicibus inſuper Ruth ex cauſa peregrinationis Elimelech accidit in terra Moab quo vel hoc vnum patet Chriſtum, qui Iudæis reluctantibus gentes aſſumturus erat gentium etiam nomina in maioribus ſuis non refugiſſe.

Nume. 22.

Ioſe. l. 5. c. 12.

Allego.
Eglon diabolus, Iſraelitæ virtutes, tributum peccatum, Aioth anima, ſica oratio eo Moabitarum, vt alij legunt, concupiſcentia carnis, oculorum, ſuperbia vitæ.

Philo antiquitatum l. 1. ab Abdon & alijs etiam poſtea victos Moabitas ſcribit.

Vide libri Ruth 4. capita

Eſaiæ 16.

CAPVT IV.

DAVID à Saule fugiens à Rege Moab in Maſphat cum 400. diuertit, vbi hoſpitio exceptus tamdiu latuit donec à Propheta reuocaretur, ad regni ſibi deſtinati recuperationem. Idem in regno confirmatus Moabitis qui alios auxilio ſuo iuuerat vltus tributum Iudæis pendere coegit, quod aliquamdiu ſoluerunt, etiam ſoluere detractantes & iugum excutere conantes aliquoties Dei auxilio victi ſunt.

1. Reg. c. 22.

2. Regum c. 8.

1. Paral. c. 18.

2. Paralip. c. 20. à Ioſaphat.

V 2 Quan-

Digitized by Google

Quãquam in diuisione regni Salomonis Moabitæ, quia viciniores Iudæ subditi, à Regibus Israel subiecti sunt sæpius, quibus pendebant 100000 agnorum totidemque arietum. Messa autem rex mortuo Achab fœdus violans Ioram bello petitus est. Heliseo aqua in deserto procuratur. Cumque resistendo non esset filium hæredem regni futurũ in muris immolat. Quo viso Israhelitæ victoria contenti retrocesserunt, sunt & deinceps aliquot eorum excursiones, sed excursiones tantum, nec enim vnquam magnam potestatem adipisci integrum fuit. Eorum tamen ope & consilio alii hostes Iudæam aliquando afflixerunt, donec ipsi cum nomine penè funditus exstirpati sunt, aut saltem in aliorum nomen & gentem transierunt.

1. Samuel. c. 22.

4. Regum c. 3.
Ioſe. l. 9. c. 1.
Vt 4. Regum c. 13.
2. Para. c. 20.
Hiſt. Schol.
Tobiæ 4.
Iudith 5

Holoſernes.
Sophoniæ 2.
Eſaiæ 11. & 15.

AMALECHITÆ.

CAPVT I.

ET hic populus fuit qui à meridie terram sanctam occupauit, potens profecto è posteris Esau procreatus. Tamna enim concubina Eliphaz primogenito eius peperit Amalech, cuius familia ad meridiem adytum terræ promissæ insedit. Vnde inter primas fuit Moysis in Amalechitas expeditio in Raphidim: cum enim armata manu Rex eorum occurreret, a extremosq; agminis fatigati cæderet, consultus à Moyse Deus promisit victoriam; constitutum namque vt pereant, qui audaci impietate perisse dudum meruerant. Ne autem potentiæ suæ fisus videretur, cum Aarone Hur montem, qui orationi locus erat conscendit, cumque manus remitteret, penes hostem: sin iterum eleuasset, penes Israelitas erat

H. Scho.
Numeri 13.
2. Regum c. 1
Geneſis 36.
Numeri 13.
Exodi 17.
Deuter 25.
Philo l. 1. de Phœnicem vult.
Iudith c. 4.
Palmo 82.
Iosephus l. 3. c. 2.
H. Schol. c. 36.

Iudicum c. 20

erat victoria. Quod vbi obseruarunt lapide deficientes fulciebant atque ita magna strage edita reliquias in fugam a verterunt. Interim murmuranti paulò post populo idem hostis datus & victor Dei vtrobique interuentu. In nobili illa contra Scharam Delboræ pugna Amalech etiam recensetur qui Syris coniuncti in prælio, è fuga Israhelitarum victoriam auxerunt. Sed non multo post resumtis animis cum Madian agros depopulati sunt feliciter, Deo enim protectore destituti victores, victis in prædam permittebantur.

Numero 14.

Iudicum 5.

In cantico.

Iudicum 6.

CAPVT II.

1. Regum c. 15.

DEI eiusdem iussu Saul expeditionem sumit in Amelechitas, eiusdem ope victor, sed cũ præter diuinas leges Agag regi pepercisset, indignatus Samuel Saulem increpauit, & Regem qui adhuc in vinculis detinebatur, in frusta concisum crudeli quidem sed digno affecit supplicio, nec ab eo tempore vnquam Saulem aspexit quin &, cum fugientis clamis à Saule attracta findèretur, sic regnum eius findendum prædixit.

Philo antiquitatum libro Agag seruatum quod thesauros ei ostensurum diceret.

Iosc. l. 6. c. 8.

CAPVT III.

2. Regum c. 1.

2. Regum c. 30.

MEliùs Dauid qui prædas sæpius & spolia de Amelechis reportauit. Cumque Sicelech illo absente præsidia inuasissent, magnaque præda onerati domum redirent, Dauid per Ægyptiũ puerum de statiuis eorum factus certior cum 400 (200 enim lassos ad sarcinas reliquerat) in epulantes & securos irruit, prædamque in qua duæ eius vxores erant reuexit, & spolia cum ingenti captiuorum multitudine, ita vt 40. tantum camelorũ beneficio eius manus euaserint. Planè vt adimpletum videatur quod olim à Vatibus præuisum est,

Numero 24. Balaam prophetauit.

Iosc. li. 9. c. 12. Hos adhuc ab Amazia victos. Iosc. l. 4. c. 19.

cum extrema gentis perdita & attrita sint cuius memoriam Deus & Moyses seriò toties Israhelitis inculcarunt, eò quod sedes nouas quærentibus secus opposuerint.

PENTAPOLIS.

CAPVT I.

Orosius lib. 1. ca. 5. hanc Taciti Pentapolim esse ait.

IN confinio Arabiæ & Palestinæ, qua dimissi vltrinsecus mõtes fertilibus campis quinque ciuitates complectuntur, populus incoluit, diuitiis & opulentia circumiacentium facile primus, vnde vicinis Regibus maius huius potiundi desiderium tenuit, qui victores suos ditare posse facile viderentur. Hoc itaq; præscientes non est quod causam vlteriorem 4. barbaros illos rogemus, qui in Pentapolitanos agros vrbesque irruptionem fecerunt. Sed antequam progrediar ciuitatum nomina præmittam, quæ numerantur, Sodoma, Gomorrhæ, duæ primariæ Adame Schoym Bale quæ & Segor dicta. Singulis autem singuli Reges erant, sed quos Chodorlaomor Elamitarũ Rex tributo impositio sibi subiecerat, duodecimus seruitutis annus vertebatur, cum de libertate seria subit cogitatio, adeo vt rebellare iugum excutere eadem omnium esset sententia, Chodorlaomor vt tumultus initia præsentiret numero milite occurrit, primoque impetu Reges fugat, præda & captiuorum ingenti copia onustus abitum parabat.

Situs.

Qualitas.

Causa belli.

Allegor. Voluptas dolor, concupiscentia timor. Quibus quinque sensus subditi sunt.

Singulis ciuitatibus olim sui Reges tributi tempus.

Ioseph. l. 1. c. 17.

Genesis 14.

Iosephus Gallus.

Anton. tit. 1. c. 1. §§.

Feliciter nisi inter Captiuos Loth Abrahamo sanguinis coniunctione, & virtutis nomine carus abduceretur. Huius enim impatiens Abraham trecentos decem & octo vernulas armat, victoriaq; exultan-

exultantes à tergo cedit. Ita restituti captiui abducta ingens præda, vt non immerito Reges Pentapoleos cũ muneribus ei obuiam processerint, qui non libertatem modo sed & securitatem deinceps vno facto ipsis asseruisset.

CAPVT II.

ADEO vt breui metu hostili sublato superfluarum rerum copia, quam agri bonitas, accedente aquarum fructuumque quotannis prouentu, parit, in omne vitiorum & libidinum genus otiosas abiecerit. Adeo vt naturæ legibus excussis, ad meratas potationes, illicitos coitus & brutis ipsis inuisam libidinem vulgo delaberentur. Tum Deus nefarios congressus abolere volens tabidos patratores aggressus nouo & omnibus sæculis inaudito supplicio genere damnauit. Inductis enim subito imbribus iussit pro aqua ignem pluere, cumque niuium instar magno impetu deorsum ferretur incendium ardebant arma, cum pratis, condensa saltuum palustris quoque materies eodem igne cremabatur.

Philo de Abrahamo n: Hieremia threno 4. Ezechiele 20. Prudentius Hamartagenia. Hierem. 23. Esaia 13.

Quinq; sensus allegoriæ significant.

Ita vnus dies populosissimas ciuitates vertit, in busta suorum ciuium, regiasque Palatiorum reliquias in puluerem vertit minutissimum, nec satis: Propinquitas quoq; maris cum solo mortem bibit, ita vt exustis vitalibus nihil sit vnde fructus aut herba possit germinare. Et hæc ne ignoremus manent vsque adhuc cladis istius argumenta, fumus exhalans, lacus in quo nihil gignitur aut viuit. Felicitatis etiam pristinæ signum reliquum vna ciuitas cum agro suo, vicino malo subtracta, quæ Segor appellata incolarum numero, & terræ bonitate omnes istius tractus facile vincit.

Deuter. c. 29. Not. Apocalipsis 11.

Tertullianus de pallio & apologetici c. 39. Strabo l. 16. Iustinus 36. Tacitus 21. Plinius l. 5. c. 16. Tertullianus apolo. 39. Plinius l. 5. c. 33.

Visum vsurpat allegoria.

Hieronimus. Ioseph. 5. belli c. 6.

Hæc autem illa est quo Loth Angelorum ductu euasit

Aegef. l. 4. c. 18. Geneſ. 19. Solinus c. 46. Antoninus l. 2. c. 25.

euaſit antequam in montem peruenirent, nolebat enim Deus iuſto communem cum impiis pœnam eſſe, ideoq;. Angelos duos ablegauit vnicam illam roſam è tot ſpinis cæleſti flammæ addictis erepturi. Qui vbi aduenisſent luxuriam ipſi naturæ deteſtabilem vix euaſiſſent, niſi Loth in locum hoſpitum filias publica, & necdum contenti cæcitate percuſſi eſſent. Quibus actis dum caſtos duces pia familia inſequitur infelix in felicitatis ſuæ exordio Vxor Loth dum contra mandatum Angeli retroſpicit, immorigeræ curioſitatis monumentum in ſtatuam ſalis conuerſa diriguit.

Alleg. alia: Loth ſenſus rationabilis, vxor caro quæ ad vitiorum pœnam reſpiciens ſapit tum demum.

Philo de antiquitate Iudæorum.

MADIANITÆ.

CAPVT I.

Geneſis 25. Hiſt. Schol. Numero. c. 16. Madianitæ etiam Æthiopes dicti ex parali. Exodi 1. vide Iudaica. Ioſe l. 2. c. 13.

ABRAHÆ ex Cethura liberi complures fuerunt & ex his Madan & Madian quædam Arabiæ loca inſederunt, quæ numeroſa prole deinceps aucti contra finitimos facile defenderunt. Celebris eſt hæc Abrahamidarũ colonia Moyſis peregrinatione, coniugio & adoptione Ietro natalibus, Iſrahelitarum hoſpitio.

Thenetus hodie Madianei vocari.

CAPVT II.

DEficit populus hic poſtea gentilium vt puto cõuerſatione ad ídolorum cultus proiectus vnde Hebræos ex Aegypto reduces odio & bellis proſecuti ſunt, cumque omni conatu & variis artibus tentaſſent animos plebis, ad ſuperſtitiones pertrahere, nec quicquam conſequerentur, acritis mulierum formoſiſſimis exquiſito cultu natiũam augente pulchritudinẽ, ad captandum Hebræorũ iuuentu-

Hiſt. Schol. Numer. c. 31. 33. 34. 35.

Numero 25.

Balaami conſilio.

Digitized by Google

Benedicat tibi Dominus Deus, & custodiat te, det tibi pacem, & ostendat tibi faciem suam. *Populum benedicentis.*

Deuteron. 27. *Benedictionis & maledictionis causa mortis exempla.*

Iosue 1. Dominus Deus tuus dabit tibi. *Promittentis est.*

Iosue 7. Da Gloriam Deo. *Veritatem exposcentis.*

3. Regum cap. 1. Viuat Rex. *Acclamantium inaugurato.*

2. Regum cap. 15. Maledictus vir qui hoc fecerit antequã. *Præcipientis.*

3. Regum cap. 2. Bonus est sermo tuus quem audiui. *Consentientis.*

Quia tu basti nos exturbet te Dominus in die. *Reũ condemnantis est.*

Sicut

1. Regum cap. 15. Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus; ita absque liberis erit inter mulieres mater tua. *Damnantis hostem.*

1. Regum cap. 18. Viuit anima tua Smoni. *Asserentis.*

Ibidem cap. 13. Audiant Hebræi factum est. *Præconis.*

Passim in sacris. Væ homini illi. *Comminantis.*

Dominus vobiscum. *Salutantis.*

4 in Psalmis. Fiat, fiat. *Concludendi preces.*

Anima eius sit in horto Edem. *Id est, Paradiso.*

Surge Domine, & dissipẽtur inimici tui, & fugiant qui odetũt te à facie tua. *Ducis cũ arca eleuabatur.*

Numer. 10. Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israël. *Cùm arca reponebatur.*

Marci 10. *Repudij libellorũ forma erat certa, quæ tabellis inscribebatur.*

Deuteron. 2. *Execrationis formula habebatur.*

Psalm. 18.

Numer. 5. *Item alia in adulteram.*

Numer. 10. *Formula orationis cùm mouebantur castra.*

2. Machab. cap. 2. *Epistolæ à Populo scriptæ exemplar est.*

Deuter. 20. *Hortatoria Sacerdotis ad milites.*

Ibidem 27. *Maledictionis publicæ formula.*

Iosue 6. *Maledictionis vrbis, vel anathematis.*

Deuteronom. 29. *Fœderis magni cum Deo forma.*

Deuteron. 33. *Benedictionis Ducis exemplum.*

Iudicum 5. *Cantici post victoriam exemplum.*

Exempla à Parisiis. *Epitaphij, aut tituli sepulchralis.*

Maledictum in zelotypiæ sacro libro scriptum aqua amarissima delebatur.

SECTIO XIV.

De vestitu, victu, & amictu.

CIBORVM alij immundi, alij non item: & liciti proinde, idque vel respectu totius Populi, vel certorum hominum.

Leuitici 11. Mundi ex pecoribus quæcunque ruminabant, & vngulam diuisam habebant.

Deuter. 14. Ex aquatilibus quæ pennulas & squammas.

Ex volucribus quasi morticinia, id est, vetita habebantur,

bantur quæcunq; quatuor pedibus gradiebantur; exceptis quæ longiora habebant posteriora crura, vt locusta.

Leuitici 11. Immũdus quoq; vultur, grus, aquila, cygnus, &c. Item reptile multiplex, & insecta pleraque.

Exodi 22. His omnibus vt morticinis abstinebatur, aliis casu:

Exodi 22. vti bestia quauis in agro discerpta:

Genes. 9. Et membro animalis adhuc viuentis:

Genes. 32. Et neruo femoris ob Iacob dolorem:

Leuitici 7. Et sanguine qui terra obruebatur, quia Dei est:

Ibidem. quin & aruina, id est, adipe eorundem sponte separabili, quia sacer.

Exodi 23. Non comedebant Sardinam cum lacte matris.

Exodi 21. Nec carnem animalis lapidibus strati.

Ioseph. lib. 2. belli Iud. Animalibus prorsus abstinebant Nazarei & Essæi.

Numer. 6. Vino insuper, & omni quod inebriabat.

Leuitici 19. Ex mundis quædam certo tempore vetita: vt

Fructus arborum nouellarum 3 primis annis.

Leuitici 23. Grana, Pultes, aut panis nouicius ante Pascha.

Exodi 13. Fermentatum omne Paschatis octaua: *Quia tristitia tunc libenti Iudæi.*

Et tum cænæ puræ dicebantur.

Leuitici 23. Expiationum & ieiuniorum die cibis coctis:

Iosephus lib. 2. belli Iud. cap. 14. Vino abstinebãt 30 diebus sacrificaturi pro salute.

Deuter. 22. Captis in nido pullis mater emittebatur.

Leuitici 17. Ante licitum comesturi sanguinem eius terra operiebant.

Not. Exodi 12. Excepta Paschatis vespera assidebant mensis.

Christi tempore Romano ritu mensas adornabãt.

Matthæi 26. Triclinio vsi, quia in eandem patinam omnes manum porrigebant, quod aliâs non.

Matthæi 15. Lauabantur ante cænam manus, facies, corpus.

Luca 7. Vngebantur insuper capita, &

2 Isay. 61. a coronabantur.

Ambros. de Isaac. Veste cœnatoria vtebãtur, velut sindone sup nuda.

Not. Luc. 10. Altis thoris accumbebãt, non sedebant: Magdale

Matth. 26. enim stans lauit pedes, non flectens.

Not. Marc. 14. Soleas deponebant accubituri.

Not. Luca 15. Caros infra se, id est, sinu suo collocabant.

Colligitur ex Matth. 19. cap. 23. Honoratior summũ medij lecti locũ occupabat.

In

Mat. Luca 14. In commune veſcebantur.

Ioannis 2. in Cana. Regem vini forſan habebant.

Mat. Ioannis 12. Aromata menſis adhibebant: Hymnos etiâm, &
Mat. Ioannis 14. muſicam ſymphoniam.
Eſaiæ 5.

2. Machab. cap. 15. Vinum & aquam alterius, id eſt mixtam, bibere placebat.

Hæc Romanas ſapiebant, à Syris & Ægyptiis alia, vt ſors ferebat, temporibus ſuis mutuati erant.

Luca 7. Conuiuas oſculo excipiebant.

Mat. Ioannis 21. Aſſas carnes & piſces ſæpe adhibebant: easq; vel ex grege, vel venatu quæſitas. Et Troiani.
Geneſ. 27.

Mat. Hier. Trenor. Triticum & vinum pro cibo & potu vſurpabant.

Exodi 12. Lactucas ſylueſtres menſis adhibebant.

Iudicum 14. Ænigmata in menſa & prȩmia ꝓponere ſolebant.

2. Machab. cap. 15. In menſa ſæpius ſe abluebant & tergebant.

Mat. Iudicum 6. Carnes cum iure coquebant ſubinde.

Deuteronom. 26. Decimam 2 in luctu edere non licebat.

Mat. Luca 11. Vaſa menſæ & catinos ſuperſtitiosè abluebant.

Matthei 15. Carnes menſales habebant & cuſtodes.

Ex Deuteron. 8. A cæna gratias Deo dicere iubebantur.

Mat. Luca 9. Cophinis, id eſt, orbibus fragmenta excipiebant.

Plut. de Superſt. Veſtes toties ferè mutabant quoties Dominum.

Nos aliarum gentium miſſis antiquas ex Sacris voluminibus diſponemus.

Erant autem aliæ communes omnibus, aliæ non:
Aliæ feriales, aliæ Sabbathi, eæque albæ:
Aliæ virorum, fœminarum aliæ:

Mat. Iudicum 19. Aliæ hyemales, æſtiuæ aliæ: (tæ.

Mat. Zachar. 3. Aliæ quotidianę, aliæ mutatoriæ, vt Chal. inſti-

Mat. Geneſi 3. Periſſomata, id eſt, cingulum, aut femorale ex foliis primùm.

Capite nudo erant etiam.

Mat. Geneſeos. Ex pellibus, lana, & lino, veſtes fiebant etiam.

Mat. Matthæi 5. Tunicas geſtabant & pallium.

Mat Nahum. Sinus veſtis ſuper faciem proiectus indicabat proſtitutam.

Leuitici 19. Veſtes ex duobus textas, id eſt, lana & lino non gerebant.

Hieron. quæſt. geneſ. Togæ funebrias habebant, & colobiis plurimùm vtebantur.

Numer. 15. Fimbriæ quatuor vittas, id eſt, fila ſerica intorta habebant.

Not. Matthæi 13. Sandalia, aut calciamenta corrigiis pedi aſtruebãt.

Exodi 12. In itinere ſe accingebant baculo & pera ornati.

Pallia muliebria, virorum alia,

Iudith 10. Mitras capite gerebant dextrariola. *Ab Aſſyrijs.*

Philo de migrat. Lilia in aures, annuli, ornamenta mulierum erant.

Numer. 15. Scribę membranas palliis aſſuebant, in quibus lex, philaſteriaque, id eſt, latas purpuræ notas, & fimbrias quaſdam politiam ſignificantes.

Luce 20. Scribæ ſtolis vtebantur.

Epiphan. Phariſæi muliebria pallia gerebãt latasq; crepidas.

Philo de victimis. Portabant viatores veſtem ex pilis caprarum.

Iudith 4. Pœnitentiæ veſtis erat viduarum propria nigra.

Geneſ. 37. Polymita veſtis puerorum nobilium, variis liciis texta verſicolor, aliis purpurea ſerica.

Leuitici 13. Lepra in veſtibus, id eſt, maculæ ſimiles, iudicata veſtis comburebatur.

Leproſus veſte diſſuta, & ad os obuoluta erat.

Geneſ. 38. Inter ornamenta armillæ erant viris, & annuli.

Matthæi 22. Veſtis quoque nuptiis propria erat, eaque alba.

Pſalmo 44. Muliebria murenulæ, id eſt, toi ques: vermiculatæ, id eſt, diſtinctæ myrrha, aliisque odoramentis veſtes imbuebant.

Deuteron. 22. Viro cum fęmina veſtem mutare, & contra, vetitũ.

Iudicum 8. Bullæ ornamenta erant regalium camelorum.

1. Paralip. cap 19. Matthæi 21. Veſtes alicui præſcindere ignominiæ, ſternere honoris.

SECTIO XV.

De libris.

LIBRORVM alij ſacri, alij prophani. *Vide alias diuiſiones apud Hieronymum, Iſidorũ lib. 6. cap. 1. Dionyſ. Carr. cap. 3. Eccleſ. Hierar. Damaſcenum lib. 4. de Orthodoxa fide. Gregorium Theo-*

Sacros pro litteratum ordine 22 numerant, quos in quatuor quinarios, duobus adiectis materiæ reſpectu diſponebant; ita vt in primo Penta-

Moyſes earum author eſt, et ſcripſit iuxta Philonem Chaldaicè.
a Ipſe author eſt.
b Samuel author eſt.
c Dauid author.
d Hieronymus collector.
e Moyſes author.
f Authores varij.
g Salomon.

Pentateuchus eſſet, legales libros continens.
Secundo libri *a* Ioſue, & *b* Iudicum, Regum *c* priores & *d* poſteriores, & Paralippomena, ſcripturas, ſeu hiſtorias continentes.
Tertio liber *e* Iob, *f* Pſalteriũ, *g* Prouerbia, Eccleſiaſtes, Cantica Canticorũ metro ſcripta.
Quarto Prophetæ Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel comprehendebantur, & 12 Minores.
Extra ordinem adiecti libri Eſdræ 2, & Eſther.

logum, Epiphanium de ponderibus. Euſebium lib. 3. cap. 10. lib. 4. cap. 26. lib. 6. cap. 18.

Theodoretus vult hos excerptos eſſe ex libro qui Iudæorum dicebatur.

Hebrai moderni ſecundũ quinarij libros 4 Prophetas priores vocant: Prophetas autem poſteriores, & libros reliquos vocant Sanctorum ſcripturum.

Libros hos in titulos verſusq; diſtinctos in capita demum diſtinxit Hieronymus, quos poſt 70 Interpretes interpretatus eſt Aquila ex Chriſtiano Iudęus. Poſt quem Simmachus ex Samaritano proſelytus. Deinceps Theodotion, & ex Martionita Hebræus, idem præſtitit, & 4 exemplaria Græca: quibus 2 Hebraica adijciens Origenes conferendo multum profuit.

Sub Ælio Adriano.
Sub Seuero.
Sub Commodo.
Euſeb. hiſt. Eccleſiaſt. lib. 6. cap. 13.
Epiphanius de põderibus.

Omnis autem doctrina eorum, & explicatio triplici caſu incedebat.
Caballiſtico i. ſyncero, à Moyſe:
Talmudico à Rabinis contra nos excogitato: cui magis obedire volebant, quàm Legi Iudæi noſtri.
Philoſophico ab Ægyptio quodam Moſe.

Celius Rod. lib. 10. cap. 1.

Ab antiquo.
Anno Chriſti 200.
Talmud. hiſt. Eccleſ. 4.

Vt ſomnio.

Signorum autem ſacrorum quadripartita ratio.
Alia ſigna nuda: alia ad rem aliam ſignificandũ: alia rem præſtantiorem: alia rem ſimilem.

Ceremonia: lotio, arca.
Anno Chriſti 1150.

Notæ autem ab interpretibus vſurpatæ hæ erant:
Aſtericus nota omiſſi à 70 quod in Hebraico erat.
Obelus ſuperfluè appoſiti, aut iterati.
Puncto ſupernè addito loci, de quo dubitatur.
Limniſcus vbi alij aliter vtũtur, eodẽ tamen ſenſu.
Antigraphus vbi aliter vertebant ſenſu diuerſo.
Paragraphus ad ſeparandum res diuerſas in initio.
Poſitura in ſeparati fine ponebatur.
Diple in libris Patrum citata S. Scriptura.
Coronis in fine libri apponebatur.
Ex Hebræa, Syra, Arabica, Chaldaica lingua ortæ.

Hebræi

Mdorus lib. 1.

Isidor. lib. 9. cap. 1. Hebræi verba in gutture collidebant. *Et Syri.*

Not. in Genes. Eorum lingua prima sancta, nec mutata.

Euseb. Prap. 9. cap. 4. Hebraicæ litteræ solæ significantes primæ.

Vide Histor. Chaldaica vti ceperũt tempore captiuitatis Iudęi.

Not. Actor. 1. Syriaca vtebantur post Christum.

Iosephus in Appionem. Historiam primus scripsit Moyses.

Hieron. Prolo. Versus sinistram legebant scribebantque. *Et Orientales.*

Regum. Viginti duo habebant elementa, siue litteras. *Et Syri.*

Epiph. lib. de ponderibus. Quinque ex his duplicia, id est, aliter in principio, aliter in fine pingebantur. *v & n.*

Hieron. de Hebraïs. Syriacæ litteræ ab Abrahamo in vsu. *Et Chaldæi.*

Suidas. A Moyse Hebraicæ, quarũ nomina interpretabantur. *Hieronymus ad Paulum Vrbicum.*

Isidor. lib. 1. cap. 3. Esdras eas quibus nunc vtimur.

Hieronymus.

Epiphanius. Aleph, id est doctrina, admonebat puerum vt disceret. *Et Alpha.*

Not. Apoc. 5. Libri eorũ membranis oblongis constabant; quæ vtrimque conscriptæ conuoluebantur, & cùm libebat explicabantur. *Et Asiaticorum.*

Iosephus lib. 12.

Hieron. Præfat. in Euseb. Poëticam & metrorum genera primi repererunt.

Not. Psalm. 59. Libros 5. habebant, in quos viuentium, qui dicti libri vitæ, nomina redacta.

Psalm. 44. Calamis litteras membranis imprimebant.

Ioseph. lib. 1. Iudęi inter primos gesta maiorũ literis mandarũt.

Euseb. Histor. Ecclesiast. lib. 1. 2. cap. 6. Libros habebant puplicè & priuatim, quibus geneæ contextæ.

Itemque diaria, siue dierum volumina.

SECTIO XVI.

Not. Iud. 14. PROCVS amatam frequentare, & conuiuio excipere solebat. *Ritus Modernorum.*

Formula est adiecta Chronico Genebrar. ex Rabinis. Benedictioni sponsalium prępositus calicem vino plenum prælibans, sponso sponsæque porrigebat modo.

Leuitici 21. Sacerdos summus virginem tantùm ducebat, alij non scortum, nec repudiatam.

Leuitici 18. Iosephus lib. 3. cap. 11. & lib. 4. cap. 15. Nuptiæ nullæ cum matre, nouerca, auia, amita, nepte, priuigna, nuru, fratria, muliere menses suos

Digitized by Google

ſuos parieńte infami ſerua, repudiata ſemel à te ſpurio eunucho.

Deut. 23. Captiuam poſt 30 dies ducere licebat.

Philo de charitate. Mulier ſi poſt triennium maritus ex bello non rediiſſet alteri nubere poterat.

Hieron. ſuper Reges. Cum alterius tribus homine matrimonia nulla erant, cum periculum eſſet confundendæ poſſeſſionis.

Numer 36.
Exod. 34.
Philo de ſpec. Cum gentibus matrimonium inire nefas.

In amicorum conuentu coniugum nomina tabulis inſcripta.

2. Regum 12. Viri vxoribus dotem aſſignabant.

Geneſ. 38. Arra concubinis data vt annulus ac nulla.

Formulam vide ad calcē Chronici Genebrardi. Nuptiarum die benedictioni præpoſitus.

Vini calicem vtrique coniugum propinabat.

Iudicum 14. Septem diebus conuiuio aliis adhibitis.

Benedictio ab honoratione iterabatur.

Deu. 24. Sponſus primo anno non tenebatur ad ea quę populus, id eſt, bella.

Tolid. l. 1. c. 4.
Deuter. 22. Viro vxorem repudiare licebat non contra.

Quam quis traduxit falſo repudiare non licebat.

Matth. 19. Alias repudium permiſſum. *Deut. 24.*

Deut. 25. Vxor ſine prole mortui eius fratri nubebat.

Deut. 22. Qui vim alicui intulerat eam ducere oportebat.

Ioſe. li. 4. c. 16. Si pater nolebat, pecuniam pro dote dabat.

Leuit. 12. Mater maſculi immunda eſt ſeptem diebus.

Leuit. 12. Octauo die Iudæi omnes circumciduntur cum

Not. Ioſue 5. Præputium, id eſt, pellis glandem tegens machęra petrina præputata.

Hi. Schol. Exod. c. 10. Quidam volunt ante Dauidem petra, poſt nouacula circumciſos.

Euſeb. H. E. l. 4. De circumciſione contra tribum Iuda diuerſæ aliorum opiniones.

Not. Matth. 23. Circumcidebantur & proſelyti.

Id eſt, gentes ad Iudaiſmum conuerſi.

Epiphanius lib. de menſuris & ponderibus ex Apoſtolis. Samaritæ quoque etſi circumciſi.

Ad Iudæos ſe conferentes denuo.

Circumcidebantur, vt Iudæi ad Samaritas.

Possunt cum arte medica præputium sibi reducere, quod facere solebant.

Ambros. epam. 77 Circumcisio ante introducta vtiliter iuxta Iudæos.

Philo Iudæus. Primo quia morbus quem carbunculum vocabant vitabatur, facile.

Lib. de circumcisione. Secundo quia corpus purius magis aptum sacerdotalibus.

Talmud. fingebant sanguine aquilonares virtutes placari. Tertio quod speciem cordis haberet circumcisa particula.

Quarto ob fœcunditatis curam quia rectius eiaculabatur semen.

Suidas tres causas dat, vt sit signum fidei, iudicium generis, ænigma castitatis.

Theologi in quartum, iuxta Augusti. remedium peccati originu.

Luce 2. Eadem nomina infanti imponebantur.

Luce 1. Plutarch. Problema. Conueniebant amici & cognati ad epulas, quod septimus dies infantibus periculosus transierit.

Ioannis. Nomina vel diuinitus indebantur.

Not. Iudicum 13. Vel amicorum & patris votis & voluntate, idque

Isidorus lib. 7. c. 6. vel à præsagio. Vel ab euentu.

Not. 1. Regum. Vel ab omine.

Not. Luce 11. Genes. 17. Machab. c. 2. Vel memoriæ maiorum causa.

A Deo aliquando mutata nomina.

Cognomina etiam adscita casu aliquo.

Philo de spec. H. S. Leuit. 18. Infantes exponere lege prohibebatur.

Filii matris 40. filiæ 80. domi manebat.

Deutero. 6. Iose. li. 4. c. 13. Deuter. 23. Filii legem à pueris docebantur.

Et gratiarum actionem pro donis Dei.

Spuriis ecclesiam frequentare, id est, nubere, non licebat cum legitimis, vel ad dignitates admitti.

Genes. 21. Leuit. 19. Conuiuium fiebat cum ablactabatur puer.

Comam in rotundum radere aut barbam nefas.

Ob Ægyptios.

Iosue. 2. belli c. 2. Leuiti. 13. Tondebantur vota persoluentes Hierosolymis.

Scabiosi non tondebantur.

Deute. 18. 2. Reg. c. 10. Tonsionis primitiæ dabantur.

4. Reg. c. 23. & 2. Dimidiam barbam radere dedecus & probrum.

Nechæo Ægypti Regi quotannis pendebant.

Didrach-

Digitized by Google

Didrachmã ſinguli quotannis Cæſari pendebant.
Sulpitius.
Not. 1. Macha. c. 10. Trecenta talenta argenti Regibus Ægypti.
Regibus Syriæ dimidium fructus ligni 3. anni ſeminis precium ſalis & coronas.
Ioſe. l. 11. c. 14.
Philo de ſpecialibus legibus. Ocho Perſarum Regi quotannis drachmæ 50.
Num. 30. Virgines & pueri in poteſtate parentum erant.
Ideo nec iurare nec vota facere poterant.
Leuit. 11. Omnis qui immunda attingebat immundus erat.
Leuit. 15. Semifluus, fluxu ſanguinis laborans, & mulier menſtruata immundi erant.
Leuit. 13.
Aqua tamen purgabantur.
Leuit. 12.
Leuiti. 13. Leproſus item & puerpera.
Leproſi capite nudo erant, cum purgati caput omnesque corporis pilos abradebant.
Exod. 12. Iter facientes baculum tenentes accincti. *In eſu agni paſchalis etiam.*
Not. Geneſ. penult.
Philo 3. Filii parentum hæredes erant.
Numer. 27. Filiæ deinde patris agros & ornamentum habebant non vt poſſeſſionem.
Philo de ſpeci. Filiæ penetralia, fœminæ aulam non egrediebantur niſi ad vota facienda in templo.
Leuiti. 19. Filiam proſtituere prohibebatur.
Not. 2. Reg. c. 16. Dextra mentum tenere oſculaturi erat.
Iudicum 15. Suram genibus imponere admirantis erat.
Not. Hiere. 31. Femur manu percutere decepti & indignantis. *In ſalutationibus.*
Geneſ. 24. Manu femori impoſita iurare cõſuetudinis etiam eam leuare iurantis.
Dauid l. 12. Manus ſuper caput ponere ſumme dolentis.
Not. Hier. 2.
Iob 31. Eandem oſculari obſeruantiæ.
In ſacris paſſim.
Gen. 48. Ante mortem pater filiis, dux populo & benedicebat, id eſt, bene precabatur oſculo, manuque impoſita.
Gen. 7. Atque hæc benedictio teſtamenti vicem ſuppleuit & plærumque Deus extrema parentum exaudiebat.
Not. Gen. 49.
Ambroſius l. 2. de in. Benedictionem aliqui definiebant, ſanctificationis & gratiarum votiuam collationem.
Ex Ioſi 12. Cadaueribus vnguenta adhibita.
Not. Luca 23. A mulieribus id præcipue factum.

Digitized by Google

Not. Ioā 11. Manus & pedes ſepeliendi ligabantur inſtitis, & facies ſudario obuoluebatur vel ſtrophio.

Not. Math. 27. Inuoluebant cadauer ſindone.

Matth. 27. Pontifices coronati & veſti pontificalibus ſepulti.

Solomenus l. 9. c. 17. Tum arcæ ligneæ interiori, & plumbeæ incenſa cadauera ſubinde & conſepulta vaſa aurea, & cætera.

Solomenus l. 9. cap. 7. de Zacharia.

Ioſue 16. c. 6. Pecuniam etiam monumentis reconditam accepimus.

Ioſe. l. 3. c. 11. Non vngebantur lugentes olim decem.

2. Reg. c. 14.

Dent. 34. de Moyſe. Lugebant autem menſem vnum plenum, id eſt, triginta dies.

Not. Miche. 3. Super labium amicti vel vt latinus vertit operti vultus.

1. Reg. c. 31. In funere ſubinde ieiunabant.

Deuter. 14. In funere crines ſecare vetitum.

Leuiti. 11. Cadauer omne & funus, & domus mortuaria inquinabat.

Nume. 19. Et aqua vitulæ rufæ purgabantur.

Luca 7. Loculo feretroque cadauera exportata.

Iuga 49. Tibicines præſertim in puerorum.

Not. Matth. 9. Tubæ in adulterorum funeribus adhibebantur ad luctum.

Not. Matth. 11. Ad lamentationes plangebant.

Not. Matth. 27. Sepeliebantur autem extra ciuitatem omnes, & diuites propria familiæ monumenta exſcindebant.

Peregrini etiam certum ad ſepulcra locū agrumque habebant.

3. & 4. Regum. Reges Iſrahel Samariæ ſepulti, Iudæi Hieroſolymis.

Not. 4. Reg. c. 24. Columnæ in tumulis nomine adſcripto erigi ſolebant.

Hiero. in 2. Reg. c. 18. Tituli imo à viuentibus erecti ad memoriam.

1. Mach. c. 13. Arma tumulis impoſita principum.

Hiero. 16. Conuiuia in morte fieri ſolita & exequiæ.

Not. Ioann. 11. Poſt mortem amici ad monumentū ibant fleturi, & do-

& domum luctus adibant consolaturi, pullati omnes.

Hebr. Psal. 41. Not. Gen. 50.

Idque per dies certos quibus eorum memoria solennis erat.

Iudæi modo ceremonias funerum, vt alia plærasque.

Vel immutabant, vel negligebant.

Templi ruinam causantes.

Est in Genebrardi Chronico ancto ad calcem.

Cadauer ad tumulum feretro efferebant, vbi minister Sinagogæ, conceptis certa verborum formula precibus, præit, turba & amicis circumstantibus.

Cadauere inhumato iustificationem iudicii, hæc enim vsibus istis.

Ex opinione sua nomen dederunt.

Alternatim cantabant ad occidentem versi.

Precer vertit Genebrardus Parisiensis.

In domum luctus reuersi manus aqua ablutas mappis extergebant.

In fœminis sepulchrum non circumdabant.

Et filius recitabat *Caddis sanctus.*

Herbamque euulsam retro proiiciens aiebat:

Efflorescat ab euigilatione vt herba.

Hascaba oratio erat quam Hazam, id est, sacerdos rogatus pro mortuis recitabat.

Collegeram, Lector, quædam insuper de numeris mysticis, itemque de ponderibus & mensuris, quæ prætermisi eo, quod apud Pererium illa, hæc apud D. Ariam Montanum in Apparatu ordine habeantur.

CHRONICON DILVVII *vniuerſalis.*

1656. ENsVoLt peCCantes CataCLIsMo pLeCTere terras.

Circumciſionis datæ Abrahamo.

2047. VoX popVLVs LeX Abræ & CIrCVMCIsIO DantVr.

Iacobi petentis Ægyptum.

2238. DVX aDIt ÆgYptVM IaCobVs CVrat Ioſeph.

Ægypti fugum.

2453. ECCe Moſes IſraeLIs aMans freta ſICCa pererrat.

Diuiſæ terræ Canaan.

2493. DVX IosVe popVLVM In Canaan LoCa LaVta reDVCIt.

Victoria Gedeonis.

2673. SoL ſtetIt eXpeCtans GeDeonIs ab hoſte trIVMphVM.

Samſonis.

2794. VIX PhILIſtæo aCtVs DaLILæ eXSaMſone trIVMphVs.

Templi cepti.

2933. ACrI teMpLa LoCaVIt reX à DaVIDe ſeCVnDVs.

Diuiſi regni.

2970. EnsRegIs pLeCtIt non ſanI non proba faCta

Regna

Regna tenentqVe trIbVs hInC DVæ & InDe DeCeM.

Captiuitatis.

3367. Regnarant ſoLIMIs qVIngentos æC bIs In annos.
SepteM pLebs paſſa eſt CVM BabILona trahI.

Liberationis.

3434. ReX CYrVs aDmIttIt IVDæaM eX CarCere toLLant.

Purgati templi.

3800. TeMpLa oMnes CeLebrant MaChabęo aDaperta potente.

Regni inchoati per Ariſtobalum.

3861. Portat ArIſtoboLVs ſCeptrVM aC DIaDeMa ſaCerDos.

Sub Romanorum ope & tutela.

3902. De RoMa Magno SoLYMæ aCCeſſere CoLentes.

Inchoati per peregrinam regni.

3930. CVM VenIt HeroDes IVDæo CCVparaD Vena ſCeptrVM.

Nati Chriſti.

3962. ECCe DeVM eCCe hoMIneM noſtræ parere ſaLVtI.

Excidii per Titum.

4024. IVDæI DoMItI ferro ſVMoqVe ſaMeqVe.

Hiſto-

Hiſtoriam iſtam, quod res veteris populi ab origine mundi ad excidium vſque Hieroſolymitanum, grata breuitate deducat, dignam cenſeo, quæ cum Analectis priſcorum ritum typographico prælo ſubiiciatur. 3. Auguſti 1604.

Guilielmus Fabricius Nouiomagus Applicatus ac Regius librorum Cenſor.

ASSY.

ASSYRIACA.

AMPLISSIMO
SENATVI POPVLOQVE MONTENSI,
INPRIMISQVE

D. Iacobo de la Croix, D. de la Motte,
D. Nicolao de Bruxellis,
D. Philippo de la Samis, D. in.
COLLEGII MONTENSIS
PROSPECTORIBVS
DD. SVIS.

DANDA venia, *Viri Magni, si vos in laboris mei partē traho, qui me ad Collegij vestri clauum collocare voluistis: Collegij, quod vester Beuenus laudabiliter inchoatum morte præuentus vobis legauit, quos nouerat & animo in literas magno semper fuisse, nec minore in bonum publicum, quod ab illis dependet. Nec fefellit spes: inter curas enim maximè serias hanc ponitis, vt domui bene sit, quam olim vestra munificentia gauisuram non dubito. Scilicet ille est nobilissimarum vrbium genius, ista florentis Reipublicæ laus prima; si iuuentutis formandæ rationem ad se existimet pertinere. Quod vos consilio & præscripto diuini Platonis non in vrbe tantùm vestra; sed & in Athenæo nostro Belgico agere pergitis. Quod vt diu faciatis, & perficiatis hortor & quæso,*

Deumq́, vt vos Reip. veſtræ præſeruet; vos, vt hoc chartaceum munuſculum æquiorem in partem interpretemini, obteſtans. Ex collegio veſtro 4 Idibus Iuniis, anno 1603.

Æternùm veſter I. B. Gramaye.

CAPVT PRIMVM.

Regionis diuiſio.

SYRIAM inter maiores cultioresq́; Mundi Prouincias facilè primam, quanquam alij cum Aſſyria confundant, alij anguſtis terminis circumſcriptã Aſſyriam eandem cum Adiabene eſſe velint: nos tamen eam facilioris intellectus gratia in partes aliquot ſecabimus. Aſſyriam nempe propriè dictam ab Aſſur appellatam, in Aram Naharim, id eſt, Syriam aquarum, quam Græci Meſopotamiam, Syriam, Phœnicem, Comagenam Antiochiæ, Damaſci, Paleſtinam, Adiabenam. Quas partes ſingulas ꝓſequemur. Syriam tamen in Superiorem, quæ verſus Taurum eſt, & Inferiorem diuiſam legi, ab aliis in quinque regiones; ab aliis in vndecim; ab aliis in plures. Quæ nihil attinet ſigillatim ex æqui; quemadmodum nec de antiqua in Cœleſyrios & Phœnices; itemq́ue in nationes, agricolas, mercatores.

Herodotus lib. 7.

Plinius lib. 5. cap. 12.

Diodorus lib. 19.

Ab Euſtathio. A Plino & Mela lib. 1. cap. 11.

Strabo lib. 16.

CAPVT II.

De Regno.

REGNVM Aſſyriæ etiamſi non incommodè cum Babyloniæ confundi poſſit, vt dicamus idem fuiſſe, niſi quod mutatis Regni ſedib⁹, nunc Niniue, nunc Babylõ metropolis extiterit: tamen vt diſtinctius agamus tantiſper ſeparabimus, Aſſur Semi filium anno poſt diſperſionem primo coloniæ huius Principem appellantes; ſiue is idem cum Nino

Plerique Neoterici.

Geneſ. 10. Ioſephus lib. 1. cap. 14. Bi Diodoro ſunt indigetes, quorum facta vetuſtas ab eiuit.

Suidas

Nino fuerit, ſiue Nini pater, ſiue auus, ſiue quispiam ex gygantibus. Nec improbabile eſt Chami poſteros Regnum hoc, vt alia cætera appetiſſe, qua occaſione factum, vt Semiramis Regni ſedem in Babilonem transtulerit, promptiùs irruptionibus hoſtium occurſura, qui in corde Aſiæ, mundi medio, impietatis ſuæ & tyrannidis ſedes nullo prohibente deſignabant.

Vide Canaan.

CAPVT III.

De Nino.

Tertul. de pallio.

NINVS Beli, vt communis habet opinio, maiotibus ſuis illuſtrior, Scriptores primus rerũ ſuarum nactus eſt, primus nanciſci meruit; vt qui auitum gentium morem noua Imperij cupiditate mutarit, Regni ſui fines proferre magis, quàm tueri ſtudens. Factum autem breui vt, quod animo dudum præſumpſerat, totius Aſię dominationem tributo gentibus imperato adipiſceretur. Ariæ Arabum Regis auxilia huic rei non parum profuerunt; tum etiam quod rudes ad reſiſtendum populi victus ſe priùs, quàm belli nomen exactè noſſent, faterentur, & victoria præcedens inſequentis inſtrumentum eſſet. Sub hoc in alias terras variæ coloniæ fundatæ; vt Treuerenſium à Trebeta priuigno Nini, Indorum, aliorumque. Bellis aliquatenus defunctus Ninus, vt eſſet pacis ornamentũ, belli refugium, vrbem de ſuo nomine loco ad Euphratẽ opportuno ædificauit, cuius ambitus 480 ſtadia complectebatur; murorum latitudo pedes 100; turrium, quæ 1500 erant numero, 200; mænium latitudo quæ tres currus caperet. Hæc illa *a* felix Ninos ſactis profanisque litteris decantata, quæ varios fortunæ aſſultus perpeſſa ceſſit primò, tandem etiam *b* cecidit. Vltimum Nino bellum cum Zoroaſtre Bactrianorum Rege, quod vt difficultatis, ita gloriæ non exiguæ fuit. Nec domi minùs

Author de aquinoctio Ninum Aſſyriacè lenem ſignificari ait.

Iuſtinus lib. 1. ex Trogo.

Q. Fabius Pictor. lib. 1.

Petrus Meſſias lib. 1. c. 9.

Diodorus lib. 3. cap. 1.

Oroſius lib. 1. cap. 4.

Annales Treuirorum.

Lucianus Tharante.

S. Script. Niniuen, Diodorus Ninam, Plinius Ninum vrbem vocant.

Sulpitius Sion filio ſuo ædificaſſe.

Tetrapolim fuiſſe ex Rehoboth, Ir, Reſſen, & Calab.

Strabo lib. 16. maiorem Babylone fuiſſe.

a Lucanus lib. 3.

b Pauſanias Arcadius.

Vide Scythica.

Picus Mirandula de prænotione lib. 4.

minùs, quàm foris illuſtris fuit, cùm pietatis ſuæ impium cunctis gentibus reliquit teſtimonium & exemplum: Patris enim deſiderio cùm teneretur,

Ex Clemente, Auguſtino, Joſepho.

ſtatuam fieri curauit, & arte qua potuit elaborari,

Suidas Seruch Statuario tribuit idololatriæ inuentionem.

Hiſt. Schol. cap. 4.

vt defunctum quàm maximè referret. Ad hanc confugientes ſi qui rei, ſi qui ſupplices, cùm ſe tutos eſſe & exorare aduerterent, tracta in errorem indulgentia, aliquid diuinitatis imagini ineſſe ſibi perſuadebant, & idololatriæ exordia ſunt. Semiramis fœminarum ſpecioſiſſima, tametſi remiſſiùs & negligentiùs formam curaret, ſalaciſſima, quod eius intemperãtia poſtea docebit, Nino vxor fuit. Siue ea *c* Menonii priùs iuncta, ſiue in conſpectum Regis aliâs adducta, ſpecie ſua & *d* Regnum affectans, compoſito ad Veneres corpore eum facilè abduxit. Nec omiſſa occaſione amentẽ amantem facilè induxit, vt quinque dierum ſibi Imperium concedat. Concedit Rex parum prouidè, parum feliciter: adepta enim illa ſummam poteſtatem ſatellitibus mandauit, Regem è medio tollere. Quo haud cunctanter perfecto Aſiæ Monarchiam occupauit. Ninus inconſiderati amoris pœnas dedit, ſepultus arce, quam erexerat, & tumulo qui altitudine 9 latitudine 10 ſtadiorum procul aſpicientibus apparet.

Ouidius Amorum lib. 1. cap. 5.

Ideo Derceto Dea filiam eam fabulantur.

Ideo ab auibus eam nutritam finxerunt.

A Polyæno hac etiam Redegone appellatur.

A Suida Rhea.

c Vt Diodorus lib. 3. c. 3. & Ex Dionyſ. lib. 78.

Ælianus lib 7. cap. 1. ex Dinone: ſed aliter Diodorus, qui Regnum ipſi traditum à marito ſcribit.

Diodorus cap. 3. ex Cteſia.

Ouidius 4. Metam. id extra vrbem ponit.

CAPVT IV.

De Semiramide.

Vt Iuſtinus lib. 1.

ERAT Nino filius Ninias, cui immaturo adhuc non auſa tradere Imperium, idem nec ipſa palam tractare, tot viris vix patienter vni viro nedũ fœminæ parituris, ſimulat ſe pro vxore Nini filium, pro fœmina puerum: hoc faci'ius quòd ſtatura, vox liniamentorum proportio vtriq; ſimilis, hoc certius quòd veſtis ſexum haud facilè diſtinguentis vſum induxerat. Hoc aſtu freta, quamuis natura eam mulierem finxerit, rerum geſtarum claritu-

Claudianus 1. in Eutropiũ deſcribit hæc: adde quod ſpadones ſibi adiunxerit.

Not. Sueto. Iulio cap. 22. Sequentia columna inſcripta. vt eſt apud Polyænũ lib. 8.

dine

Digitized by Google

dine nulli virorum inferior exſtitit. Etenim Regnum tenens ab Ortu Hinamame fluuio, ab Occaſu Helleſponto, à Meridie Arabia, à Septentrione Sacis & Sogdis concluſit. Fluuios fecit currere quò voluit, voluit autem quò cõducebat. Terram ſterilem fluuiis ſuis temperatam fœtam reddidit; munitiones inuictas conſtituit; petras ferro domuit; vias ne feris quidem ambulatas ſtrauit; & à rebus gerendis ſat temporis ſuperfuit, quod ſibi & amicis impertiret. Craterem 15 talentorum argenti eius fuiſſe narrãt. Statuas Ioui patri, & Rheæ aliisque erexit: templa ædificauit: Babylonem coctilibus muris, id eſt, latere, arena, pice, bitumine, interſtrato ornauit, ea latitudine, duo in aduerſum immiſſi currus ne poſſint tactu ſtringere ab axe latus, præter alia immenſi operis. Quæ fuerit Semiramidis alacritas ij ipſi Babylonij, quorum defectionem incompoſitis crinibus; & Siraces, quos diſcalceata compeſcere maluit, quàm cultu tempus occupare. Quę fuerit in gerendis rebus dexteritas exempla loquuntur: nec enim contenta acquiſitis à marito terminis Æthiopiam Regno ſuo adiecit, & Ægyptum, peragrauit quæ in Africa reſtabant, Indis bellum intulit, qui in Aſia. Sed hæc tam fortiter geſta intemperantis animi corrupit laſciuia, quæ eò deuenit, vt filij concubitũ petere non erubuerit: quod ipſum, vt licentiùs peccaret, lege lata aliis permiſit. Quod ægrè ferens Ninias matrem inſidiis ſtructis è medio ſuſtulit, iure cùm parricidium parricidio multaretur, & morte inceſtus obſcœnitas. Extat huius Reginæ ſepulchrum columna exornatum, & inſcriptione: Si quis Regum pecunia egeat aperto ſepulchro quantũ opus eſt capiturum. Quo lecto Darius primus aperuiſſe legitur, & pecuniam quidem non reperiſſe, in altera porro ſarcophagi facie ſcriptum offendiſſe: Niſi pecunia inexplebili deſiderio flagrares, nunquam mortuorum loculos commouiſſes. Hæc

Mela lib. 1. cap. 11. videtur velle Tygrim & Euphratem ab ea immiſſos ſicca regionibus.

In Media & Syria.

In Chaona.

In finibus.

In Armenia.

In Iarcico monte & Perſide.

Plinius lib. 33. cap. 3.

Ouidius.

Propertius lib. 3. cap. 1.

Vide propriè Hiſtorias.

Val. Maximus lib. 9. c. 3.

Polyenus lib. 8.

Diodorus lib. 2.

Vide Indica.

Suidas ait eam Arachoſiam vrbem ædificaſſe.

Inde in columbam versã fabulantur, Ouidius 4. Metamorph.

Traditum ab Ammone, vt Diodorus lib. 3. cap. 3.

Inde translata in Deas fabulantur.

Columnæ inſcriptio eſt apud authorem de Æquivocis.

Plutarchus Apoph.

Stobæus Serm. 10.

Herodot. lib. 1. hæc eadem de Nitocri Regina, quæ ante eam fuit refert.

Regina vt gloriæ cupidiſſima, ita pluribus locis ſuæ reliquit monumenta virtutis. Mazaca mater in Cappa vrbium huius opus eſt, Melitam hæc ædificauit, aliasque plures, ne quis eius ignoret maieſtatem.

Solinus cap. 47.
Plinius lib. 6. cap. 13.

CAPVT V.

SEMIRAMIDI filius Ninias in Regno ſucceſſit, contentus elaborato à parētibus Imperio, belli ſtudia deponens, quaſi ſexum cum matre mutaſſet in fęminarum turba conſenuit. Ad ſecuritatem autem Imperij certum militum numerum annuatim Prouinciis imperabat, quos acto anno remittens, alios item adeſſe iubebat; & ſic deinceps. Quo factum vt excubantium timor omnes contineret in officio, & temporis breuitas conſpirationis occaſionem præſcinderet. In iſto otio hoc laudi datur, quod Deorum templa, & Chaldæorum ſacra auxerit. Ante mortem etiam à Bactrianis laceſſitus victor fuit, Chemeſeno eorum Rege necato; domandos tamen filiō ſ Ario reliquit, qui comparato exercitu Caſpios, Caucaſum tyrannū ex Iapeti ſtirpe etiam repreſſit. Arij ſucceſſor Aralius fæminis magis, quàm Regno ſtuduit: quo factum vt filio eius Balco ſummam poteſtatem adepto, quòd deperdita paterno luxu ad Indos vſque recuperarit Xerſis nomen dederint. Sed patris virtutem filij Armatritis effæminatus animus obſcurauit, qui hirundinis roſtri cinerem cum myrrha tritum temulentiæ antidotum excogitauit. Deleuiſſet nepotis Belochi ignauia, niſi auſpiciis intentus ſacro prætextu vitium palliaſſet, Heliopoli ſimulachrum Iouis aduehens. Qui hunc excepit Balens vt nomine, ita re priori ſimilis; virtute tamen & rebus geſtis nominis ſui famam extendit. Et quaſi in vices fortuna virtuti reſponderet, degenerem filium Altadam reliquit, Altadas Mamitum,

Alii Zameis, alii Amraphel. Geneſ. 14.
Iuſtinus lib. 1.
Athenæus lib. 12. cap. 12.
Diodorus lib. 3. cap. 6.
Beroſus lib. 5. Niſi quis hæc potius cum ſupra poſito eauem putet.
ſ Suida Thuras.
Alij margaritis plurimū vſum.
Caſſiadore Armametres.
Plinius lib. 3. cap. 15. Serum hunc vocat.
Cognominatus hic Triſcus, à Macrob lib. 1. cap. 21. Delbeim dicitur.
Hic videtur eſſe Agathiæ Belitares, qui ex hortulano Rex factus, cuius poſteri vſque ad Sardanapalū.
Iornandi Maminthus dicitur.
Hunc poſt mortem Baal, id eſt, Martem vocatum quidam tradunt. Suidas.
Id eſt, victoria.
Hunc Belum appellare videtur Agathias lib. 2. quē vltimū ait fuiſſe ex Nini familia.

Digitized by Google

tum virum inter delitias militarem. Cui Mãcaleus

Caſſiodoro Manchaleus. Alius Saphrus. Manetus, vel Mancaleus alius. Capiodoro Sputatus.

deſes ſucceſſit. Mancaleo Spherus, vir prudentia ſua paternam illuſtrans ignobilitatem. Mamelus poſt hunc Rex, ſine nomine Sparetũ reliquit ſucceſſorem, cuius dexteritas Syris, Phœnicibusque terrori, parentibus gloriæ fuit. Quam Aſcatades paternæ felicitatis & famæ hæres exornauit, cuius opera repreſſo tumultu, Syria omnis Aſſyriis eſt

Aſcades alius.

Alij Chuſan-rathain putant eſſe. Iudicum 3.

cociliata. Huic non inferior ſecutus eſt Amyntas, cui Belochus, cui Bellophares cum Actoſa ſorore fœmina illuſtri, cui Lamprides & per ordinem Soſares, Lampares, Pannias, Soſarmus, Mitreus, Tentanes, qui Troianorum Regi auxilia ſubminiſtrauit, *d* Tantæus, Limæus, Dercylus, Eupales, Laoſthenes, Pyruhiades, Ophrateus, *e* Ophrageneus, Aſtrazapes, omnes ſolo nomine noti. Quî enim noſcerentur, qui virorum contortia fugientes inter meretricularum luſum ęnum trahebant, copiam ſui facere vile putabant, per internuncios ſi quid nunciandum nunciabatur, per Præfectos ſiquid agendum agebatur. Alius epulis, alius Veneri operam dabat, pauci veram maieſtatem, nulli verũ quod ex virtute eſt decus æſtimabant Ideoq; niſi eorum temporibus hiſtoriis Scriptores meurentur, ne nomina quidem teneremus.

Manethon de Regibus Aegypti.

Alius Tentanius. Diodorus lib. 3. cap. 6.

d Alius Tentanes.

Megaſthenes de indicio temporum.

Iornandi Pritiades.

Athenæus Anabaxares, Arriano et Suida Anacyndaxares, Euſebio Otraxartes.

Sub hoc per Seſoſtrẽ multa Aſſyria abiata.

d Hic fortè Thoas. Apoll. lib. 3.

e Ophratenes Euſebio. Manethonem cum intelligo & Megaſthenem, qui ab Annio eſt editus, fortè ſuppoſititius.

CAPVT VI.

Niniuitarum conuerſio.

Sigonius in Sulpitiũ ſub Thut-Ajur hac accidiſſe putat.

Ioſephus lib. 9. cap. 14. Antiquitatum.

SVB Aſeraſape celebris eſt Ionæ ad Niniuitas legatio, cùm ea florente Aſſyriorum imperio accidiſſe colligatur. Hæc vrbs ab aliquo Aſſyriorũ Regum reſtaurata, Regniq́ue caput rurſus effecta ad priſtinam illam maieſtatem rurſus adſcẽderat, trium dierum iter ambitu ſuo, & ciuium 120000 comprehendens. In tanta incolarum multitudine, vt fit, nouos quotidie vitia gradus aſſumebant, queîs motus Deus Ionam Prophetam Sareptanæ

Ionæ cap. 1.

Hieronymus.

filium

filium ex Iudæa ire præcipit, Vrbi excidium nunciaturus ni resipiscat. Verùm Propheta prædicationis istius munus detrectans, non contumacia, sed quòd Dominum populi pœnitentia placandũ præuideret, nauim, quæ longè diuersa regione Tharsum petebat, conscendit. Vbi in altum processum est, nautæ sæuitia maris compulti, quænam esset mali causa sorte explorant: qua Ionas designatus, tanquam tempestatis piaculum in mare præcipitatur, exceptusque à ceto deuoratus, post triduum Niniuitarum littoribus eiectus, præco mentis Diuinæ, vrbẽm ob peccata populi post 40 dies perituram nunciat. Non dissimulanter audita est Numinis per Vatem cõminatio; ac statim iussu & exemplo Regis vniuersus populus, etiam recens nati, & iumenta cibo abstinere iubẽtur, & cum hominibus luctus quandam speciem referre. Rex ipse scissis vestibus, posito luxu, sacco corpus, caput cinere operuit; si fortè clementem Deum exoraret. Quod factum est, & pœna remissa, vel potiùs dilata, frustra indignante Iona, quod fides verbis eius, & euentus non respondisset: nec enim vnquam verè & ex animo pœnitẽtibus veniæ spes adempta, via præclusa est.

Sulpitius lib. 1.

Iona 2.
Augustinus de Symbolo ad catechumenos.
Iosephus eum ad Pontum vectum, inde 3. in Niniuen pedibus contendisse.
Iona 3.

Ambrosius Sermone 40.

Iona 4.

Figura.
Ionas Christus, Niniuitæ Hierosolyma, Deus pœnitens, 40 dies anni, tempestas, falsa crimina & opprobria, eiectus crucifixus, cetus sepulchrum.

Allegoricè.
Niniue appetitus, Ionæ voluntas, Deus ratio, mare mundus, Tharsis delectatio, tempestas cura, cetus religio, 3 dies 3 vota, Populus sensus, iumenta non vagantur.

CAPVT VII.

Imperij translatio.

BENE cum Vrbe ciuibusque ageretur, nisi ad antiqua relaberentur; sed hæc parum virilis animi lasciuia Imperio & Vrbi exitio fuit. Asserazapi Tonos-concoleros, qui Græcis *a* Sardanapalus est, successerat, in cuius libidine Regnum florentissimum defecit. Qualis hic fuerit nouarum voluptatum excogitatores dicent, quibus præmia publico decreto constituta: Symbolum eius testabitur, quod Satyricus exscripsit:

Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas.

Suida Sardanapalus.
Daniel. 9. Assuerus.
Athenæus lib. 12. cap. 12.
Plutarchus Sympos. decad. problem. 4.

Dictus est & Tambres Græcè.
a Ob hoc nomen Anitus assumpsit.
Dio lib. 79.

inuenta

Hiſtor. Scholaſt. cap. 64. Diodorus lib. 3. cap. 7. Suidas hoc recitat epitaphium paulo aliter in voce Anchiale. Cicero 5 Tuſcul. ex Ariſtotele.

inuenta puluinaria, ſepulchri inſcriptio, quam talem eſſe voluit: Hæc habeo quæ comedi, quæque cum amore & voluptate percepi. Nec quicquam aliud ex bonis inſcribi debuit; cùm pecudis & hominis idem bonum putauerit, quod ſummum in, aut ſub ventre, & in ſolo cauſa viuendi palato conſtituens, omnes voluptates ſecum perituras exiſtimabat. Sic inſignis libidinum Rex, vir an mulier neſcio, qui vtriuſque partes, nulla pudoris, aut ſexus ratione habita, obibat: ſi vir certè muliere corruptior, hoc geſtus, vox, veſtis, comites, vita omnis docebunt. Licuit quod libuit Regi & diuiti, vt qui vna die Tharſum & Anchialem vrbes ædificarit. Hæc tamen omnia Maieſtatis ſpecie, quia videndi ſui copiam nunquam faciebant Reges, vulgò occultabantur. Ad eum tamen videndũ Arbactes Medorum Præfectus, cùm vix ægrè magna ambitione obtinuiſſet, phiala aurea vni ex Eunuchis admiſſionis prẽmium data, inuenit Regem inter ſcortorum greges purpuram colo nentem, cumque mollitie corporis, & oculorum laſciuia omnes fœminas anteiret, penſa inter virgines partientem. Quibus viſis, indignatus tractanti lanam ferrum & arma patêre, Arabes ad conſilia, Medos ad Imperium, Perſas ad libertatem, Belochum Babyloniorum Præfectum ad ſocietatem inuitat. Breuique 400000 virorum in armis conſpiciebantur, Ninum quaſi in diſcedentium locum petentes. Sed obſeruauit defectionẽ Rex, coactoq; tumultuario milite tribus prœliis caſtris hoſtium potitus, non in fugam tantùm, ſed & in deſperationem omnes conieciſſet; niſi Belochus aſtrorum inſpectione auxilia in procinctu eſſe confirmaſſet. Ea fuere Bactriani, quibus ſeſe adiungentes Sardanapalum nihil hoſtile metuentem inter epulas offenderunt, commiſſoque prœlio cum paucis in vrbem repulerunt. Vbi biennio obſeſſus cùm ad 20 ſtadia fluminis vehementia murorum partem

Sepulchro manibus in calum plaudẽtibus cum ſuppoſitum ait Calius lib. 9. cap. 11.

Idem 2. de finibus.

Tertul. de pallio: Diodorus.

Herodot. lib. 2.

Arrianus lib. 2. inſcriptũ hoc eius epitaphio. Suidas.

Iuſtinus lib. 1. Suida Arbaces.

Diodorus.

Agathias lib. 2. Iornandes de Regnis.

Diodoro Beleſis vocatur.

Plutarchus de fortuna Alexandri.

Verderus lib. 4. cap. 25.

Diodorus in hoc bello praeſorum copia aquam in ſanguinem conuerſam.

Oraculo praditum, tum capiendam vrbem cùm fluuium aduerſum habebit.

euertisset, rebus suis diffidens in Regiæ suæ penetralibus pyram erexit 400 pedum altitudine, 50 aureas mensas, totidemque lectos ei imponens, domum supponens 100 pedum, cum lectis sibi, vxori, pellicibus, liberis, addidit vestes, & 1000 auri myriades, 10000 myriades talentorum argenti, & quicquid pretiosum supererat. In pyram secum carissima pignora ducens, ignem admoueri præcipit, qui per quindecim continuos dies nutrimenta reperiens perdurauit. Sic vnius luxuria florentissimum, & per tot secula, per tot gentes propagatum perdidit Imperium. Sic aureum illud caput proprio vitio in duo hemicrania sectum; sic leo iste, qui aquilinis alis in hanc senectutem, & amplitudinem elatus fuerat, propriis vngubus laniatur. Sic Regnum totius Asię potens, vt sic dicam, in cineres conuersum.

Athenæus lib. 12. cap. 12. Durin vult Sardanapalũ ab Arbace necatum.

Boterus quadragies millies numerat. lib. 7. cap. 2. Ouidius in Ibim.

Lucianus Necro. Sardanapalum Diogeni victum apud Inferos fingit.

Arrianus lib. 2.

Orosius lib. 1. cap. 12. & 19.

Danielis 4.

Danielis 7.

Augustinus lib. 16. de ciuitate cap. 17.

* *
*

Chronicon diuisæ Monarchiæ.

PhVL BabILona, MeDos ArbaCes SarDanapaLo
DepVLso aCCepIt, sIC perIt AssyrIVs.

APPEN-

APPENDIX
NINIVE.

DEBELLATIS, & non vno prælio Assyriis fusis Medorum virtute; nihilominus ei præfuit Procerum aliquis. Cuius generis ille est, qui specie venationis Mediam populatus, & Astyagis auspiciis Cyri & Cyaxaris virtute victus, nihil de magnifica Regni cogitatione remittens, Asiaticas gentes totumque Orientem in sui auxilium collegit, rem factam se habere credens, si Medos Persasq; debellasset. Sed aliter cecidit: victus enim à Cyro, necatusq; est. Quo tempore certè parti Assyriæ Gobrias imperans, ob interfectum à Regio iuuene filium suum ad Cyrum defecit. In Xerxis exercitu Assyriis Hotaspes Artachei f. præfuit. Nec certè deinceps celebre Assyriorũ nomen, vt quod pro bona sui parte in Babylonis appellationem abierit. Hæc conditoris sui nomen gerens, Magnæ titulo passim insignitur, Assyriæ totius caput, & post eam magnorũ Regum sedes frequenter fuit. Quæ non multo pòst sui exstructionem à Medis diruta, postea à Perseo Danaës filio, ab aliis item pluribus: sed loci opportunitate ducti Reges, (Tygri enim imminet) restituerunt. 480 stadia ambitu suo complectebatur. Ad huius, quæ impendebat, ruinam euitandam, Deus Ionam Prophetam dimisit, cuius monitis territa dum ad antiquum redit, à *a* Medis & Chaldæis post translatum *b* ab Assyriis Imperium deleta est, *c* Beleso & Arbace authoribus. Reparatam tamen deinceps à *d* Merodach, vel *e* Nabugodonosore deletam esse: quod nonnulli *f* Cyaxari, aut *g* Astyagi Medis tribuunt non absimile vero est. Sic felix, vt fama, Ninos (cuius tamen etiam post multa secula celebris est apud Scriptores mentio) intercidit; sed an eadem sit, an alia, quæ vicino loco exstructa celebre hoc nomen induerit, coniecturæ res est.

Xenophon lib. 1. Cyropæd. Zonaras tom. 1.

Fertè hæc sunt ad Babylonios trahenda.

Xenophon lib. 3. & 4.

Herodotus lib. 7.

Solinus cap. 40.

Herodotus & Diod. lib. 2. Iona 3. Tobiæ. Plinius lib. 3. cap. 13.

Assur putatur esse. Genes. 10.

Strabo lib. 16.

Cedrenus.

Diodorus contra omnes ad Euphratem eam collocat Fide Tarsium.

60 miliaria Italica.

a *Ioseph. lib. 10. cap. 3.*
b *Strabo lib. 16.*
c *Diodorus lib. 3. cap. 7.*

d *Recentiores.*
e *Hieron. in Nahum.*
f *Hero dotus lib. 1.*
g *Hieron. in Ionam.*
Lucanus lib. 3.

Tacit. lib. 12.

Anno eius primo, vel vt alij 23.

Digitized by Google

ANTIOCHENA.

Plinius lib. 6. cap. 16.
Hieronymus ad Dardanum.

Locvs Syriæ, qui postea Antiochiæ nomen assumpsit, Emath in Sacris appellari, ad distinctionem magnã communiter tradunt. Eadem hæc *a* Ione credo ob *b* Iopolim vicinam nuncupata, *c* Epidaphne ob causam post dicendam, Chersonesus ob aquarum ambitum, Theopolis posteriori æuo ob fidei nostræ ibi principia. Hanc cum Antigonia vicina, vt sæpe fit, quidam confundũt, alij cum Reblatha loco in Sacris noto. Tetrapolis hæc olim fuit in quatuor partes diuisa, quarum primam Nicanor instruxit habitatoribus Antigonia deductis, alteram diuersa colluuies, tertiam Seleucus Callinicus, quartam Antiochus Epiphanes. Ita vt in immẽsam longitudinem situs extendatur, in alto angustior, quia prærupto montis à læua arctatur, vt extendi vlterius vrbis spacia non possint.

Epiphania Emath minor vocatur.

a Stephanus. b Eustathius.
c Alia ab Antiochia Tacito videtur. Nicephoro & alijs.

Plinius lib. 5. cap. 25. eandem cum Antiochia fuit, alij negant.

Cedrenus.
Hieron. in Ezechielem.
Strabo lib. 16.
Agesippus lib. 3. cap. 3.

CAPVT II.

Regis Emath eò deuenit potentia, vt cum Adad-ezere Syro confligere non dubitârit; sed viribus impar non modò victus, sed & omni preciosa suppellectili spoliatus retrocessit. Vnde cùm (Thou, hoc Regi nomen erat) intellexisset Dauidis de Syris victorias, Ioram filium triumphanti gratulatum misit, & amicitiæ leges acceptarum. Horum Regum nomen & potentia inter tot bellorum fortunæque vicissitudines vsque ad Babylonicam captiuitatem mansit. Quo tempore communi Iudææ malo implicati, cui semper fauerant,

2. Samuelis cap. 8.
3. Paralip. cap. 18.
Iosephus lib. 7. cap. 6.
Esaiæ 37.
4. Regum cap. 18.

Digitized by Google

uerant, ſæpe ſubiecti fuerant; & fortaſſis cuius in religionem inclinabant. Dubia nihilominus ſæpe inter Babylonis & Mediæ arma errauit; & vtrique prout fortuna Regni, aut Regum felicitas tulit, alternatim ſubiecta Vrbs fuit. Cùm victoria autem & Imperio ad Perſas transiit ignobilis quidē, & cui caput erigere integrum non fuit, donec Alexandri aduentu & Principum gratia in ſummam, & toto mūdo ſpectabilem creuit ciuitatem.

Ex Iudith 1.

Diodorus.

CAPVT III.

Ægeſippus lib. 4. cap. 1.
Sozamenus lib. 5. cap. 18.

IN ſuburbanis Antiochiæ locus fuit cypariſſis intextus olim, Caſtalia aqua vaticiniis apta, grata arborum conſitione, & aëris temperie ad delicias, & Venerem compoſitus: vbi antiquum nemus, & fanum Apollinis oraculo celebre, quod Babilæ Martyris præſentia obmutuit. Daphnes ibidem ſeptem dierū feſtiuitate memoria colitur. Quam ab Antiocho celebritatem ad opum oſtentationem adſcribere libet: Cùm dies per Legatos indicta finitimis adueniſſet, hoc ordine ſacri apparatus pompa procedebat. Hamatis thoracibus Romano more armatorum iuuenum 5000 agmen ducebant, quos pone ſequebantur Myſorum 5000, tum Cilices more velitum inſtructi aureas coronas geſtantes ter mille. Poſt quos numero pari Thraces, inde Galatarum Macedonum viginti millia, ærea ſcuta geſtantes his prōximi numerum 5000 explebant. Procedebant deinde monamachorum paria 240, quibus à tergo aſſiſtebant Piſæi equites mille, phaleris argenteis conſpicui, coronis redimiti, aureasque phialas portantes. Socij equites totidem, aureis phaleris micantes Vrbani triplo plures ſuccedebant. Mox acies Sacia numero non inferior. Tum extraordinarij vſq; ad mille. Tot militum erat quæ illos trudebat Agema, id eſt validior exercitus pars. Vltimus omnium erat

Fabula ideo Apollinem à Cupidine ictū Daphnem amaſſe fingitur. Ouidius 1. Metamorph.

Philoſtr. lib. 1. ait laurum in eius honorem ibi coli.

Euagrius lib. 1. cap. 16.
Theodoritus lib. 3. cap. 9.

Athenæus lib. 5. cap. 4. ex Polybio, et Verderus lib. 3. cap. 33.
Hac falta vt P. Æmilij triumphum ſuperaret.

Digitized by Google

Picus Mirandula de prænotione lib. 4.

minùs, quàm foris illustris fuit, cùm pietatis suæ impium cunctis gentibus reliquit testimonium & exemplum: Patris enim desiderio cùm teneretur,

Ex Clemente, Augustino, Iosepho.

statuam fieri curauit, & arte qua potuit elaborari,

Suidas Seruch Statuario tribuit idololatriæ inuentionem.

Hist. Schol. cap. 4.

vt defunctum quàm maximè referret. Ad hanc confugientes si qui rei, si qui supplices, cùm se tutos esse & exorare aduerterent, tracta in errorem indulgentia, aliquid diuinitatis imagini inesse sibi persuadebant, & idololatriæ exordia sunt. Semiramis fœminarum speciosissima, tametsi remissiùs & negligentiùs formam curaret, salacissima, quod eius intemperãtia postea docebit, Nino vxor fuit. Siue ea *c* Menoni priùs iuncta, siue in conspectum Regis aliâs adducta, specie sua & *d* Regnum affectans, compositò ad Veneres corpore eum facilè abduxit. Nec omissa occasione amentẽ amantem facilè induxit, vt quinque dierum sibi Imperium concedat. Concedit Rex parum prouidè, parum feliciter: adepta enim illa summam potestatem satellitibus mandauit, Regem è medio tollere. Quo haud cunctanter perfecto Asiæ Monarchiam occupauit. Ninus inconsiderati amoris pœnas dedit, sepultus arce, quam erexerat, & tumulo qui altitudine 9 latitudine 10 stadiorum procul aspicientibus apparet.

Ouidius Amorum lib. 1. cap. 5.
A Polyeno hac etiam Rodogune appellatur.
A Suida Rhea.
c Vt Diodorus lib. 3. c. 3.
d Ex Dionys. lib. 78.

Ideo Derceto Dea filiam eam fabulantur.
Ideo ab auibus eam nutritam finxerunt.

Ælianus lib 7. cap. 1. ex Dinone: sed aliter Diodorus, qui Regnum ipsi traditum à marito scribit.

Diodorus cap. 3. ex Ctesia.

Ouidius 4. Metam. id extra vrbem ponit.

CAPVT IV.

De Semiramide.

Vt Iustinus lib. 1.

ERAT Nino filius Ninias, cui immaturo adhuc non ausa tradere Imperium, idem nec ipsa palam tractare, tot viris vix patienter vni viro nedũ fœminæ parituris, simulat se pro vxore Nini filium, pro fœmina puerum: hoc facilius quòd statura, vox liniamentorum proportio vtriq; similis, hoc certius quòd vestis sexum haud facilè distinguentis vsum induxerat. Hoc astu freta, quamuis natura eam mulierem finxerit, rerum gestarum claritu-

Claudianus 1. in Eutropiũ describit hæc: adde quod spadones sibi adiunxerit.

Not. Sueto. Iulio cap. 22. Sequentia columna inscripta. vt est apud Tolyanũ lib. 8.

dine

Digitized by Google

dine nulli virorum inferior exſtitit. Etenim Regnum tenens ab Ortu Hinamame fluuio, ab Occaſu Helleſponto, à Meridie Arabia, à Septentrione Sacis & Sogdis concluſit. Fluuios fecit currere quò voluit, voluit autem quò cõducebat. Terram ſterilem fluuiis ſuis temperatam fœtam reddidit; munitiones inuictas conſtituit; petras ferro domuit; vias ne feris quidem ambulatas ſtrauit; & à rebus gerendis ſat temporis ſuperfuit, quod ſibi & amicis impertiret. Craterem 15 talentorum argenti eius fuiſſe narrãt. Statuas Ioui patri, & Rheæ aliiſque erexit: templa ædificauit: Babylonem coctilibus muris, id eſt, latere, arena, pice, bitumine, interſtrato ornauit, ea latitudine, duo in aduerſum immiſſi currus ne poſſint tactu ſtringere ab axe latus, præter alia immenſi operis. Quæ fuerit Semiramidis alacritas ij ipſi Babylonij, quorum defectionem incompoſitis crinibus; & Siraces, quos diſcalceata compeſcere maluit, quàm cultu tempus occupare. Quę fuerit in gerendis rebus dexteritas exempla loquuntur: nec enim contenta acquiſitis à marito terminis Æthiopiam Regno ſuo adiecit, & Ægyptum, peragrauit quæ in Africa reſtabant, Indis bellum intulit, qui in Aſia. Sed hæc tam fortiter geſta intemperantis animi corrupit laſciuia, quæ eò deuenit, vt filij concubitũ petere non erubuerit: quod ipſum, vt licentiùs peccaret, lege lata aliis permiſit. Quod ægrè ferens Ninias matrem inſidiis ſtructis è medio ſuſtulit, iure cùm parricidium parricidio multaretur, & morte inceſtus obſcœnitas. Extat huius Reginæ ſepulchrum columna exornatum, & inſcriptione: Si quis Regum pecunia egeat aperto ſepulchro quantũ opus eſt capiturum. Quo lecto Darius primus aperuiſſe legitur, & pecuniam quidem non reperiſſe, in altera porro ſarcophagi facie ſcriptum offendiſſe: Niſi pecunia inexplebili deſiderio flagrares, nunquam mortuorum loculos commouiſſes. Hæc

Mela lib. 1. cap. 11. videtur velle Tygrim & Euphratem ab ea immiſſos ſiccu regionibus.

In Media & Syria.

In Chaona.

In finibus.

In Armenia.

In Iarcico monte & Perſide.

Plinius lib. 33. cap. 3.

Ouidius.

Propertius lib. 3. cap. 1.

Vide propriè Hiſtorias.

Val. Maximus lib. 9. c. 3.

Polyenus lib. 8.

Diodorus lib. 2.

Vide Indica.

Suidas ait eam Arachoſiam vrbem ædificaſſe.

Inde in columbam variè fabulantur, Ouidius 4. Metamorph.

Traditum ab Ammone, vt Diodorus lib. 3. cap. 5.

Inde translata in Deos fabulantur.

Columnæ inſcriptio eſt apud authorem de Æquivocis.

Plutarchus Apoph.

Stobæus Serm. 10.

Herodot. lib. 1. hæc eadem de Nitocri Regina, quæ ante eam fuit refert.

Regina vt gloriæ cupidiſſima, ita pluribus locis ſuæ reliquit monumenta virtutis. Mazaca mater in Cappa vrbium huius opus eſt, Melitam hæc ædificauit, aliasque plures, ne quis eius ignoret maieſtatem.

Solinus cap. 47.
Plinius lib. 6. cap. 13.

CAPVT V.

SEMIRAMIDI filius Ninias in Regno ſucceſſit, contentus elaborato à parẽtibus Imperio, belli ſtudia deponens, quaſi ſexum cum matre mutaſſet in fęminarum turba conſenuit. Ad ſecuritatem autem Imperij certum militum numerum annuatim Prouinciis imperabat, quos acto anno remittens, alios item adeſſe iubebat; & ſic deinceps. Quo factum vt excubantium timor omnes contineret in officio, & temporis breuitas conſpirationis occaſionem præſcinderet. In iſto otio hoc laudi datur, quod Deorum templa, & Chaldæorum ſacra auxerit. Ante mortem etiam à Bactrianis laceſſitus victor fuit, Chemeleno eorum Rege necato; domandos tamen filio c Ario reliquit, qui comparato exercitu Caſpios, Caucaſum tyrannũ ex Iapeti ſtirpe etiam repreſſit. Arij ſucceſſor Aralius fœminis magis, quàm Regno ſtuduit: quo factum vt filio eius Balco ſummam poteſtatem adepto, quòd deperdita paterno luxu ad Indos vſque recuperarit Xerſis nomen dederint. Sed patris virtutem ſilij Armatritis effœminatus animus obſcurauit, qui hirundinis roſtri cinerem cum myrrha tritum temulentiæ antidotum excogitauit. Deleuiſſet nepotis Belochi ignauia, niſi auſpiciis intentus ſacro prætextu vitium palliaſſet, Heliopoli ſimulachrum Iouis aduehens. Qui hunc excepit Balens vt nomine, ita re priori ſimilis; virtute tamen & rebus geſtis nominis ſui famam extendit. Et quaſi in vices fortuna virtuti reſponderet, degenerem filium Altadam reliquit, Altadas Mamitum,

Aliũ Zameis, aliũ Amraphel.
Geneſ. 14.
Iuſtinus lib. 1.
Athenæus lib. 12. cap. 12.
Diodorus lib. 3. cap. 6.
Beroſus lib. 5. Niſi quis hæc potius cum ſupra poſitu eadem putet.
c Suida Thuræ.
Alij margaritis plurimũ vſum.
Caſſiadore Armametres.
Plinius lib. 3. cap. 15. Serum hunc vocat.
Cognominatus hic Triſcus, à Macrob lib. 1. cap. 21. Delbeim dicitur.
Hic videtur eſſe Agathia Belitares, qui ex hortulano Rex factus, cuius poſteri vſque ad Sardanapalũ. Iornandi Maminthus dicitur.
Hunc poſt mortem Baal, id eſt, Martem vocatum quidam tradunt. Suidas.
Id eſt, victoria.
Hunc Belum appellare videtur Agathias lib. 2. quẽ vltimũ ait fuiſſe ex Ninj familia.

Digitized by Google

tum virum inter delitias militarem. Cui Mãcaleus

Cassiodoro Manchaleus.
Alius Saphrus.
Manetus, vel Mancaleus alius.
Capiodoro Spuratus.

deles succeſſit. Mancaleo Spherus, vir prudentia ſua paternam illuſtrans ignobilitatem. Mamelus poſt hunc Rex, ſine nomine Sparetũ reliquit ſucceſſorem, cuius dexteritas Syris, Phœnicibusque terrori, parentibus gloriæ fuit. Quam

Aſcades alius.

Aſcades paternæ felicitatis & famæ hæres exornauit, cuius opera repreſſo tumultu, Syria omnis Aſſyriis eſt

Alij Chuſan-rathain putant eſſe. Iuarcum ..

cociliata. Huic non inferior ſecutus eſt Amyntas, cui Belochus, cui Bellophares cum Actoſa ſorore fœmina illuſtri, cui Lamprides & per ordinem

Manoben de Regibus Aegypti.

Soſares, Lampares, Pannias, Soſarmus, Mitreus, Tentanes, qui Troianorum Regi auxilia ſubminiſtrauit, *d* Tantæus, Timæus, Dercylus, Eupales, Laoſthenes, Pyruhiades, Ophrateus, *e* Ophraganeus, Aſtrazapes, omnes ſolo nomine noti. Quî enim noſcerentur, qui virorum contortia fugientes inter meretricularum luſum ęnum trahebant, copiam ſui facere vile putabant, per internuncios ſi quid nunciandum nunciabatur, per Præfectos ſiquid agendum agebatur. Alius epulis, alius Veneri operam dabat, pauci veram maieſtatem, nulli verũ quod ex virtute eſt decus æſtumabant Ideoq; niſi eorum temporibus hiſtorias Scriptores meurentur, ne nomina quidem teneremus.

Sub hoc per Seſoſtrẽ multa Aſſyria abiata.

Aliũ Tentanim. Diodorus lib. 3. cap. 6.

d Hic fortè Thoas. Apoll. lib. 3.

d Aliu Tencaus.

e Ophratenes Euſebio.

Megaſthenes de indicis temporum.

Manethonem cum intelligo & Megaſthenem, qui ab Annio eſt editus, fortè ſuppoſititius.

Iornandi Pritiades.

Athenæo Anabaxares, Arriano et Suidæ Anacyndaxares, Euſebio Otraxartes.

CAPVT VI.

Niniuitarum conuerſio.

Sigonius in Sulpitiũ ſub Thui-Aſſur hos accidiſſe putat.

Ioſephus lib. 9. cap. 14. Antiquitatum.

SVB Aſeraſape celebris eſt Ionæ ad Niniuitas legatio, cùm ea florente Aſſyriorum imperio accidiſſe colligatur. Hæc vrbs ab aliquo Aſſyriorũ Regum reſtaurata, Regniſque caput rurſus effecta ad priſtinam illam maieſtatem rurſus adſcẽderat, trium dierum iter ambitu ſuo, & ciuium 120000 comprehendens. In tanta incolarum multitudine, vt fit, nouos quotidie vitia gradus aſſumebant, queîs motus Deus Ionam Prophetam Sareptanæ

Iona cap. 1.

Hieronymus.

filium

filium ex Iudæa ire præcipit, Vrbi excidium nunciaturus ni resipiscat. Verùm Propheta prædicationis istius munus detrectans, non contumacia, sed quòd Dominum populi pænitentia placandũ præuideret, nauim, quæ longè diuersa regione Tharsum petebat, conscendit. Vbi in altum processum est, nautæ sæuitia maris compulti, quænam esset mali causa sorte explorant: qua Ionas designatus, tanquam tempestatis piaculum in mare præcipitatur, exceptusque à ceto deuoratus, post triduum Niniuitarum littoribus eiectus, præcomentis Diuinæ, vrbẽ ob peccata populi post 40 dies perituram nunciat. Non dissimulanter audita est Numinis per Vatem cõminatio; ac statim iussu & exemplo Regis vniuersus populus, etiam recens nati, & iumenta cibo abstinere iubẽtur, & cum hominibus luctus quandam speciem referre. Rex ipse scissis vestibus, posito luxu, sacco corpus, caput cinere operuit; si fortè clementem Deum exoraret. Quod factum est, & pœna remissa, vel potiùs dilata, frustra indignante Iona, quod fides verbis eius, & euentus non respondisset: nec enim vnquam verè & ex animo pœnitẽtibus veniæ spes adempta, via præclusa est.

Sulpitius lib. 1.

Iona 2.
Augustinus de Symbolo ad catechumenos.
Iosephus eum ad Pontum vectum, inde 3. in Niniven pedibus contendisse.

Iona 3.

Ambrosius Sermone 40.

Iona 4.

Figura.
Ionas Christus. Ninive Hierosolyma. Deus patiens. 40 dies anni, tempestas. falsa crimina & opprobria, eiectus crucifixus, cetus sepulchrum.

Allegorice.
Ninive appetitus, Ionæ voluntas, Deus ratio, mare mundus, Tharsis delectatio, tempestas cura, cetus religio, 3 dies 3 vota, Populus sensus, iumenta non vagantur.

CAPVT VII.

Imperij translatio.

BENE cum Vrbe ciuibusque ageretur, nisi ad antiqua relaberentur; sed hæc parum virilis animi lasciuia Imperio & Vrbi exitio fuit. Ascrazapi Tonos-concoleros, qui Græcis *a* Sardanapalus est, successerat, in cuius libidine Regnum florentissimum defecit. Qualis hic fuerit nouarum voluptatum excogitatores dicent, quibus præmia publico decreto constituta: Symbolum eius testabitur, quod Satyricus exscripsit:

Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas.

Suida Concoconcoleros.
Danielis 9. Asuerus.
Athenæus lib 12. cap. 12.
Plutarchus Sympos. decad problem. 4.

Dictus est & Pambrus Græcus.
a Ob hoc nomen Anitus assumpsit.
Dio lib. 79.

inuenta

Hiſtor. Scholaſt. cap. 64. Diodorus lib. 3. cap. 7. Suidas hoc recitat epitaphium paulo aliter in voce Anchiale. Cicero 5 Tuſcul. ex Ariſtotele.

inuenta puluinaria, ſepulchri inſcriptio, quam talem eſſe voluit: Hæc habeo quæ comedi, quæque cum amore & voluptate percepi. Nec quicquam aliud ex bonis inſcribi debuit; cùm pecudis & hominis idem bonum putauerit; quod ſummum in, aut ſub ventre, & in ſolo cauſa viuendi palato conſtituens, omnes voluptates ſecum perituras exiſtimabat. Sic inſignis libidinum Rex, vir an mulier neſcio, qui vtriuſque partes, nulla pudoris, aut ſexus ratione habita, obibat: ſi vir certè muliere corruptior, hoc geſtus, vox, veſtis, comites, vita omnis docebunt. Licuit quod libuit Regi & diuiti, vt qui vna die Tharſum & Anchialem vrbes ædificarit. Hæc tamen omnia Maieſtatis ſpecie, quia videndi ſui copiam nunquam faciebant Reges, vulgò occultabantur. Ad eum tamen videndũ Arbactes Medorum Præfectus, cùm vix ægrè magna ambitione obtinuiſſet, phiala aurea vni ex Eunuchis admiſſionis prẽmium data, inuenit Regem inter ſcortorum greges purpuram colo nentem, cumque mollitie corporis, & oculorum laſciuia omnes fœminas anteiret, penſa inter virgines partientem. Quibus viſis, indignatus tractanti lanam ferrum & arma parêre, Arabes ad conſilia, Medos ad Imperium, Perſas ad libertatem, Belochum Babyloniorum Præfectum ad ſocietatem inuitat. Breuique 400000 virorum in armis conſpiciebantur, Ninum quaſi in diſcedentium locum petentes. Sed obſeruauit defectionẽ Rex, coactoq; tumultuario milite tribus prœliis caſtris hoſtium potitus, non in fugam tantùm, ſed & in deſperationem omnes coniecíſſet; niſi Belochus aſtrorum inſpectione auxilia in procinctu eſſe confirmaſſet. Ea fuere Bactriani, quibus ſeſe adiungentes Sardanapalum nihil hoſtile metuentem inter epulas offenderunt, commiſſoque prœlio cum paucis in vrbem repulerunt. Vbi biennio obſeſſus cùm ad 20 ſtadia fluminis vehementia murorum partem

Sepulchro manibus in cælum plaudẽtibus eum ſuppoſitum ait Calius lib. 3. cap. 11.

Idem 2. de finibus.

Tertul. de pallio.

Diodorus.

Herodot. lib. 2.

Arrianus lib. 2. inſcriptũ hoc eius epitaphio.

Suidas.

Iuſtinus lib. 1.

Suida Arbaces.

Diodorus.

Agathias lib. 2.

Iornandes de Regnis.

Diodoro Beleſis vocatur.

Plutarchus de fortuna Alexandri.

Verderus lib. 4. cap. 25.

Diodorus in hoc bello præcaſorum copia aquam in ſanguinem conuerſam.

Oraculo prædictum, tum capiendam vrbem cùm flumen aduerſum habebit.

euertisset, rebus suis diffidens in Regiæ suæ penetralibus pyram erexit 400 pedum altitudine, 50 aureas mensas, totidemque lectos ei imponens, domum supponens 100 pedum, cum lectis sibi, vxori, pellicibus, liberis, addidit vestes, & 1000 auri myriades, 10000 myriades talentorum argenti, & quicquid pretiosum supererat. In pyram secum carissima pignora ducens, ignem admoueri præcipit, qui per quindecim continuos dies nutrimenta reperiens perdurauit. Sic vnius luxuria florentissimum, & per tot secula, per tot gentes propagatum perdidit Imperium. Sic aureum illud caput proprio vitio in duo hemicrania sectum; sic leo iste, qui aquilinis alis in hanc senectutem, & amplitudinem elatus fuerat, propriis vngubus laniatur. Sic Regnum totius Asiæ potens, vt sic dicam, in cineres conuersum.

Athenæus lib. 12. cap. 12. Durus vult Sardanapalli ab Arbace necatum.

Berosus quadragies millies numerat. lib. 7. cap. 2. Ouidius in Ibim.

Lucianus Necro. Sardanapalum Diogeni viuum apud Inferos fingit.

Arrianus lib. 2.

Orosius lib. 1. cap. 12. & 19.

Danielis 4.

Danielis 7.

Augustinus lib. 16. de ciuitate cap. 17.

* *
*

Chronicon diuisæ Monarchiæ.

PhVL BabILona, MeDos ArbaCes SarDanapaLo
DepVLso aCCepIt, sIC perIt AssyrIVs.

APPEN-

Digitized by Google

APPENDIX
NINIVE.

DEBELLATIS, & non vno prælio Assyriis fusis Medorum virtute; nihilominus ei præfuit Procerum aliquis. Cuius generis ille est, qui specie venationis Mediam populatus, & Astyagis auspiciis Cyri & Cyaxaris virtute victus, nihil de magnifica Regni cogitatione remittens, Asiaticas gentes totumque Orientem in sui auxilium collegit, rem factam se habere credens, si Medos Persasq; debellasset. Sed aliter cecidit: victus enim à Cyro, necatusq; est. Quo tempore certè parti Assyriæ Gobrias imperans, ob interfectum à Regio iuuene filium suum ad Cyrum defecit. In Xerxis exercitu Assyriis Hotaspes Artachei f. præfuit. Nec certè deinceps celebre Assyriorũ nomen, vt quod pro bona sui parte in Babylonis appellationem abierit. Hæc conditoris sui nomen gerens, Magnæ titulo passim insignitur, Assyriæ totius caput, & post eam magnorũ Regum sedes frequenter fuit. Quæ non multo pòst sui exstructionem à Medis diruta, postea à Perseo Danaës filio, ab aliis item pluribus: sed loci opportunitate ducti Reges, (Tygri enim imminet) restituerunt. 480 stadia ambitu suo complectebatur. Ad huius, quæ impendebat, ruinam euitandam, Deus Ionam Prophetam dimisit, cuius monitis territa dum ad antiquum redit, à *a* Medis & Chaldæis post translatum *b* ab Assyriis Imperium deleta est, *c* Beleso & Arbace authoribus. Reparatam tamen deinceps à *d* Merodach, vel *e* Nabugodonosore deletam esse: quod nonnulli *f* Cyaxari, aut *g* Astyagi Medis tribuunt non absimile vero est. Sic felix, vt fama, Ninos (cuius tamen etiam post multa secula celebris est apud Scriptores mentio) intercidit; sed an eadem sit, an alia, quæ vicino loco exstructa celebre hoc nomen induerit, coniecturæ res est.

Xenophon lib. 1. Cyrop. Zonaras tom. 1.

Forte hæc sunt ad Babylonios trahenda.

Xenophon lib. 3. & 4.

Herodotus lib. 7.

Solinus cap. 40.

Herodotus & Diod. lib. 2. Iona 3. Tobiæ. Plinius lib. 3. cap. 13.

Assur putatur cõst. Genes. 10.

Strabo lib. 16.

Cedrenus.

Diodorus contra omnes ad Euphratem eam collocat Vide Tarsum.

60 miliaria Italica.

a *Ioseph. lib. 10. cap. 3.*
b *Strabo lib. 16.*
c *Diodorus lib. 3. cap. 7.*

d *Recentiores.*
e *Hieron. in Nahum.*
f *Hero dotus lib. 1.*
g *Hieron. in Ionam. Lucanus lib. 3.*

Tacit. lib. 12.

Anno eius primo, vel vt alij 23.

Digitized by Google

uerant, ſæpe ſubiecti fuerant; & fortaſſis cuius in religionem inclinabant. Dubia nihilominus ſæpe inter Babylonis & Mediæ arma errauit; & vtrique prout fortuna Regni, aut Regum felicitas tulit, alternatim ſubiecta Vrbs fuit. Cùm victoria autem & Imperio ad Perſas transiit ignobilis quidē, & cui caput erigere integrum non fuit, donec Alexandri aduentu & Principum gratia in ſummam, & toto mūdo ſpectabilem creuit ciuitatem.

Ex Iudith 1.

Diodorus.

CAPVT III.

Ægeſippus lib. 4. cap. 1.
Sozamenus lib. 5. cap. 18.

IN ſuburbanis Antiochiæ locus fuit cypariſſis intextus olim, Caſtalia aqua vaticiniis apta, grata arborum conſitione, & aëris temperie ad delicias, & Venerem compoſitus: vbi antiquum nemus, & fanum Apollinis oraculo celebre, quod Babilæ Martyris præſentia obmutuit. Daphnes ibidem ſeptem dierū feſtiuitate memoria colitur. Quam ab Antiocho celebritatem ad opum oſtentationem adſcribere libet: Cùm dies per Legatos indicta finitimis adueniſſet, hoc ordine ſacri apparatus pompa procedebat. Hamatis thoracibus Romano more armatorum iuuenum 5000 agmen ducebant, quos pone ſequebantur Myſorum 5000, tum Cilices more velitum inſtructi aureas coronas geſtantes ter mille. Poſt quos numero pari Thraces, inde Galatarum Macedonum viginti millia, ærea ſcuta geſtantes his proximi numerum 5000 explebant. Procedebant deinde monamachorum paria 240, quibus à tergo aſſiſtebant Piſæi equites mille, phaleris argenteis conſpicui, coronis redimiti, aureasque phialas portantes. Socij equites totidem, aureis phaleris micantes Vrbani triplo plures ſuccedebant. Mox acies Sacia numero non inferior. Tum extraordinarij vſq; ad mille. Tot militum erat quæ illos trudebat Agema, id eſt validior exercitus pars. Vltimus omnium erat

Fabula ideo Apollinem à Cupidine illū Daphnem amaſſe fingitur. Ouidius 1. Metamorph.

Philoſtr. lib. 1. ait laurum in eius honorem ibi coli.

Athenæus lib. 5. cap. 4. ex Polybio. et Verderus lib. 3. cap. 13.
Hac facta vt T. Æmilij triumphum ſuperaret.

Digitized by Google

ANTIOCHENA.

Plinius lib.6. cap.16.
Hieronymus ad Dardanum.

Locvs Syriæ, qui postea Antiochiæ nomen assumpsit, Emath in Sacris appellari, ad distinctionem magnã communiter tradunt. Eadem hæc *a* Ione credo ob *b* Iopolim vicinam nuncupata, *c* Epidaphne ob causam post dicendam, Chersonesus ob aquarum ambitum, Theopolis posteriori æuo ob fidei nostræ ibi principia. Hanc cum Antigonia vicina, vt sæpe fit, quidam confundũt, alij cum Reblatha loco in Sacris noto. Tetrapolis hæc olim fuit in quatuor partes diuisa, quarum primam Nicanor instruxit habitatoribus Antigonia deductis, alteram diuersa colluuies, tertiam Seleucus Callinicus, quartam Antiochus Epiphanes. Ita vt in immẽsam longitudinem situs extendatur, in alto angustior, quia prærupto montis à læua arctatur, vt extendi vlterius vrbis spacia non possint.

Epiphania Emath minor vocatur.

a *Stephan.* b *Eustathio.*
c *Alia ab Antiochia Tacito videtur. Nicephoro & alijs.*

Plinius lib. 5. cap. 25. eandem cum Antiochia fuit, alij negant.

Cedrenus.
Hieron. in Ezechielem.
Strabo lib.16.
Agesippus lib. 3. cap. 5.

CAPVT II.

2. *Samuelis cap.8.*
3. *Paralip. cap.18.*
Iosephus lib. 7. cap.6.
Esaia 37.
4. Regum cap. 18.

Regis Emath eò deuenit potentia, vt cum Adad-ezere Syro confligere non dubitârit; sed viribus impar non modò victus, sed & omni preciosa suppellectili spoliatus retrocessit. Vnde cùm (Thou, hoc Regi nomen erat) intellexisset Dauidis de Syris victorias, Ioram filium triumphanti gratulatum misit, & amicitiæ leges accepturum. Horum Regum nomen & potentia inter tot bellorum fortunæque vicissitudines vsque ad Babylonicam captiuitatem mansit. Quo tempore communi Iudææ malo implicati, cui semper fauerant,

Digitized by Google

uerant, ſæpe ſubiecti fuerant; & fortaſſis cuius in religionem inclinabant. Dubia nihilominus ſæpe inter Babylonis & Mediæ arma errauit; & vtrique prout fortuna Regni, aut Regum felicitas tulit, alternatim ſubiecta Vrbs fuit. Cùm victoria autem & Imperio ad Perſas transiit ignobilis quidē, & cui caput erigere integrum non fuit, donec Alexandri aduentu & Principum gratia in ſummam, & toto mūdo ſpectabilem creuit ciuitatem.

Ex Iudith 1.

Diodorus.

CAPVT III.

Ægeſippus lib. 4. cap. 1.

Sozomenus lib. 5. cap. 18.

IN ſuburbanis Antiochiæ locus fuit cypariſſis intextus olim, Caſtalia aqua vaticiniis apta, grata arborum conſitione, & aëris temperie ad delicias, & Venerem compoſitus: vbi antiquum nemus, & fanum Apollinis oraculo celebre, quod Babilæ Martyris præſentia obmutuit. Daphnes ibidem ſeptem dierū feſtiuitate memoria colitur. Quam ab Antiocho celebritatem ad opum oſtentationem adſcribere libet: Cùm dies per Legatos indicta finitimis adueniſſet, hoc ordine facti apparatus pompa procedebat. Hamatis thoracibus Romano more armatorum iuuenum 5000 agmen ducebant, quos pone ſequebantur Myſorum 5000, tum Cilices more velitum inſtructi aureas coronas geſtantes ter mille. Poſt quos numero pari Thraces, inde Galatarum Macedonum viginti millia, ærea ſcuta geſtantes his proximi numerum 5000 explebant. Procedebant deinde monamachorum paria 240, quibus à tergo aſſiſtebant Piſæi equites mille, phaleris argenteis conſpicui, coronis redimiti, aureasque phialas portantes. Socij equites totidem, aureis phaleris micantes Vrbani triplo plures ſuccedebant. Mox acies Sacia numero non inferior. Tum extraordinarij vſq; ad mille. Tot militum erat quæ illos trudebat Agema, id eſt validior exercitus pars. Vltimus omnium erat

Fabula ideo Apollinem à Cupidine ictū Daphnem amaſſe fingitur. Ouidius 1. Metamorph.

Philoſtr. lib. 1. ait laurum in eius honorem ibi coli.

Athenæus lib. 5. cap. 4. ex Polybio. et Verderus lib. 3. cap. 13.

Hac facta vt P. Æmilij triumphum ſuperaret.

Digitized by Google

Picus Mirandula de prænotione lib. 4.

minùs, quàm foris illuſtris fuit, cùm pietatis ſuæ impium cunctis gentibus reliquit teſtimonium & exemplum: Patris enim deſiderio cùm teneretur,

Ex Clemente, Auguſtino, Ioſepho.

ſtatuam fieri curauit, & arte qua potuit elaborari,

Suidas Seruch Statuario tribuit idololatriæ inuentionem.

vt defunctum quàm maximè referret. Ad hanc

Hiſt. Schol. cap. 4.

confugientes ſi qui rei, ſi qui ſupplices, cùm ſe tutos eſſe & exorare aduerterent, tracta in errorem indulgentia, aliquid diuinitatis imagini ineſſe ſibi perſuadebant, & idololatriæ exordia ſunt. Semiramis fœminarum ſpecioſiſſima, tametſi remiſſiùs & negligentiùs formam curaret, ſalaciſſima, quod eius intemperãtia poſtea docebit, Nino vxor fuit. Siue ea *c* Menonii priùs iuncta, ſiue in conſpectum Regis aliàs adducta, ſpecie ſua & *d* Regnum affectans, compoſito ad Veneres corpore eum facilè abduxit. Nec omiſſa occaſione amentẽ amantem facilè induxit, vt quinque dierum ſibi Imperium concedat. Concedit Rex parum prouidè, parum feliciter: adepta enim illa ſummam poteſtatem ſatellitibus mandauit, Regem è medio tollere. Quo haud cunctanter perfecto Aſiæ Monarchiam occupauit. Ninus inconſiderati amoris pœnas dedit, ſepultus arce, quam erexerat, & tumulo qui altitudine 9 latitudine 10 ſtadiorum procul aſpicientibus apparet.

Ouidius Amorum lib. 1. cap. 5.
A Polyeno hac etiam Rodogune appellatur.
A Suida Rhea.
c Vt Diodorus lib. 3. c. 3.
d Ex Dionyſ. lib. 78.

Ideo Derceto Dea filiam eam fabulantur.
Ideo ab auibus eam nutritam finxerunt.

Ælianus lib 7. cap. 1. ex Dinone: ſed aliter Diodorus, qui Regnum ipſi traditum à marito ſcribit.

Diodorus cap. 3. ex Cteſia.

Ouidius 4. Metam. id extra vrbem ponit.

CAPVT IV.

De Semiramide.

Vt Iuſtinus lib. 1.

ERAT Nino filius Ninias, cui immaturo adhuc non auſa tradere Imperium, idem nec ipſa palam tractare, tot viris vix patienter vni viro nedũ fœminæ parituris, ſimulat ſe pro vxore Nini filium, pro fœmina puerum: hoc facilius quòd ſtatura, vox liniamentorum proportio vtriq; ſimilis, hoc certius quòd veſtis ſexum haud facilè diſtinguentis vſum induxerat. Hoc aſtu freta, quamuis natura eam mulierem finxerit, rerum geſtarum claritu-

Claudianus 1. in Eutropiũ deſcribit hac: adde quod ſpadones ſibi adiunxerit.

Not. Sueto. Iulio cap. 22. Sequentia columna inſerta. vt eſt apud Polyænũ lib. 8.

dine

Digitized by Google

dine nulli virorum inferior exſtitit. Etenim Regnum tenens ab Ortu Hinamame fluuio, ab Occaſu Helleſponto, à Meridie Arabia, à Septentrione Sacis & Sogdis concluſit. Fluuios fecit currere quò voluit, voluit autem quò cõducebat. Terram ſterilem fluuiis ſuis temperatam fœtam reddidit; munitiones inuictas conſtituit; petras ferro domuit; vias ne feris quidem ambulatas ſtrauit; & à rebus gerendis ſat temporis ſuperfuit, quod ſibi & amicis impertiret. Craterem 15 talentorum argenti eius fuiſſe narrãt. Statuas Ioui patri, & Rheæ aliisque erexit: templa ædificauit: Babylonem coctilibus muris, id eſt, latere, arena, pice, bitumine, interſtrato ornauit, ea latitudine, duo in aduerſum immiſſi currus ne poſſint tactu ſtringere ab axe latus, præter alia immenſi operis. Quæ fuerit Semiramidis alacritas ij ipſi Babylonij, quorum defectionem incompoſitis crinibus; & Siraces, quos diſcalceata compeſcere maluit, quàm cultu tempus occupare. Quę fuerit in gerendis rebus dexteritas exempla loquuntur: nec enim contenta acquiſitis à marito terminis Æthiopiam Regno ſuo adiecit, & Ægyptum, peragrauit quæ in Africa reſtabant, Indis bellum intulit, qui in Aſia. Sed hæc tam fortiter geſta intemperantis animi corrupit laſciuia, quæ eò deuenit, vt filij concubitũ petere non erubuerit: quod ipſum, vt licentiùs peccaret, lege lata aliis permiſit. Quod ægrè ferens Ninias matrem inſidiis ſtructis è medio tuſtulit, iure cùm parricidium parricidio multaretur, & morte inceſtus obſcœnitas. Extat huius Reginæ ſepulchrum columna exornatum, & inſcriptione: Si quis Regum pecunia egeat aperto ſepulchro quantũ opus eſt capiturum. Quo lecto Darius primus aperuiſſe legitur, & pecuniam quidem non reperiſſe, in altera porro ſarcophagi facie ſcriptum offendiſſe: Niſi pecunia inexplebili deſiderio flagrares, nunquam mortuorum loculos commouiſſes. Hæc

Mela lib. 2. cap. 11. videtur velle Tygrim & Euphratem ab ea immiſſos ſicca regionibus.

In Media & Syria.

In Chaona.

In finibus.

In Armenia.

In Iarcico monte & Perſide.

Plinius lib. 33. cap. 3.

Ouidius.

Propertius lib. 3. cap. 1.

Vide propriè Hiſtorias.

Val. Maximus lib. 9. c. 3.

Polyenus lib. 8.

Diodorus lib. 2.

Vide Indica.

Suidas ait eam Arachoſiam vrbem ædificaſſe.

Inde in columbam verſã fabulantur, Ouidius 4. Metamorph.

Pradictum ab Ammone, vt Diodorus lib. 3. cap. 3.

Inde tranſlata in Deos fabulantur.

Columnæ inſcriptio eſt apud authorem de Æquiuocis.

Plutarchus Apoph.

Stobæus Sect. 10.

Herodot. lib. 1. hæc eadem de Nitocri Regina, quæ ante eam fuit refert.

Digitized by Google

Regina vt gloriæ cupidiſſima, ita pluribus locis ſuæ reliquit monumenta virtutis. Mazaca mater in Cappa vrbium huius opus eſt, Melitam hæc ædificauit, aliasque plures, ne quis eius ignoret maieſtatem.

Solinus cap. 47.
Plinius lib. 6. cap. 13.

CAPVT V.

SEMIRAMIDI filius Ninias in Regno ſucceſſit, contentus elaborato à parētibus Imperio, belli ſtudia deponens, quaſi ſexum cum matre mutaſſet in fęminarum turba conſenuit. Ad ſecuritatem autem Imperij certum militum numerum annuatim Prouinciis imperabat, quos acto anno remittens, alios item adeſſe iubebat; & ſic deinceps. Quo factum vt excubantium timor omnes contineret in officio, & temporis breuitas conſpirationis occaſionem præſcinderet. In iſto otio hoc laudi datur, quod Deorum templa, & Chaldæorum ſacra auxerit. Ante mortem etiam à Bactrianis laceſſitus victor fuit, Chemeleno eorum Rege necato; domandos tamen filio Ario reliquit, qui comparato exercitu Caſpios, Caucaſum tyrannū ex Iapeti ſtirpe etiam repreſſit. Arij ſucceſſor Aralius fæminis magis, quàm Regno ſtuduit: quo factum vt filio eius Balco ſummam poteſtatem adepto, quòd deperdita paterno luxu ad Indos vſque recuperarit Xerſis nomen dederint. Sed patris virtutem ſilij Armatritis effæminatus animus obſcurauit, qui hirundinis roſtri cinerem cum myrrha tritum temulentiæ antidotum excogitauit. Deleuiſſet nepotis Belochi ignauia, niſi auſpiciis intentus ſacro prætextu vitium palliaſſet, Heliopoli ſimulachrum Iouis aduehens. Qui hunc excepit Balens vt nomine, ita re priori ſimilis; virtute tamen & rebus geſtis nominis ſui famam extendit. Et quaſi in vices fortuna virtuti reſponderet, degenerem filium Altadam reliquit, Altadas Mamitum,

Aliis Zameis, alijs Amraphel.
Geneſ. 14.
Iuſtinus lib. 1.
Athenæus lib. 12. cap. 12.
Diodorus lib. 3. cap. 6.
Beroſus lib. 5. Niſi quis hæc potius cum ſupra poſito cauem putet.
a Suida Thuras.
Alij margaritis plurimū vſum.
Caſſiadore Armamentres.
Plinius lib. 3. cap. 15. Serum hunc vocat.
Cognominatus hic Triſcus, à Macrob lib. 1. cap. 21. Delbain dicitur.
Hic videtur eſſe Agathia Belitares, qui ex hortulano Rex factus, cuius poſteri vſque ad Sardanapalū. Iornandi Maminthus dicitur.

Hunc poſt mortem Baal, id eſt, Martem vocatum quidam tradunt. Suidas.
Id eſt, victoria.
Hunc Belum appellare videtur Agathias lib. 2. quē vltimū ait fuiſſe ex Nini familia.

Digitized by Google

tum virum inter delitias militarem. Cui Mãcaleus

Caſiodoro Manchaleus. Alius Saphrus. Manetus, vel Mancaleus alius. Cupiodoro Sputatus.

deles ſucceſſit. Mancaleo Spherus, vir prudentia ſua paternam illuſtrans ignobilitatem. Mamelus poſt hunc Rex, ſine nomine Sparetũ reliquit ſucceſſorem, cuius dexteritas Syris, Phœnicibusque terrori, parentibus gloriæ fuit. Quam

Aſcades alius.

Aſcatades paternæ felicitatis & famæ hæres exornauit, cuius opera repreſſo tumultu, Syria omnis Aſſyriis eſt

Alij Chuſan-rathain putant eſſe. Inaicum.

cociliata. Huic non infe ior ſecutus eſt Amyntas, cui Belochus, cui Bellophares cum Actoſa ſorore

Manebon de Regibus Aſſyr.

fœmina illuſtri, cui Lamp ides & per ordinem Soſares, Lampares, Pannias, Soſarmus, Mitreus, Tentanes, qui Troianorum Regi auxilia ſubminiſtrauit, *d* Pantæus, Thimæus, Dercylus, Eupales, Laoſthenes, Pyrrhiades, Ophrateus, *e* Ophraganeus, Aſtrazapes, omnes ſolo nomine noti. Quî enim noſcerentur, qui virorum contortia fugientes inter meretricularum luſum quum trahebant, copiam ſui facere vile putabant, per internuncios ſi quid nunciandum nunciabatur, per Præfectos ſiquid agendum agebatur. Alius epulis, alius Veneri operam dabat, pauci veram maieſtatem, nulli verũ quod ex virtute eſt decus æſtimabant. Ideoq; niſi eorum temporibus hiſtorias Scriptores meurentur, ne nomina quidem teneremus.

Sub hoc per Seſeſtrẽ multa Aſſyria abiata.

Aliis Tentanius. Diodorus lib. 3. cap. 6.

d Alius Tentanus. Megaſthenes de indicis temporum. Iornandi Pritiades. Athenæo Anabaxaxes, Arriano et Suida Anacyndaraxes, Euſebio Otrazartes.

d Hic fortè Thoas. Apoll. lib. 3.

e Ophratenes Euſebio.

Manethonem cum intelligo & Megaſthenem, qui ab Annio eſt editus, fortè ſuppoſititius.

CAPVT VI.

Niniuitarum conuerſio.

Bigonius in Sulpitiũ ſub Thul-Aſſur hæc accidiſſe putat.

Ioſephus lib. 9. cap. 14. Antiquitatum.

SVB Aſeraſape celebris eſt Ionæ ad Niniuitas legatio, cùm ea florente Aſſyriorum imperio accidiſſe colligatur. Hæc vrbs ab aliquo Aſſyriorũ Regum reſtaurata, Regniſque caput rurſus effecta ad priſtinam illam maieſtatem rurſus adſcẽderat, trium dierum iter ambitu ſuo, & ciuium 120000 comprehendens. In tanta incolarum multitudine, vt fit, nouos quotidie vitia gradus aſſumebant, queîs motus Deus Ionam Prophetam Sareptanæ

Ionæ cap. 1.

Hieronymus.

filium

filium ex Iudæa ire præcipit, Vrbi excidium nunciaturus ni resipiscat. Verùm Propheta prædicationis istius munus detrectans, non contumacia, sed quòd Dominum populi pœnitentia placandũ præuideret, nauim, quæ longè diuersa regione Tharsum petebat, conscendit. Vbi in altum processum est, nautæ sæuitia maris compulti, quænam esset mali causa sorte explorant: qua Ionas designatus, tanquam tempestatis piaculum in mare præcipitatur, exceptusque à ceto deuoratus, post triduum Niniuitarum littoribus eiectus, præco mentis Diuinæ, vrbẽm ob peccata populi post 40 dies perituram nunciat. Non dissimulanter audita est Numinis per Vatem cõminatio; ac statim iussu & exemplo Regis vniuersus populus, etiam recens nati, & iumenta cibo abstinere iubẽtur, & cum hominibus luctus quandam speciem referre. Rex ipse scissis vestibus, posito luxu, sacco corpus, caput cinere operuit; si fortè clementem Deum exoraret. Quod factum est, & pœna remissa, vel potiùs dilata, frustra indignante Iona, quod fides verbis eius, & euentus non respondisset: nec enim vnquam verè & ex animo pœnitẽtibus veniæ spes adempta, via præclusa est.

Figura.
Ionas Christus. Ninive Hierosolyma. Deus pater. 40 dies anni. tempestas falsa crimina & opprobria. eiectus crucifixus. cetus sepulchrum.

Allegoricè.
Ninive appetitus. Ionas voluntas. Deus ratio. mare mundus. Tharsis delectatio. tempestas cura. cetus religio. 3 dies 3 vota. Populus sensus. ieiunans non vagantur.

Sulpitius lib. 1.

Iona 2.
Augustinus de Symbolo ad catechumenos.
Iosephus eum ad Pontum vectum, inde 3. in Niniuen pedibus contendisse.
Iona 3.

Ambrosius Sermone 40.

Iona 4.

CAPVT VII.

Imperij translatio.

BENE cum Vrbe ciuibusque ageretur, nisi ad antiqua relaberentur; sed hæc parum virilis animi lasciuia Imperio & Vrbi exitio fuit. Ascrazapi Tonos-concoleros, qui Græcis *a* Sardanapalus est, successerat, in cuius libidine Regnum florentissimum defecit. Qualis hic fuerit nouarum voluptatum excogitatores dicent, quibus præmia publico decreto constituta: Symbolum eius testabitur, quod Satyricus exscripsit:

Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas.

Suida Conteconcoleros. Daniele 9. Asuerus. Athenæus lib 12. cap. 12. Plutarchus Sympos. decadr problem. 4.

Dictus est & Tanabrus Græcis.
a Ob hoc nomen Anitus assumpsit.
Dio lib. 79.

inuenta

Nicephor. Scholaſt. cap. 64. Diodorus lib. 3. cap. 7. Suidas hoc recitat epitaphium paulo aliter in voce Anchiale.

Cicero 5 Tuſcul. ex Ariſtotele.

Idem 2. de finibus.

Tertul. de pallio. Diodorus.

Herodot. lib. 2.

Arrianus lib. 2. inſcriptũ hoc eius epitaphio. Suidas.

Iuſtinus lib. 1. Suida Arbaces.

Diodorus.

Agathias lib. 2. Iornandes de Regnis.

Diodoro Beleſis vocatur.

Plutarchus de fortuna Alexandri.

Verderus lib. 4. cap. 25.

Diodorus in hoc bello præſorum copia aquam in ſanguinem conuerſam.

Oraculo prædictum, tum capiendam vrbem cùm fluuius aduerſum habebit.

inuenta puluinaria, ſepulchri inſcriptio, quam talem eſſe voluit: Hæc habeo quæ comedi, quæque cum amore & voluptate percepi. Nec quicquam aliud ex bonis inſcribi debuit; cùm pecudis & hominis idem bonum putauerit, quod ſummum in, aut ſub ventre, & in ſolo cauſa viuendi palato conſtituens, omnes voluptates ſecum perituras exiſtimabat. Sic inſignis libidinum Rex, vir an mulier neſcio, qui vtriuſque partes, nulla pudoris, aut ſexus ratione habita, obibat: ſi vir certè muliere corruptior, hoc geſtus, vox, veſtis, comites, vita omnis docebunt. Licuit quod libuit Regi & diuiti, vt qui vna die Tharſum & Anchialem vrbes ædificarit. Hæc tamen omnia Maieſtatis ſpecie, quia videndi ſui copiam nunquam faciebant Reges, vulgò occultabantur. Ad eum tamen videndũ Arbactes Medorum Præfectus, cùm vix ægrè magna ambitione obtinuiſſet, phiala aurea vni ex Eunuchis admiſſionis prẽmium data, inuenit Regem inter ſcortorum greges purpuram colo nentem, cumque mollitie corporis, & oculorum laſciuia omnes fœminas anteiret, penſa inter virgines partientem. Quibus viſis, indignatus tractanti lanam ferrum & arma parẽre, Arabes ad conſilia, Medos ad Imperium, Perſas ad libertatem, Belochum Babyloniorum Præfectum ad ſocietatem inuitat. Breuique 400000 virorum in armis conſpiciebantur, Ninum quaſi in diſcedentium locum petentes. Sed obſeruauit defectionẽ Rex, coactoq; tumultuario milite tribus prœliis caſtris hoſtium potitus, non in fugam tantùm, ſed & in deſperationem omnes coniecíſſet; niſi Belochus aſtrorum inſpectione auxilia in procinctu eſſe confirmaſſet. Ea fuere Bactriani, quibus ſeſe adiungentes Sardanapalum nihil hoſtile metuentem inter epulas offenderunt, commiſſoque prœlio cum paucis in vrbem repulerunt. Vbi biennio obſeſſus cùm ad 20 ſtadia fluminis vehementia murorum partem

Sepulchro manibus in cælum planis tribus cum ſuppoſitum ait Celius lib. 8. cap. 11.

APPENDIX
NINIVE.

DEBELLATIS, & non vno prælio Assyriis fusis Medorum virtute; nihilominus ei præfuit Procerum aliquis. Cuius generis ille est, qui specie venationis Mediam populatus, & Astyagis auspiciis Cyri & Cyaxaris virtute victus, nihil de magnifica Regni cogitatione remittens, Asiaticas gentes totumque Orientem in sui auxilium collegit, rem factam se habere credens, si Medos Persasq; debellasset. Sed aliter cecidit: victus enim à Cyro, necatusq; est. Quo tempore certè parti Assyriæ Gobrias imperans, ob interfectum à Regio iuuene filium suum ad Cyrum defecit. In Xerxis exercitu Assyriis Hotaspes Artachei f. præfuit. Nec certè deinceps celebre Assyriorũ nomen, vt quod pro bona sui parte in Babylonis appellationem abierit. Hæc conditoris sui nomen gerens, Magnæ titulo passim insignitur, Assyriæ totius caput, & post eam magnorũ Regum sedes frequenter fuit. Quæ non multo pòst sui exstructionem à Medis diruta, postea à Perseo Danaës filio, ab aliis item pluribus: sed loci opportunitate ducti Reges, (Tygri enim imminet) restituerunt. 480 stadia ambitu suo complectebatur. Ad huius, quæ impendebat, ruinam euitandam, Deus Ionam Prophetam dimisit, cuius monitis territa dum ad antiquum redit, à *a* Medis & Chaldæis post translatum *b* ab Assyriis Imperium deleta est, *c* Beleso & Arbace authoribus. Reparatam tamen deinceps à *d* Merodach, vel *e* Nabugodonosore deletam esse: quod nonnulli *f* Cyaxari, aut *g* Astyagi Medis tribuunt non absimile vero est. Sic felix, vt fama, Ninos (cuius tamen etiam post multa secula celebris est apud Scriptores mentio) intercidit; sed an eadem sit, an alia, quæ vicino loco exstructa celebre hoc nomen induerit, coniecturæ res est.

Xenophon lib. 1. Cyropæd. Zonaras tom. 1.

Fortè hæc sunt ad Babylonios trahenda.

Xenophon lib. 3. & 4.

Herodotus lib. 7.

Solinus cap. 40.

Herodotus & Died. lib. 2. Ionæ 3. Tobiæ. Plinius lib. 3. cap. 13.

Strabo lib. 16.

Cedrenus.

Diodorus contra omnes ad Euphratem eam collocat vide Tarsum.

Assur putatur esse. Genes. 10.

60 miliaria Italica.

a *Ioseph. lib. 10. cap. 3.*
b *Strabo lib. 16.*
c *Diodorus lib. 3. cap. 7.*

d *Recentiores.*
e *Hieron. in Nahum.*
f *Hero Iotus lib. 1.*
g *Hieron. in Ionam.*
Lucanus lib. 3.

Tacit. lib. 12.

Anno eius primo, vel vt alij 23.

ANTIOCHENA.

Plinius lib.6. cap.16.
Hieronymus ad Dardanum.

LOCVS Syriæ, qui poſtea Antiochiæ nomen aſſumpſit, Emath in Sacris appellari, ad diſtinctionem magnã communiter tradunt. Eadem hæc *a* Ione credo ob *b* Iopolim vicinam nuncupata, *c* Epidaphne ob cauſam poſt dicendam, Cherſoneſus ob aquarum ambitum, Theopolis poſteriori æuo ob fidei noſtræ ibi principia. Hanc cum Antigonia vicina, vt ſæpe fit, quidam confundũt, alij cum Reblatha loco in Sacris noto. Tetrapolis hæc olim fuit in quatuor partes diuiſa, quarum primam Nicanor inſtruxit habitatoribus Antigonia deductis, alteram diuerſa colluuies, tertiam Seleucus Callinicus, quartam Antiochus Epiphanes. Ita vt in immẽſam longitudinem ſitus extendatur, in alto anguſtior, quia prærupto montis à læua arctatur, vt extendi vlterius vrbis ſpacia non poſſint.

Epiphania Emath minor vocatur.

a *Stephanus.* b *Euſtathius.*
c *Alia ab Antiochia Tacito videtur. Nicephoro & alijs.*

Plinius lib. 5. cap. 25. eandem cum Antiochia fuit, alij negant.

Cedrenus.
Hieron. in Ezechielem.
Strabo lib.16.
Agesippus lib. 3. cap. 5.

CAPVT II.

REGIS Emath eò deuenit potentia, vt cum Adad-ezere Syro confligere non dubitârit; ſed viribus impar non modò victus, ſed & omni precioſa ſuppellectili ſpoliatus retroceſſit. Vnde cùm (Thou, hoc Regi nomen erat) intellexiſſet Dauidis de Syris victorias, Ioram filium triumphanti gratulatum miſit, & amicitiæ leges acceptarum. Horum Regum nomen & potentia inter tot bellorum fortunæque viciſſitudines vſque ad Babylonicam captiuitatem manſit. Quo tempore communi Iudææ malo implicati, cui ſemper fauerant,

2. Samuelis cap. 8.
3. Paralip. cap. 18.
Ioſephus lib. 7. cap. 6.
Eſaiæ 37.
4. Regum cap. 18.

Digitized by Google

uerant, ſæpe ſubiecti fuerant; & fortaſſis cuius in religionem inclinabant. Dubia nihilominus ſæpe inter Babylonis & Mediæ arma errauit; & vtrique prout fortuna Regni, aut Regum felicitas tulit, alternatim ſubiecta Vrbs fuit. Cùm victoria autem & Imperio ad Perſas transiit ignobilis quidē, & cui caput erigere integrum non fuit, donec Alexandri aduentu & Principum gratia in ſummam, & toto mūdo ſpectabilem creuit ciuitatem.

Ex Iudith 1.

Diodorus.

CAPVT III.

Ægeſippus lib. 4. cap. 1.
Sozamenus lib. 5. cap. 18.

IN ſuburbanis Antiochiæ locus fuit cypariſſis intextus olim, Caſtalia aqua vaticiniis apta, grata arborum conſitione, & aëris temperie ad delicias, & Venerem compoſitus: vbi antiquum nemus, & fanum Apollinis oraculo celebre, quod Babilæ Martyris præſentia obmutuit. Daphnes ibidem ſeptem dierū feſtiuitate memoria colitur. Quam ab Antiocho celebritatem ad opum oſtentationem adſcribere libet: Cùm dies per Legatos indicta finitimis aduenisſet, hoc ordine ſacri apparatus pompa procedebat. Hamatis thoracibus Romano more armatorum iuuenum 5000 agmen ducebant, quos pone ſequebantur Myſorum 5000, tum Cilices more velitum inſtructi aureas coronas geſtantes ter mille. Poſt quos numero pari Thraces, inde Galatarum Macedonum viginti millia, ærea ſcuta geſtantes his proximi numerum 5000 explebant. Procedebant deinde monamachorum paria 240, quibus à tergo aſſiſtebant Piſæi equites mille, phaleris argenteis conſpicui, coronis redimiti, aureasque phialas portantes. Socij equites totidem, aureis phaleris micantes Vrbani triplo plures ſuccedebant. Mox acies Sacia numero non inferior. Tum extraordinarij vſq; ad mille. Tot militum erat quæ illos trudebat Agema, id eſt validior exercitus pars. Vltimus omnium erat

Fabula ideo Apollinem à Cupidine illū Daphnem amaſſe fingitur. Ouidius 1. Metamorph.

Philoſtr. lib. 1. ait laurum in eius honorem ibi coli.

Athenæus lib. 5. cap. 4. ex Polybio. et Verderus lib. 3. cap. 13.

Hac falla vt T. Æmilij triumphum ſuperaret.

Digitized by Google

ordo Cataphracti mille ſupra 500, tam ipſi, quàm eorum equi graues. Omnes hi præcedentes purpureis veſtiti, plæriſque etiam auro intextis & belluatis. Ex reliquo autem apparatu præter elephantorum bigam & currum, alij ſex equis currus protrahebantur 100, quadrigis 40 ſubſequentibus. Sigillatim verò 36 elephantes, & ſine ordine progrediebantur. Pompæ reliquum enumerare ſupra vires noſtras eſſet. Imberbes circiter octingenti coronis aureis fulgentes præcedebãt 1000 boum gregum cum 300 ſacrificulis. Dentes elephantorũ pares numero oſtentabant, & imaginum congeries infinita. Quicquid Deorum & Heroum nouit antiquitas ſuam ibi ex auro, aut vt minus auro veſtitam videbat effigies, pegmatibus & fabularum relatione ſuis locis adiecta. Quæ omnia Noctis, Diei, Terræ, Cæli, Auroræ, & Meridiei imagines excipiebant. Mille pueri vnius amicorum Dioniſij vaſa argentea aſportabant, inter quæ nullum minoris ponderis, quàm mille drachmarum. Acceſſerunt 600 ex Regiis cum aureis vaſis, mulieresq; 200 peluibus aureis vnguenta ſpargentes. Agmen claudebant apparatu ſumptuoſiſſimo ornatæ 80, vectæ ſellis aureos, aliæque 500 argenteos pedes habentibus. Abſolutis certaminibus duellis, venationi 30 dierum ſpacio, quinq; ſequentibus in gymnaſio omnes aureis peluibus vnguento crocino pingebantur: quæ quidem erant 15 æquaque pars ex cynnamo & nardo, ſequentibus diebus alio atque alio odoriferi vnguenti genere imbuebantur. Sternebantur ſæpe in conuiuium mille triclinia; quæ tamen ad mille ducentorumque numerum ornatu magnificentiſſimo aſcendebant.

Hæc ideo referre placuit, quòd ad opes Regis Syriæ, & feſti Daphnes celebritatem aliquid momenti habere putarem.

* *
*

CAP.

CAPVT IV.

Strabo lib. 16. Alij conditoris sui nomen habere aiunt.

VRBEM de patris nomine Antiochiam ad Daphnem ędificauit Seleucus, ſicuti Laodicæam ad matris memoriam. Vbi deinceps fuit Regum Syrię domus & ſedes auguſtiſſima, quam Seleucus parricidiis fædauit; per Iradionem & Genneum Antiochiæ Principes Berenice nouerca cum paruulo filio contra datam fidem, & omne ius necata. Hæc eidem paulo pòſt pœnas parricidij pendenti amiſſis omnibus in bello Ægyptiaco fugæ fuit receptaculum. Hæc Antiocho aliiſque diuerticulum à curis, & Veneris Hymenæique taberna. Hęc ab Antiochi Procuratore Philippo occupata, ab Eupatore recuperata iterum Socio Olopherne rebus nouis ſtudens à Demetrio reprimitur, ad cuius filium prima omnium ab *a* Alexandro defecit: à Demetrio rurſus prima ad Alexandrũ; exoſa nimirum Regum crudelem ſuperbiam. Alexander autem ſuis ſacrilegiis irritatam fugere coactus eſt. Eadem hæc ab Antiocho Grypho redacta in poteſtatem vidit crudele Cleopatræ parricidium. Ab altera etiam Cleopatra frequentata, cui amatoris dono Syria tradita erat, qui ſpe Romanum præſumebat Imperium. Cæterum Antiochia ſedes fuit Didis, quem gladiatores Cyzici, ab Antonio reſeruati ad Ludos triumphales debęllato Cæſare celebrandos, importunè vexârunt: dedentes ſe tamen cùm de Antonij morte fama retuliſſet; ea tamen lege, ne gladiatores deinceps ſint. His in Antiochiæ ſuburbanis habitare conceſſum eſt, donec Meſſalæ dolo diſtracti, & alij aliò in ſpeciem miſſi, omnes ad vnum ſublati ſunt è medio. Antiochia autem vrbium Orientis facilè prima, Præſidem Regionis plærumque excipiebat, & hinc totus Oriens iura petebat: vbi generale, vt ſic dicam, Prætorium erat, Catholici ſedes, Gentium plurimarum receptaculum: quæ vt capaciſ-

Nicator.

Callinicus.

Iuſtinus lib. 27.

Magno.

Illuſtri.

Appian. Syria. Iuſtinus lib. 35.

Sotere.

Demetrium.

Iuſtinus lib. 36.

a Epiphane.

Zebennam.

Plutarchus in Antonio.

Dio lib. 51.

Digitized by Google

DAMASCENA.

CAPVT I.

Iulianus epistolis.

DAMASCVM veram Iouis vrbem, Orientis oculum appellarunt Veteres: & nos primam hominum sedem, *a* Arabiæ decus, Syriæ caput, Iudææ terrorem, Asiæ ornamentũ ante Antiochiam dicere possumus; cùm in eius agrum primi parentes electi, prima ætas mundi transacta sit, prima & celeberrima Syriæ vrbs à profanis Scriptoribus numeretur, quæ vicinis non parum molesta fuit. Abana & Pharfa fluuiis irrigatur, templo egregio exornata, Remnon Deo cuidam Sacro, in qua altare eo artificio & impendio, vt plurimos in sui pertraxerit admirationem. Celebris est Abrahæ habitatione, quem ideo eius Regem fuisse quidam tradiderunt. Post hunc & alij eius Reges & clari & qui rerum suarum laudatores inuenerunt; sed quorum volumina temporum iniuria ad nos non pervenerunt.

a Tertul. in Iudæos.

Vide Genesim mundanã.

Trogo & Geographis.

4. Regum cap. 5.

4. Regum cap. 17.

Hist. Scholast. cap. 44.

Nicol. Damasc.

CAPVT II.

Adad-ezer in Sacris. 2. Regum cap. 8.

TEMPORE Dauidis Adadus quidam Damasci imperauit, qui Adeazero oppresso supperias laturus à Dauide superatus est. Spolia de ipso opima templis affixa, vrbs Regio præsidio munita, ciues tributo astricti. Ab hoc omnes huius tractus Reges Adadi dicti, qui vsque ad decimam generationem Damascum tenuerunt. Horum tertius virtute & animo eximiis delere cupiens auitæ ignominiæ labem, vrbemq; tributo eximere, Iudæam cum exercitu ingressus & populatus est. Prænomẽ huius erat Bennadab, Tambremonis filius, Ezionis nepos. Occasio belli Rex duarum Tribuum

Regi Syriæ.

Damascus sub Iudæis.

Ioseph. lib. 7. cap. 6. Ex Nicolao lib. 5.

Macrobio Adad vnum significat, et Dei nomen est.

3. Regum cap. 16.

Ioseph. lib. 8. cap. 14.

Histor. Scholast. 3. Regum cap. 37.

Digitized by Google

2. Paralip. cap. 16. Asa, à quo ex fœdere euocatus, Regem Israhel Baasa fudit, prædaque oneratus Damascum rediit.

3. Regum cap. 20. Hac via bellis & victoriæ vlteriori præbuit occasionem: nam paulo pòst collecta militum multitudine, & 32 Regum auxiliis, Bennadad Samariam recto itinere progressus, cum Achab loci Rex post trinam legationem Prophetæ dicto audiens persisteret, vrbem arcta obsidione cinxit, ipse epulis & genio operam dans. In quem 232 filij Principũ Prouinciarum dimissi, prosequente 7000 exercitu, totam hostium multitudinem fuderunt. Nec minùs feliciter anno proximè insequenti prælium resumentem Bennadad ad eam coëgerunt desperationem, vt supplex hostium fidem & misericordiam implorare debuerit: quam & impetrauit, Acbab ipsum in Regnũ & Societatem recipiente.

Cedrens Adar vocatur.

Ioseph. lib. 8. cap. 21. Addum Regem vocat.

iuxta Antiochiam ſe concludens, odia ciuium & militum in ſe armauit: & b Ptolomæi impulſu, Attali & Ariarathis Regum ope, ab Alexandro infimæ ſortis homine, Antiochi autem ſuppoſititio victus, Regnum ad percuſſorem transmittit.

b Philometoris.

Anno 3813.

Epiphanis.

Trompalum dictum ait Iuſtinus lib. 35.

Alij ex Antiochide concubina eum aiunt natũ Antiocho.

CAPVT XII.

Liuius lib. 52.

QVI elatus ad tantæ Maieſtatis faſtigium pacis ſtudia, quàm belli habuit potiora, Stoicis diſcertationibus plurimùm oblectatus, in congreſſu facilis & iucundus, bonorumq; amans: qui Ionathan ſtola purpurea, coronaque aurea donatum, amicorum albo inſertum, Pontificis ornat dignitate. Demetrij armis, Attaliq; bello preſſus, & ſoceri Ptolomæi ope deſtitutus vincitur; fugit ad Zielam, à Diele Dynaſta opprimitur, truncoq; caput amputatum Ptolomæo mittitur. Dum hæc aguntur in Syria Tryphon, qui ſe tutore Antiochi, Demetrij priuigno ſubſtitui à populo laborauerat, triennium eius nomine crudeliter adminiſtrato Regno, pupillum ſpecie calculi incidendi necat. Regno autem aliquandiu potitus, exoleſcente paulatim recentis imperij fauore, ab Antiocho Demetrij fratre, qui à Cleopatra fratris vxore Rhodo accerſitus erat in Dorum fugatur, obſidetur terra mariq; 120 peditum, 8 equitum millibus: euadens tamen in Ortaliam Apameæ ſibi manus infert. Ita Antiochꝰ Regno redditus, Cleopatra in coniugem adſcita: primùm quidem veræ religionis amator, Simonem fauore & amore proſequitur; ſed cùm per Athenobium petitas Gazam, Ioppen, Hieroſolymas; aut pro iis ratione vrbium 300 talenta, tributum totidem, non impetraret, excandeſcens grauiter Cendebæum ad Iudææ populationem ablegat, qui victus à Ioanne & Iuda, hominem magis exacerbauit. Adeò vt confeſtim cum exercitu Hieroſolymas properaret,

Athenæus lib. 1.

Ioſeph. lib. 13. cap. 7.

1. Machab. cap. 10.

Iuſtinus lib. 35 ait in prælio cecidiſſe.

2. Machab. cap. 13.

a Theos hic dictus. Liuius lib. 55.

1. Machab. cap. 13. & ſequent. 4.

Ioſephus lib. 13. cap. 10.

Athenæus. lib. 8. cap. 2.

Iuſtinus lib. 36.

1. Machab. cap. 15.

2. Machab. cap. 16.

Ioſephus lib. 13. cap. 11.

Dictus eſt Balas, & Epiphanes.

Iudæ fratrem.

Philometoris.

Arabia Regem.

Priùs dictus Diodotus Apamenſis.

Tribus annis.

Triennio.

Anno 3827.

Aſmonæum.

Id eſt, 600000 coronat.

Filiis Simonis.

Hunc aliqui trahunt quod ſupra in Antiocho Magno retuli.

Digitized by Google

ret, Iudæos internecione deleturus, niſi pecunia manus ipſi & iram abſtuliſſent.

CAPVT XIII.

INTEREA Demetrius, quem in Hircaniam miſſum ſupra dixi, priuatam licet opulentam vitam pertæſus, hortatore Calimandro in Regnum reditum parabat. Sed Phraates equitum celeritate per compendia viarum occupatum retrahit, & coniugi arctiori cuſtodia obſeruandum remittit. Hac clementia nihilo melior effectus, eodem comite fugam repetit, eadem infelicitate deprehenſus in Regis manus venit, talisque aureis ob puerilem inconſtantiam donatus, coniugi & liberis ſecundò donatus, in pœnalem remittitur Hircaniam. Hæc autem Parthi clementia non affinitatis, aut miſerationis gratia, Demetrio obueniebat; ſed quod Syriæ inhians hoc aduerſus Antiochum vltoros ſe putabat, prout res, tempus, aut fortuna belli exegiſſet. Quod ſic euenit. Conſilio enim Parthorũ non obſcurè obſeruato Antiochus, occupandum bellum ratus, induratum multis finitimorũ prœliis militem in aciem producit. Luxuriæ non minor, quàm militiæ apparatus erat: quippe 800000 armatorum, millia 300 lixarum cohors ſequebatur: coquorum, piſtorum, ſcenicorumq; numerus iniri vix poterat: auri argentiq; tantum, vt gregarij caligas auro materiamque auro fingerent, cuius amore populi ferro dimicant. Sperabat miſer Arſacis Imperium magnis ſcyphis exhauire. Quæ ſpes certa eſſe videbatur, cùm tribus prœliis ſuperior Babylonem reuertens milites in hybernа diſtribuebat. Sed mittitur repẽtè in Syriam cum exercitu Demetrius, cui ſe ciuitates copiatũ præbitione & iniuriis militum grauatæ plurimæ tradunt. Accurrit ad nuncium defectionis Antiochus, & cum Phraate obuio fortiter pugnans, à ſuisque

Iuſtinus lib. 38. — *Partherum Rex.*

Liuius lib. 59.

Oroſius lib. 5. cap. 8.

Iuſtinus lib. 38.

Valerius Max. lib. 9. c. 1.

Liuius lib. 59.

Athenæus lib. 10. cap. 12. ait hoc Arſacem dixiſſe mortuo.

Digitized by Google

Iustinus ait eum in bello secidisse. Ælianus.

Iustinus l. 39.

Plutarchus apophthegm.

suisque desertus è rupe se dans præcipitem captiuitatis ignominiam filiam hoc prælio captam matrimonio sibi iungit, occisum patrem Parthus ob virtutis reuerentiam regio funere aureo loculo sepelit. Erat enim indolis bonæ & qui citra adulationem liberos alicuius æstimabat. Vnde cum in venatione à comitibus desertus ignoto habitu ad rusticanam domum diuertisset, & per cœnam regis mentio incideret vnus ex contubernalibus regem bonum esse aiebat, sed venationi plus æquo intentum res magnas sæpe posthabere. Postridie regio cultu ornatus stipatusque satellitio, eodem contendens, tantum abest vt succensuerit vt etiã laudatis tum primum se veros de se sermones audisse profiteretur. Anno 3838.

CAPVT IV.

Iustinus l. 39.

VT ad historiam redeamus. Antiocho è vita sublato, Demetrius iterato diadema sumit. Qui infelicium bellorum notam eluere volens, in Ægyptum arma transfert, Cleopatra socru pretium auxilii regnum offerente. Sed dum aliena insectatur, propria Syriæ defectione amittit. Ptolomæus enim audita sororis in Syriam fuga, iuuenẽ quendam Protarchi negotiatoris filium submittit, qui se Antiochi adoptione in regiam familiam relatum iactet, auxiliisque Ægypti regnum quærat, Syriis iam quemlibet Regem præ Demetrii fastu laturis. Venitur ad manus, vincit Alexander (hoc enim nomen iuueni imposuerant) deseritur à suis, vxore, liberis, exercitu Demetrius, Tyrum religione templi se defensurum cogitans, nisi ipso nauis ingressu præfecti iussu occisus fuisset. Sequitur cædem patris filii patricidium, quem mater, quasi ipsa inconsulta diadema sumsisset, è medio tollit, Antiocho qui restabat ad regnum reseruato. Interim Alexander fœdere cum Iudæis renouato pacis & felicitatis impatiens, Ptolomæum ipsum à quo

Vide de quibus est in Liuij l. 68.

Tryphon.

Ioseph. l. 13. c. 13.

Anno 3843. Regni secundi anno 4. Cleopatra.

Appianus Syriacis sagitta sua manu missa fatum.

Ioseph. l. 13. c. 17.

Zebenna ei cognomen. Physconem.

regno ornatus erat, despiciebat. Qui indignatus Antiocho Athenis aduocato auxilia præbet, vt Gryphinum filiam coniugem mittit, populos in auxilium, belli non tam societate quam affinitate sollicitaturus. Nec frustra fuit. Nam instructum Ægyptiis viribus Gryphum plerique exceperunt, prælioque Alexander superatus Antiochiam fugit. Vbi pecuniæ inops cum stipendiis impar esset aureum victoriæ signum è templo aufert, ioco sacrilegium circumscribens. Sed cum vlterius Iouẽ ipsum rapere aggrederetur, deprehensus concursu multitudinis fugatus, vi tempestatis à suis desertus, à latronibus captus, à Grypho necatus est. Ita externo hoste Gryphus liberatus in domesticas incidit insidias. Mater dominandi libidine marito prodito, filiorum altero perempto, huic quoque ab excitatione venienti venenum miscuerat. Rex edoctus de insidiis quasi pietate cum matre certaret priorem ad potum inuitat, abnuentique instat mox & prolato iudice eam arguit, solam superesse dictitãs defensionem, si quod filio parauerat, ipsa hauriat. Sic victa scelere in se verso extinguitur, filioque quietum tantisper regnum relinquit, donec ipse fratrem Antiochum qui Cyzici educabatur arte materna perimere tentans, vt maturius de regno certet, quietum excitauit.

Gryphus ob nasi magnitud. dictus est.

Diccbat sibi à Ioue datam commodato victoriam.

Iustinus l. 39.

Anno 3844. regni 2.

Philometor hinc dictus per antiphrasim.

Hinc Cyzicenus dictus est.

CAPVT XV.

CVI cum Cleopatra ex Ægypto adueniens nudum vxoris nomen afferret, exercitum Cypri sollicitatum velut dotalem adduxisset, par viribus factus, prælium committit, vincitur, fugatur. Antiochia capta, capta simul & Cleopatra, & à sorore quod peregrinos exercitus in certamina fratrum aduexisset, accusata, ad cædem quæritur. Resistebat Gryphus, eam enim esse quã sexus periculis & sæuitiæ bellorum eripere, necessitudo sanguinis

guinis etiam tueri, & templi quo confugerat religio debeat.

Sed hæc non misericordiæ, sed amoris verba interpretans Gryphina, percussores ad fanum mittit. Qui deæ simulacrum amplexanti manus præcidētes, execratione parricidarum violatis numinibus mandata decidētem obtruncant. Non multo post repetita prælii cōgressione victor Cyzicenus Gryphinæ captæ supplicio vxoris manibus parentauit. Nec ideo fractus Gryphus, nouis per Seleucem aduectis ex Ægypto copiis instructus, bellum reparat; quod non nisi vtriusque fratrum morte terminatum est. Grypho Heraclionis fraude sublato, Cyziceno post infelicem pro Samaritis in Aristobolum & Antigonem Iudæos pugnam, à Seleuco Gryphi filio victo necatoque. Nec verò Seleuco diu regni potestate frui integrū fuit, qui à patruele Antiocho victus, & in Ciliciam profugus cum à Mopseatis tributa exigeret acerbius, sine populi tumultu, siue in ludis Antiochi dilectus est, iuxta Gymnasium aut vt alii, in palatio cum amicis igne consumtum periit. Antiochus Cyziceni filius antequam regno initiaretur, ab eiusdem nominis Gryphi filio profligatur. Interim à Ptolomæo salutatus Rex Demetrius filiorum Gryphi tertius, è Guido accersitus. Qui Iudæis in Alexandrum rebellantibus auxilio fuit, victum tamen persequi non ausus, in Syriam reuertitur. Vbi fratrem Philippum temere irritans, ab eo, Arabibus, & Parthis oppugnatus dedere se cogitur, abductusque in Parthiam honorifice habitus est. Philippum fratrem Antiochus Regem videre non sustinens, Damasci proditæ causa bellum suscipit, qua reddita bello quidem finis impositus, sed Philippus à Gabinio captus regno excidit. Quod frater Antiochus arripuit, quam primum Roma, quo regni Ægyptiaci spe contenderat rediit. Et quidem in itinere à Verre in Cilicia spoliatus, in Arabiam mo-

Anno 3873. regni 29. ætatis 45.

Io. Hircani filius.

Quintus eius nominis.

Ioseph. l. 13. c. 19.

Appianus.

Ioseph. l. 13. c. 19.

Anno 3875.

Pius est cognominatus per iocum.

F. Io. Hircani.

Iosephus li. 13. c. 20. Ægesippus l. 1. c. 10

Athenæus l. 13. c. 23. Myrinam vocat eius amicam.

Lathuro.

D. Aut fuit ἰκτερῶδ.

Anno 3877.

Anno 3879.

Dionysius cognomine.

Cicero in Verrem.

uens, Iudæam petit, frustra reluctante Alexandro
Iudæorum Rege, positisque ad Alabium castris, cum Areta Rege pugnans occiditur, militibus qui ex fuga reliqui erant fame enecatis.

Ioseph. l. 13. c. 22. *Anno 3880.*

Vide Arabica.

CAPVT XVI.

Appianus Syriacc.

ITA Syria, toto Mithridatici belli tempore, quod contagio multarum gentium annum excessit quadragesimum, varios sortita est dominos, verius quam Reges continuata quidem stirpis serie, sed vix nisi cædibus aditu ad imperium patefacto. Cum Demetrius vt supra diximus ab Alexandro oppugnaretur, rebus suis diffidens, apud hospitem Guidium duos ex filiis cum magno auri pondere demandauerat, vt belli periculo exemti, si ita fors tulisset, paternæ vltioni seruarentur. Ex his Demetrius audita Alexandri luxuria, quem priscarum sordium oblitum insperatæ opes & alienæ felicitatis ornamenta velut captiuum, inter Scortorum greges desidem in regia tenebant, auxilio Cretensium nihil hostile metuentem adoritur. Antiochenses veterem patris offensam nouis meritis correcturi, se tradunt, milites paterni olim prioris sacramenti religionem noui Regis superbiæ præferentes signa transferunt. Atque ita Alexander non minori impetu fortunæ desertus quã elatus pœnas dedit & Demetrio quem occiderat & Antiochio cuius originem mentiebatur.

Iustinus l. 35.

Soter.

Nicator dictus.

Anno 3818.

Demetrius paterno regno redditus, per Apollonium præfectum Iudæis bellum indicit, cum quo Ionathas congressus Ioppem capit, hostem Azotum vsque persecutus 8000. ex iis cum vrbe temploque flammis & cæde necat. Placatus tandem à Ionatha ingenti gloria ornato, Iudæam cũ adiunctis Samaria & Galilæa immunem permittit, 300 talentis acceptis *a*. Hoc rerum successu corruptus vitiis adolescentiæ, in segnitiem labitur tantumque apud omnes odium ex contemptu iner-

Calesyria.

1. Machab. c. 10.

a Id est, 1800000 coron.

APPENDIX.

QVAMVIS constituta à Romanis Syria, manserunt tamen eorum permissu aliquot certæ partis tyranni *c* vt Calcidicæ, Emesæ, Trachonitidis, Bataneæ & Abellinæ.

c Cæsar l. 3.

Plutarchus.

M. autem Scaurus à Pompeio regioni datus rector, cui Reges Iudææ & Comagenæ aut saltem procuratores aliquatenus subiacerent. Scauro L. Philippus Philippo Cn. Lentulus ex prætura successerunt. Ex consulatu autem A. Gabinius qui Ptolomæum reduxit, & in exilium pulsus à Cæsare restituitur. Missus post hunc M. Crassus qui à Parthis necatus, C. Cassio quæstori suo reliquit prouinciam. In quam M Bibulus multis post Cōsulatū annis missus est & post eum P. Scipio Pompeii socer.

Dio l. 39.

Appianus.

Dio l. 47.
Liuius l. 114.
Siganius lib. 1. & 2. de iure prouinciarum.

Post ciuile Pompeii & Cæsaris bellum cum S. Iulius à victore prætor designatus à Cæcilio Basso Pompeianarum partium homine deletus esset, C. Antistius Cæsaris fautor imperium arripuit, vt se etiam à M. Crispo & L. Statio *g* passus sit obsideri. Mortuo Cæsare Senatus P. Dolabellæ ob interfectum Trebonium ad emtam prouinciam in Cassium transtulit, cui postea Antonius collegarum permissu Orienti præfectus, Decidium Saxam &eo necato P. Ventidium legatum imposuit. Post quem Sossius Cyrinus alii. Ex quo tempore Partho via facta fuit in Syriam, quæ nec vnquam ab eius metu libera fuit.

g Munce Consulii.

Liuius li. 19.

Plutar. Antonio Syriam Cleopatra ab eo datam.
Dio li. 48.
Dio lib. 49.

Dio l. 51.
Vide Cyzicum & Antiochiam.

Post Actiacam victoriam Q. Didius Syriæ præfectus fuit qui in Arabum defectione impetrata & gladiatorum reductionem nō parum attulit momenti ad belli certitudinem. Ab Augusto etiam

Dio l. 53.

Idem lib. 54.

Agrip-

Sueto. Tiberio c. 39 & 41 Agrippa huc missus, hinc reuocatus in vrbẽ tribunitia potestate honoratur. Substituto Germanico

Dio l. 59. post cuius mortem aliquot annis Tiberii negligẽtia caruit consulari legato. Vitellius Syriæ impositus Artabanum ita terruit vt in colloquium veniens se statuis Caii & Tiberii, sacrificaturum promitteret.

Nero l. 62. A Nerone Corbelo quo fidelior ei alter non erat inflammatæ Parthicis armis regioni curator aduenit, qui Parthos, Armeniosq; Romanis conciliauit. Iudaici belli tempore vicinum etiam Syria sensit discrimen quod pacato Oriente cessauit.

Xiphilinus ex Dionis l. 68 Traiani æuo Palma prouinciæ huius rector Arabiæ partem Romanis adiecit, post quem ab ipso illo Traiano P. Ælius Adrianus ibi relictus est.

Hanc Cassius præfectus à Faustina inuitatus ad

Theodosius & Xiphil. ex Dio. l. 71. rebellandum M. Antonino impulsit sibi imperiũ somnians. Sed à decurione & vita & spe priuatus est. Philosophus.

Ex Dionis l. 73. Post Didium autem ex triumuiris Niger hanc

Ex eiusdem li. 74. fortitus est quo victo & necato ad Seuerum deuoluta est eius dispositio ad quem etiam Osrœni &

Ex l. 75. Adiabeni legatione missa qui nuper defecerant se tradiderunt.

Ex fragmentis Dionis l. 79. Auitus ad imperium euectus scelerum suorum etiam in hac prouincia reliquit exempla vbi Nestorem & Fabium Agrippinum qui huic præerant cum primariis equitibus necauit.

Nec multo post assurgentis Persiæ gloria
hanc offuscauit prouinciam.

BABY-

BABYLONICA.

CASPARO VLENBERGIO S. THEOLOGIÆ LICENTIATO D. GEREONIS COLONIENSIVM Canonico, Viro clariſſimo, veteris Babiloniæ hiſtoriam dedicat hoc ſæculari anno ſexcenteſimo ſupra milleſimum à Chriſto nato.

IOAN. B. GRAMATE.

BENE *dixit, qui dixit: ingrato homine terram nil peius tuliſſe, cuius notam ne incurram, aliquid meorum laborum tibi cõſecrare viſum, quem tenerioris ætatis meæ moderatorem & ſtudii formatorem appellare poſſe gaudeo, felicem nimirum me qui in ea tempora inciderim, quo tu communi ſenatus Ampliſſimi ſuffragio exoratus Laurentiani Gymnaſii onus tuis imponi humeris paſſus es & ſeneſcentem temporis vitio diſciplinam reſtituiſti, maximo eorum quibus eſt ſanior mens gaudio & Reipublicæ emolumento. Iam quod tuus Seneca alicubi ad Lucilium ſcribit, ſeceſſiſti ab hominibus imo etiam à rebus primumq; à rebus tuis poſterorum agens negotium. Semper aliquid literis mandas, velut medicamentorum vtiliũ compoſitiones animæ morbis curandis. In hoc ſtudio ſtadio currentem ego ſi te intercipio excuſabis, pro tua quam neminem latere pateris humanitate. Sufficit mihi hoc agere ne immemor tibi & ingratus videar aliis, qui infinitis me deuinctum tenes beneficiis. Inſuper ſi quid otii & honoris meo volumini impendere dignaberis, vt iudicii tui calculũ intelligere poſſim, res erit quæ in gratiſſimis reputabitur, in quo concludo & Deo Opt. Max. conatus tuos in rem communem cum voto ſolenni committo. Nonis Februarij.*

CAPVT

CAPVT I.

Genes. 10.

Vterbienſis.

Caſtaldus, & alij.

Ortelius in Theatro.

Sa in 5. Zacharia.

Mela lib. 2. cap. 11.
Solinus cap. 4.
Vel vicina ei.
Beroſus.

Guidas in voce Canopus.

Hiſt Schol. cap. 37.
Euſebius lib. 11.
Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 26.
Epiphanius.

QVAM alij Sinear, quidam à Moyſe vocari Babylonem, alij Tetrapolim ex Babel, Erach, Acad, Calne fuiſſe contendũt: ex neotericis nonnulli cum Baldach confundunt, quòd locus iſte noſtro æuo celebris à veteris Babyloniæ ruinis non procul abſit; vbi Antichriſtum naſciturum Theologorum Senatus credit. Vt vt eſt, Chaldæorum Prouinciæ caput ſemper, Aſſyriorũ Regia aliquando, Saracenorum ſedes modò eſt clariſſima. Antiquiſſima fuit in hac vrbe ignis religio à Nimrodo introducta, ob Chamum credo cæleſti igne abſumptum; & quòd igni omnia cedere viderent, & crederent, niſi quòd Sacerdotũ Canopi aſtu ſemel decepti ſint, qui vas fictile loco coronæ a ſtatuæ ſuæ impoſuerũt aqua plenum, foraminibus obturatis cera: quæ appoſito ìgne liqueſcens eum exſtinxit, Chaldæis vltrò cedentibus, & aliquid Deo ſuo maius confeſſis.

Hieronym. & Net. Ieremiæ 25. ait, Seſach appellatã. 1. & 12. 3 capite litera in 1. & 12. à ſine mutata Babel dictam.

Strabo lib. 11. ait, Chaldæos olim & Calybes, & Bizares dictos aſſerit.
Vide ea quæ de Zoroaſtre in Bactrianis.

In Ægypto.
a Serapidi.

CAPVT II.

Primi coloni.

ETSI de loco quidam ambigant; nominis tamen identitate ducti turris portentoſæ erectionem hîc inſeremus. Poſt eluuionem mundanã annis 133 cum naturæ liberalitate numerus hominum magis magisque augeretur, aliasque, quòd Syria multitudinis capax non eſſet, terras petere cogitarent, placuit Nimrodo auctore ante ſeparationem immenſæ altitudinis turrim erigere, gloriæ futurum monumentum, & eluuionis, ſi qua inciderit, obſtaculum. Cæptum opus perfici non tulit Deus, ſed linguarum confuſione immiſſa neceſſariam, & ideo faciliorem diſceſſionem accelerauit. a Septuaginta duo huius operis Principes

Locum iuxta Euphratem eſſe ex lapidum congeries quidam conijciunt, alij aliter.

Vide Claudianum, Gerobium, & Ouidium de Gygantomachia.
Iosephus lib. 1. cap. 9. ex Eſdra et Sibylla vaticinium.

Figura Luciferi è cælo eiecti.

Genes. 11.

Philo de confuſione.

Huc trahenda de Gygantibus fabula 1. Metamor. qui cælum oppugnare volentes fulmine icti ſunt.

a Vide Peſſeninum lib. 2. Bibliotheca cap. 1.

Digitized by Google

Augustinus lib. 16. cap. 4. lib. 6. cap. 11. de Ciuitate. Mochus Essiqui ventu dissectam turrim vult. Philo Antiquitatibus prolixè de hac re. Berosus lib. 4. & 5. antiquitat. Archilochus de temporibus. Author de Æquinoctiū. Berosus lib. 5. Iustinus Nino id tribuit. Ita Augustinus sentit. Diodorus lib. 3. cap. 1. Orosius lib. 2. cap. 3. c Calius lib. 8. cap. 11.

extiterunt, qui paulo pòst distracti gentibus suis initia dederunt. Sola domus Heber expers huius consilij natiuum sermonem cõmunicato ipsi suo nomine reseruauit. Ita aliis aliò se conferentibus Nimrod, & post eum filius Belus dominationem Babylone tenuerunt: post mortem, vt est gens ad omnem superstitionem facilis, in Deorum numerum relati; ita vt Saturni, Iouisque appellationem sortirentur, qualiter dicti quicunq; regionis primi incolæ, aut coloniarum Principes extiterunt. Cæterùm Iouis Beli tempore oppidi magis, quàm vrbis Babylonicæ fundamenta iacta sunt. Cæptum etiam bellis fines Regni propagare; atq; adeò omnem ab Armenia vsque Sarmatiam occidentalem plagã imperio suo adiecit, progressusq; vlteriores, vt historici tradunt, morte præuentus Nino filio reliquit, & mandauit. Ego verò (date veniam coniecturæ) sacrorum codicum authoritate, Ninum Semo oriundum in pulsi ditionem Beli venisse puto; nec mihi persuadeo à Chamo ortum Regnum tanto tempore duraturum fuisse. Accedit quòd Babylonios à Nino victos etiam profani autores scriptum reliquerunt: imò ipsam Babylonem à *b* Nino conditam; nomen tamen à quodam *c* Medi filio accepisse.

Diodorus lib. 1. Belum ex Ægypto venisse, & Babylonem Chaldaeisq; instituisse. & lib. 2. cap. 3.

Beli sepulchrum altitudine stadij Babylone. Strabo lib. 16. quod Xerxes eruit, de quo Ouid. lib. 4. Meta.

Eusebius præparationis 9. capite 4. Eupolemo ait, Babylonem priùs conditam à gygantibus qui diluuium euaserant.

Authores vt concilientur dicendum, vel restitutam, vel auctã à pluribus, quo conditorum nomine vocentur.

CAPVT III.

De Semiramide.

Strabo lib. 16. Mela lib. 1. cap. 11.

DELETA à Medis Nino, Semiramis Nini vxor Babylonem delegit Regiam, quam situs loci, Euphratis alluuio, terræ bonitas commendabat. Hanc in vrbis formam redactam ita exornauit, vt condidisse credatur. Inprimis latere cocto eam cinxit, quem tenaci *a* bitumine vinxit, murorum ambitus *b* stadia 480 excessit quaquauersũ æquali proportione: ter decies centena hominum millia huic operi intendebant: centum portis adibatur: turri-

Vide Medica & Assyriaca.

Berosus. Martialis lib. 9. epigr. 27. Theocritus Eyd. 16. Died. 360 ponit. b Herodotus lib. 1. Curtius 558. Solin. c. 6. 6000 passuũ. Diodorus lib. 3. cap. 4. Claud. 1. in Entro.

a De eius istis locis copia vide Plinium, Solinum, Melam, Medicos, & Physicos plaresq; ex neotericis Scaligerum, & Asia Scriptores.

Nisi certum pro incertum merum potiũ malimus.

CAPVT IV.

De Pyramo & Thysbe, Cyparisso, aliisq;, & Derceti Nympha.

Diodorus lib. 3. cap. 2.

DERCETA Nini filia fuit, quę apud Babylonios ſtuprum paſſa cùm aſpectus popularium formidaret, antro ad flumen ſeſe abdidit; & forſan doloris pudorisque impatiens in aquis vitam finiuit.

Hanc Venerem aliqui vocant ob pulchritudinem, inde in piſcem verſam fabulantur Poëtæ.

Ouidius 4. Metamorph. fabula prima.

Hæc aliquibus Dagon eſſe putatur in ſacris.

Ouidius 4. Metamorph.

Huic annectendi Pyramus & Thyſbe inſigne amantium par: notitiam habitationis vicinia, amicitiam temporis progreſſu contraxerãt, quæ quòd matrimonio non fuerit conſummata parentum obſtabat moroſitas. Interim nutu, ſignis, & furtiuo ignes fouebãt alloquio. Tandem moræ impatiens amor, ſi non erumpendi, ſaltem erependi modum inuenit. Conſtitutum, vt cuſtodes quisque ſuos fallens domo & vrbe excedat, & alter alterũ loco deſignato præſtoletur. Thyſbe occaſionem nacta maturius euadit ad dictum locum, vbi conſpectu leænæ territa, amictu neglecto in ſyluam ſe abdit, quem fera ore cruentato laniat, laniatum relinquit. Pyramus paulo pòſt ex condicto veniens, amatam à feris abreptam ſuſpicatus gladio ſe conficit, ne doloris ſuperſtes eſſet: Thysbe palpitanti ſuperueniens, ne amato ſuperuiueret eodem gladio, & tantùm non eadem manu concidit,

Terrimam, quam in eius muni pariete notarant.

Ad buſta Nini extra vrbem.

Fabulæ Eius ſanguine morũ hunc colorem induiſſe, quem primo alba poma habuiſſe fabulantur.

Amoris exemplum aliud accipite. Apud Aſſum Babyloniæ vrbem puerum Delphinus adamauit, quem dum poſt aſſueta colludia diſcedentem impatientiùs ſequitur arenis inuectus hæſit. Hunc affectum Alexander Macedo Numinis interpretatus puerum Neptuni ſacerdotio præficit. Terræ huius felicitas facit, vt toties amoris ludum videre & audire cogamur.

Solinus cap. 18. ex Egeſippo.

Conſer quæ de Arione alibi collegit T. Meſſius, Verderus, & alij.

Philoſtratus lib. 1. de vita Apollon.

Cypariſſus Aſſyrius puer fuit forma præ cæteris eleganti, & ſacris Apollinis præpoſitus, cuius defun-

Alij ex Cæa eum fuiſſe, ideo ab ea amatus fingitur.

defuncti honorem teſtantur arboreta feralia, & nunquã ſemel exciſa repullulans cupreſſus. Quanquam ad hominum ſtupiditatem reſpicere fabulam conijcere liceret ex Philoſtrato: cùm etiam Ouidius mortis puero cauſam aſſignet per ignorantiam confixæ ſacri nemoris ceruæ facinus.

Ideo in funere eius vſus. In arborẽ ſui nominis mutatum eſt in fabula.

Metamorph. lib. 10. fabula 3.

Diodorus lib. 2.

Aliter Caſius paulo lib. 8. cap. 12.

Antiqua eſt Babyloniorum in Ægypto colonia, cuius ea fuit maieſtas, vt priorem illã quoquo modo referret: cùm nihil vile habuerit, etſi à ſeruis ædificata, armis quæſita fuerit. In Cappadocia quoque Chaldæorum apparent veſtigia, Aſiaque & toto Oriente. Adeò vt Reges Magos habere vſitatum eſſe cæperit, & perpetuum, qui diſciplinę ſuæ fundamenta non niſi hinc petiuerunt, etiamſi de India Herodotus, de Scythia Beroſus, de Ægypto Suidas loquatur, tanquam locis vnde Magiæ Magorumque petita ſit diſciplina.

Vide propria.

Tertullianus.

Hæc cùm de tempore vix conſtet, & Poëtarum fabulis obnoxia ſint, in vnum caput conijcere malui, quàm hallucinando certum in hiſtoriæ locum emendicare.

CAPVT V.

De initiis Babylonici Regni.

Anno 3145.

INCLINANTE Aſſyriorum imperio, & luxu eneruatis Regibus, primam defectionis mentem & Regni ſpem Arbaci iniecit Beleſus, ſiue is Sacerdos, ſiue Præfectus Babyloniorum fuerit: qui vt, erat aſtrorum & cæli obſeruator, præuiderat Medo Regnum portendi. Id Arbaci neceſſario ſuo, qui Medis præerat, intellectum, animum dedit; præſertim viſa Sardanapali ignauia. Bello inito cùm ſuperior Aſſyrius eſſet, fracti Medorum animi, arma proiecerant, & victoriæ ſpem; niſi idem ille qui bellum ſuggeſſerat, auxilia promiſiſſet. Quibus ſupernenientibus erecti in libertatem omnes, victoria & vibe tandem potiti ſunt: Rege

Phul-Belochus aliis dicitur.

Phu Bel-ochus.

Phul, id eſt, euerſor: Belochus quia Belis Sacerdos dictus eſt.

Diodorus lib. 3. cap. 7.

Digitized by Google

CAPVT VI.

Tobiæ geſta.

Tobiæ 1. Hiſtor. S. Scholaſt. cap. 1.

INTER abductos à Salaman-Aſſar Tobias quidam fuit ex Tribu Nephthalim, homo pius in Deum & proximos, legum patriarum cuſtos ab

Auguſtinus lib. 1. de Ciuitate. cap. 13.

incunte ætate, quem nec Iſraëlitarum Regum exempla, nec Gentilium auertebat conuerſatio. Sua egentibus impertiebatur, cæſos à Tyrannis ſepulturæ mandabat, non obſtante Regum metu, amicorum conuitiis, vxoris imprecatione: quæ inſuper, cùm fortè laſſus ſecundũ parietem dormiens

Tobiæ cap. 2.

ſtercore hyrundinis incidente vſum oculorũ amiſiſſet, infortunium hoc ſuperſtitioni eius adſcribebat. Ille contra nihil, tantùm hortari, inuitare, pacare, orare. Erat fortè in Media Tobiæ debitor

Valeſius cap. 42. naturaliter id vulti factum ex hirundinis proprietate, alij ex accidẽti calore aut ſpurcitie.

Figura Chriſti, qui ſumpto mortalitatis noſtræ chirographo iuit, & comite ignoto, diuinitate, liberauit animam à diabolo, eamq; ſibi deſponſauit.

Tobiæ 3.

Gabelus, cui egenti 10 argẽti talenta mutuauerat. Ad hunc morti, vt putabat, vicinus pater filiũ eius-

Tobiæ 4.

dem ſecum nominis ablegat, comitemq; dat Azariam Ananiæ Magni filium, vt putabat, re autem vera Raphaëlem Angelum. Hoc comite iuuenis

Tobiæ 5.

Allegoria hominis in egenos benefici, qui mortuus ſuam animam Angelo comitatam mittit ad reſcendum, &c.

ſaluus & incolumis occurrentia euaſit pericula.

Tobiæ 6.

Lauanti fortè portentoſæ magnitudinis piſcis adnabat, terrori erat & periculo belluæ immanitas; ſed voce Azariæ attracta in ſiccum oblectamento

Auguſtinus 4. Sermone in feſto Petri & Pauli.

fuit & medicinæ: ſalitus enim in cibum fuit, cor, iecur aſſum, hepar dæmones, fel ab oculis albuginem remouit, ſingula in vſus opportunos. Nam

Figura:
Piſcis Chriſtus, cuius corpus paſſione toſtum dæmones fugat.

cùm Ragueli ex contribulibus & cognatione To-

Aliquibus putantur eſſe fratres, de quibus Matth. 22.

biæ vnica Sara filia eſſet, quæ ſeptem maritis condicta omnibus ſupererat virgo ab Aſmodeo dæmonio necatis. Hæc Tobiæ illac iter facienti, præ-

Tobiæ 7.

Tobiæ 8.

miſſa prece & ieiunio, in manum datur. Azarias deinde ad Gabelum profectus mutuum retulit.

Tobiæ 9.

Tum ſimul domum reuertentes gaudium parentibus attulerunt; præſertim patri fellis beneficio reſtituto. Tot tantisque beneficiis effecti tandem

Græci dant cauſam dæmonis in Saram amorem, Latini matrimonij abuſum ad ſolas voluptates.

vnum

Tobiæ 12. vnum illud omnium maximum cognouerunt, Raphaëlis Archangeli opera omnia hæc euenisse.

Tobiæ 14. Quare gratias agentes summa felicitate, & senio vitam finiuerunt.

CAPVT VII.

4. Regum cap. 19. VT ad publica redeamus, patre sublato è viuis Babylonicũ Imperium administrauit Sennacherib homo crudelis & superbus, qui non contentus decem tribuũ abductione duabus reliquis inhiabat, Ezechiæ Regi bellum indicens, Hierosolymam obsidione vrgens portis assultabat: Ezechiã frustra Deo confidere, victorem Gentium, euersorem Samariæ effugi non posse, ni matura deditione sibi consuluisset; Azotum expugnatũ, Lachin & Libnan vrbes obsessas. Tam arctis rebus Ezechias Deo fretus, Esaiæ vaticinio firmatus persistebat. Interim noui in Ægypto motus concitabantur, ad quos compescendos relicto Rapsace Duce profectus est Sennaherib. Cognito autem quod Thirac Æthiopum Rex Ægyptiis subsidio veniens Assyriam peteret, reuersus Rapsacis exercitum inuenit deletum: nam vna nocte Angelus 185000 virorum deleuit. Hac clade perculsus Rex cum ignominia ad suos rediit, omnemque in captiuam Israëlem iram euomens innumeros quotidie neci dabat. Tandem ipse in æde Nisrochi filiorum manu interemptus, dignum se pependit supplicium. Huic nescio quare in Ægypto statua murem tenens sacra sit. Ex filiis autem Assar-Haddon successit, qui patre foris occupato domi Reip. negotia administrauerat. Qui ob insignem in captiuos Iudæos crudelitatem, Niniue deleta, pulsus, regnoque & vita spoliatus est à *a* Merodaco, qui Babylonis Satrapa fuerat nuper. Hic auditis Iudæorum miraculis Regi Ezechiæ Legatos misit, quibus ille thesauros suos inspiciendos dedit. Hęc ostenta-

Niniue residens.
Id est, biceps gladius.
Sargon Esaiæ 20, id est, Princeps horti.

Anno 3232.

Adra-Melech, Sar-Assar dicti.
Obiit anno 3233.
Id est, Assyrius acutus, primus huius familiæ, quæ 57 annos regnauit sub 3 Regibus.
Prædictum à Nahum Propheta.
Iosephus lib. 9. cap. 17.
a Id est amara contritio.

2. Paralip. cap. 32.
4. Regum cap. 19.
Iosephus lib. 9. cap. 19. ait Ezechiam pecunias misisse, quibus acceptis Rapsacem ad obsidionem misit.

Esaiæ 20.

Histor. Schola. 4. Regum cap. 29.

Traditum Esaiæ 9. 20. 43.

Herodotus lib. 2. Sennacharibum vocat.

Esaiæ 36, & 37.
Iosephus ait pestem eos consumptos.
4. Regum cap. 19.

Tobiæ 1.

2. Paralip. cap. 32.
Iosephus lib. 10. cap. 1.

Herodotus lib. 2.

Iosephus lib. 10. cap. 1. Azaraxoldus vocatur, alii Nabugodonosor fuisse putatur in libro Iudith.

Sigonius in Sulpitium ex Suida et Glyca hunc Assyriorum Regem vocat.
a Alii Baladan Brodach, Ptolomæo Mardocempadei.
4. Regum cap. 20.

Iosc. l. 10. c. 3.

2. Paral. c. 35.

ostentatio captiuitatis secuturæ causa fuit, quæ cõtigit filio eius quẽ Ben Merodach Merddachi filius fœdo carceri per decennium addixit, vnde tamen male actorũ ductus pœnitudine in regnum remissus est. Post Ben Merodach Nabugodonosor regno potitur, cum Phœnicibus diu luctatus, Phraortem Medorum Regem castris & vita exuit, Nechonem Ægypti regem per filiũ in Magdalo debellauit, hęc exempla cum virtute ad filium transmisit eiusdẽ secum nominis, cui præclare facta Magni nomen dederunt. Huic cum Iudæis bellum fuit. Cumque Ioacham à Nechao Rege Ægypti qui Asiæ inhiabat captus, Ioachim frater in locum eius suffectus esset, Nabuchodonosor hunc ad tributa consueta adegit, quæ ipsa dum spe Ægyptiaci belli detrectat, capiendæ vrbis & populi dedit occasionem. Sedechias autem à Babylonio constitutus Rex, dũ deficit, diruendæ & per Nabuzardam delendæ. Nec in Iudæos modo sed & Ægyptios nominis ipsius & virtutis fama penetrauit. Quorum regem non vno prælio victum sibi subiugauit, attriuit, necauit & Iudæos, qui in Ægyptum perfugerant, retraxit: Tyrum quoque per 13 annos obsessam fatigauit, Syriam omnem Nino deleta, quæ plærorumque est opinio, suæ ditionis fecit: plane vt nihil eius obstaret magnitudini, regnumque ab India vsque Æthiopiam propagauit.

Traditum Isaiæ 39. Obit 3203.

Id est, diuinus iudex vel tribulator.

Anno 3338. obit. Iosephe Nabulassar. Herodo. l. 1. 4. Reg. c. 23. 2. Paral. c. 35. Iosc. l. 10. c. 11. Ptolom. Nabupolassar. Straboni Nauocodrosorus l. 15.

Iosephus l. 10. c. 5.

4. Regum paul. aliter cap 24. Vide Iudaica. Hieremiæ 46. 2. Paral. c. 36. 4. Regum c. 25.

Ezechielis 29. Vide in Ægyptiacis. Ezech. 32. Iosc. in Appi. Ezech. 26 & 27.

Vide superius.

Hist. Schol. c. 5. ex Megastene & Diocle. Tertul. in Iudæos.

CAPVT VIII.

HÆc foris gesta, domi non minus clara fuit Regis fama, præsertim ex quo Danielis honoratur præsentia. Hic puer vias patrum sorum edoctus, quod esset forma præ cæteris liberali cum tribus aliis Anania, Azaria, Misael ab Asphane eunuchorum præposito ad regiæ mensæ ministeriũ cooptatus, quamuis profanas quibus coæui innutriebantur delicias contemneret, rudi tamen alimento ad omnium inuidiam formosus & fortis

Nomina hi mutarunt dicti Balthasar, Sidrac, Misac, Abednago.

Danielis libro.

Iosephus li. 10. c. 10.

Daniel. c. 3.

Hist. schol. c. 3

Tertul. de resurr.

Daniel. 4.

Hist. schol. c. 4.

effigiem ab omnibus adorari præcepit. Quod cum certatim deprauati adulatione animi exequerentur, tres Danielis comites profano officio abstinentes, ex edicto tei constituuntur; propositaque conditio pœnarum ardens caminus, vt præsenti metu compulsi statuæ aduoluerentur. Verum illi ignibus deuorari quam piaculum cõmittere malentes, vincti in medias flammas cõiiciuntur, quæ intactis Hebræis ministros nefandi operis absumpserunt, intactis etiam Sarabis & Thyaris quamquam Iudæis alienis. Cumq; pueris psalmum Deo concinnantibus quartus specie angeli conspiciebatur ambulans, cedente incendio, quem Rex propius intuitus filium Dei confitebatur. Quemque solum omisso statuæ cultu coli re promulgata imperauit. Ad exiguum durauit ista reliqui entis animi cura, vnde alio mali genere superbam maiestatem conterere visum fuit Deo, idque ipsum somnio præmisso iudicare. Fuit illud eiusmodi. Arborem *a* videbat vertice *b* cælos, ramis *c* vniuersam terram obnubentem, fructu *d* vario, foliis *e* viridibus, quam omne *f* volucrum genus nidis suis & cantu honorabat, sub qua omne *g* bestarum genus pascebat. Tum vigil *h* & sanctus cælo descendens præcepit arborem salua *i* radice, foliis *k* & animalibus *l* abactis *m*, succidi *n* vinculoque ferreo *o* & æreo *p* astringi, rore & graminibus *q* pasci donec septem *r* tempora mutentur. Huius visi mentem, reliquis Chaldæorum obmutescẽtibus, Daniel edisserens hortabatur Regem luxu posito eleemosinis pœnam redimere, quo non impetrato, anno elapso, dum insolenter in palatio obambulans suam iactat felicitatem, Voce cælesti idem quod Daniel futurum prædixerat monitus, æger inter spem metumque à subditis eiicitur & 7 annorum squalore exomologesin operatus, vnguiũ leoninum in morem efferatione, & capitis incuria aquilinum horrorem referente, verbo dicam: cor-

a *Nabugodonosor.*
b *Maiestas.*
c *Regnum.*
d *Voluptas.*
e *Diuitiæ.*
f *Adulatores.*
g *Subditi.*
h *Deus Iudex.*
i *Vita.*
k *Opes.*
l *Subditi.*
m *Alienatio.*
n *Regno ejici.*
o *Vt Leo.*
p *Vt aquila.*
q *Vt bestia.*
r *7 anni.*

Suidas in horto pensili à se structo obambulantem ait se iactasse.

Allegorice hæc scribi aliquis sentiunt. Tertullianus de corona.

Theodoretus ait eum furiosum fanum ædisse.

Daniel 7. leæna, habenti alas aquilæ Nab. comparatur.

Vnde fabulantur eum frenasse leones, eosque insedisse.

pore victu, conuersatione, bestiam imitante, postquam satisfeciſſe visus est restituitur.

Sulpitius eum pœnitentem hæc egisse.

Totoque deinceps vitæ tempore serius DEI cultor exstitit sui memor intra humanos se continens.

Hinc Esaiæ 14 Lucifer & filius aurorę dicitur, nisi quis ad orientu regnum id trahat.

Obijt anno 3381

CAPVT IX.

SIMILE morum & vitæ institutum filio cum diademate trãsmisit, qui Amilinus vocabatur, cognomine Enil-Merodach ob quietem credo, quam desidiam aliqui interpretantur, indito. Hic Ioachim post longos carceris squalores luci restitutum, mensæ suæ consortem, & consiliorum participem effecit. Huic vxor fuit nihilo Semiramide inferior, Nitocris, quæ videns res Medorum indies augeri, nec ex re Babyloniorum fore tam vicinam potentiam, omnia Medis vicina loca immenso opere communiuit, fluuiumq; Euphratem qui hactenus inoffenso itinere toto vndarum impetu Babylonem vehebatur, ita circumduxit, vt Arteticam pagum ter idem perfluat.

Obit 3412.

Id est, stultus Merodach.

Iosepho vocatur Amilmatacapus & Abimatodecus.
Hierem. 52.

Herodotus l. 1. ait eam 5. sæculo post Semiramidem vixisse.

Vide Assyriaca & hæc superius confer.

Hæc quidam Semiramidi attribuunt.

In Assyria.

Eiusdem fluuii vrbem in duas partes secantis vtramque ripam ponte operosissimo iunxit, mira incolarum commoditate.

Cæterum Amilino breui è viuis sublato Reg-Assar successit, frater vxoris, vel vt alii sororis aut demum, vt plærique ipsiusmet filius.

Iosepho Neregalassar, & Egissarius.
Vt Iosephus.
Vt alij.
Vt Metasthenes.
Iosepho filius est, frater Metasthenis.
Herodoto vocatur Labynitus.

Qui Lab-Assardach nactus est successorem, in quem Cyrus Asiæ dominationem affectans bellũ mouit. Cumque dubium an diffidentia, an securitate, mœnibus se contineret, Cyrus exercitum promouit. Rursum cum in Gyndis fluuii deriuatione stultè Cyrus occuparetur, nihil hostile metuentes Babylonii, festos dies choræis & lætitia alioquin ipsis familiari agebant. Qua occasione Persarum lectissimi parte qua Euphrates superioris Reginæ opera vadosus erat, irrumpentes, nihil sentientibus, & qui alias obseratis quæ ad flumen tendunt

Forte hoc est bellum quod Xenophon l. 1. Cyropædiæ & 2 vocat Assyriorum & describit.

Iustinus l. 1.

Digitized by Google

tendunt portulis, conſcenſoque ſepto pro ripis ſtantes peſſimo exitio multaſſent, ſuperuenerunt. Vrbem captam incolæ non prius quam hoſtes in foris conſpicerent, aduerterunt, nec tamen ad omnes ob eius magnitudinem niſi triduo elapſo fama captæ vrbis peruenit. *Id eſt, turbatis.*

CAPVT. X.

Aliter Nabenidus vocatur.

Daniel. 5.

Zonaras tom. 1.

Euidus.

Scriptum erat Manetheel Phares.

Hiſt. Schol. c. 7. & 8.

Ioſeph. l. 10. c. 13.

Sulpitius l. 2.

Ioſ. l. 10. c. 14.

Hiſt. S. c. 9.

IN concurſu autem Rex periit, cuius in locum CyrusBald-Aſſarē fratrem ſubſtituit, hominem nequam ſuperſtitionibus deditum & impietati. Hic cum publico principibus & præfectis epulo ſacra templi Hieroſolimitani vaſa, quæ à Nabugodonoſor ablata, theſauris Regiis recondita erant, proferri iuſſiſſet, hisque per luxum & licentiam regalis conuiuii omnes promiſcue abuterentur: ſubito rex in patiete conſpicit digitos ſcribentes, cernebanturque in verſum ducti caracteres, ſed qui legeret non reperiebatur. Magis accitis & nihil ſolidi reſpondentibus, in mentem venit Reginæ Danielem eſſe iam olim occulti myſterii interpretem. Hic aduocatus explicat Regi ob delictum quod ſacra vaſa temeraſſet mortem imminere. Nocte inſequenti cum vix ex pridiana temulentia reſpiraſſet oppreſſus cum vita monarchiam tranſtulit in alium locum. Quæ occupata fuit à Datio Medo Danieli amiciſſimo, quem veſte purpurea, torque aureo donatum, tertium regni principem conſtituit. Ita vt qui vna cum eo potentes erant inuidia exagitati quod ſibi alienigena captiuæ gentis æquaretur, callide Regem induxerint, decernere per 30 dies proximos, vt ſibi diuini honores impenderentur. Daniel huic edicto contrarius reus ſiſtitur, &, quamuis multum reluctante Dario, principes euicere, vt in lacum dimitteretur. Sed obiecto beſtiis nullum periculum fuit. Quod cum Rex comperiſſet, delatores leonibus deputari mandat: qui non ſimili exemplo perfuncti

Hic filius Nabugodonoſor magni vocatur. Danielis 5.
Alij hunc non Regem ſed tantum Satrapam fuiſſe.
Allegoria.
Balthaſar peccata,
Vaſa templi Potentia naturales.
Manus morbus.
Magi medici.
Cyrus damon.
Nox ignorantia.
Regnum calum.

Anno 3459.

Cyri affines.

ſpem inter famentes feras videret, erant damnandi, delatores nempe & qui inuidiam viro bono & moleſtias pepererant.

CAPVT XI.

Sulpitius l. 2. Ioſephus Sulpitius. Dario Cyrum Perſam ſucceſsiſſe vnam affirmant.

HÆc Cyro Perſarum monarchæ plærique tribuunt; quid ſi poſſit ad alterum Cyrum trahi quem Medum alii vocant, qui Dario Medo in Babylonis regno aut ditione ſucceſſerit. Duos autem Cyros facere cogitur, quisquis grauiſſimos hiſtoricorum deſiderat conciliare. Dicamus ergo hunc eundem eſſe qui Artaxerxes *a* in ſacris vocatur ob virtutis bellicæ peritiam, qui mortuo forte Daniele cum deeſſet, reprehenſor Samaritanorũ legatione motus Iudæos à templi ædificatione per Cyrum conceſſa per Darium Medum approbata retardauit. Hic idem Cyri Perſæ caſtra ſecutus pro eo forſan Scythis bellum intulit proditione vtquidam volunt, Arbacis *g* nothi fratris à Tomyride Regina necatus eſt, & filio per dolum interfecto inferias miſſus.

Xenophontem & Herodotum.

Idem ſentit H. Henninges.

Id eſt, maximus bellator.

1. Eſdræ c. 4. Ioſeph. l. 11. c. 2. Cambyſem hoc egiſſe vult vide Perſica.

Iuſtinus & Herodotus hæc de Cyro Perſa referunt contra Xenophontem.

g Huc Arphaxat in libro Iudith, quidam eſſe volunt. vide Iudaica & Scythica.

Non defuit tamen vltor, qui de factione Tomyrica & Arbace vltionem fumeret. Is fuit Priſcus Artaxerxes, quem Aſſuerum in ſacris vocari quidam contendunt, cuius vxor Eſther fuerit, hæc cum quidam tradant aſſcripſi, cum tamẽ neſciam quomodo florente Perſarum imperio 127 prouinciis dicatur imperaſſe.

Hæc ex Megaſthene petita ſunt.

Huc aliqui trahunt hiſtoriam Iudith, quam nos loco vt puto commodiore inſeruimus in Iudaicis.

Hiſtoriam Eſther item huc iidem deducunt quã nos ibidem. Eſther 1.

CAPVT XII.

VT vt eſt ſiue reges Babyloniis demus ſiue non Satrapas certe ſuos habuiſſe concedendum. Cum Tritæchmus à Cyro conſtitutus legatur, qui diebus ſingulis ſingulas argenti artabas Regii nomine tributi accipiebat, admiſſarios equos 800. equas 16000 canum Indicorum tantam multitudinem, vt iis alendis integra 4 vicorum tributa vix ſuffice-

Herodo. l. 1.

Cafacior eſt hæc menſura medimno Attico.

sufficerent, habens. Postea in Dariana tributorum descriptione Babylonii 1000 talentis argentianuatim pendendis, & pueris castratis 500. obligantur: Quod tributi genus etsi tulerint, tamen iam inde à Cambysis tempore rebellionem agitabant, familiare enim Babyloni deficere. Sub Dario ex professo demum rem aggressi matres & reliquum imbelle genus vrbe iubent excedere, ne earum numero res frumentaria absumeretur, nec vlli licitum quantumuis magno præter vxorem vnã, vnam itidem famulam domi habere. Purgata hoc modo ciuitas obsidioni ferendæ erat, & tulit ad Persarum desperationem 7 annorum spacio. Nec vlla machinarum ope aut tentatis à Cyro mediis Darius quicquam profecit, nisi quod se hostibus ridendum propinaret, iactantibus inter choreas: Tum Babylonem capiendum cum mula peperisset. Factum est, & mula forte enixa ominis memoriam & spem fecit Zopyro Megabysi filio. Qui naribus auribusque truncus ad hostes profugit, Darii crudelitatem, quasi ab eo hęc indigna passus esset, miris modis exaggerans. Monetur vulgus ad misericordiam viri apud suos magni persuasum authoritate. Vltio ei mandatur, exercitus creditur quem cum feliciter duxisse aliquoties visus esset, nec quicquam doli latere opinarentur, portarum ei delegant custodiam, ita Persis excomposito impressionem facientibus eas aperit, vrbem & exercitum prodit nec vitari potuit, licet Babylon Persæa omne vetustarum soluat penetrale magorum. Darius captæ Babylonis muros partim disiecit, ne vlterioris rebellionis daretur occasio. Et fæminas vicinis imperans, ne Babylon deserta maneret 50000 congregauit, ex quibus in vrbem deductis inita ciuium matrimonia, Zopyro ad vitam immunis omni onere tributorum concessa est Babylonia. Quam ille obtinuit nullo resistente toto quo Darius rerum summæ præfuit tempore.

Herod. l. 3.

Quintianus.

Quidam hunc qui Babyloniu prafuit Acphaxat fuisse. Iudith 1.

Darium vero Nabugodonor vide Iudaica.

Herodotus paulo post dicit eas mulieres strangulasse.

Herod. sub finem Thalia.

Orosius li. 2. c. 9.

Iustinus li. 1.

Plutarchus apophthegm. Polyanus lib 7. ait Zopyrum in hoc dolo Resacem Saram imitatum.

Lucanus li. 6.

Post-

Digitized by Google

Postquam autem ad Xerxem filium imperium deuolutum est Babylonii nouo quodam spiritu cæso Zopyro iugum excusserunt. Quod tamen ipsis per Megabysum capta vrbe repositum est, ciuesque ad luxum & vestes sinus habentes damnati.

Ctesias.

Hieronymus.

CAPVT XIII.

QVo tempore sacrilegii tactus Xerxes cupiditate Beli sepulchrum, cum oleo implere frustra conaretur, euertit, columnamque eruit fatalem, quæ fortunæ ipsius ludibria inscripta quodammodo portendebant. Huius vxor Megabysii, Xerxis filia adulterii rea patri maritoque non mediocris tristitiæ fuit occasio, quamuis facinus ipsa pernegaret. Huic enim vel ad expeditionem Ægyptiacam misso vel certe rebellanti Atratius Artoxerxis frater substitutus est, qui & in Megabysum arma pro rege sumsit, & eidem author fuit conciliationis. Deinceps autem videntur Reges Persiæ sedem Regni Babylonem elegisse: vbi Ochus mortuus est, vnde Xerxes & Secundianus in Persidem translati, vbi Clearchus cæsus, vbi Paryfatis cædibus & sanguine saturata luctus sui & orbitatis sedem elegit, quoque se Artaxerxes matre superstite venturum negauit. Vbi postea filio reconciliata Tissapherni mortem conciliauit. Inter Satrapas Himerus etiam Babyloni præfuit cui & 300 vna inuitatis Lysimachus quidam Babylonius poculum argēteum 4. minas pendens singulis dedit ebibendum & auferendum. Itemque Annatus cui muliebri cultu ornato 150 indies saltatriculæ cœnanti astabant.

Strabo l. 16.

Ælianus varia l. 13. c. 3.

Lucia. Necrom.

Ctesias.

Ctesias.

Plutar. Artoxerxe.

Athenaus li. 11. c. 4.

CAPVT XIV.

PRÆLIO ad Gangamela infeliciter commisso Masæus huc confugiens Alexandro aduentanti se & vrbem tradidit, Bagaphates arcis & re-

Curtius l. 5.

giæ pecuniæ custos veritus ne à Masæo vinceretur immenso apparatu obuiam processit. Videas flatibus cõspersas plateas dispolitis hinc inde argenteis altaribus. Inter dona pecorum greges, leones, pardales, canes, equi, præferebantur. Magi, Chaldæi, equites, artifices, & reliquum omne vulgus certatim videndi & officii gratia occurrebant. Alexander itaque vibem & regiam ingressus Darii supellectilem & gazam recognoscens diu ibi hæsit templum Beli reparauit, Mazæo Satrapiam donans Agethonem cum præsidio 700. Macedome & 300 mercede conductis arci imponens regioni Menetum & Apollodorum prætores eligens. Masæo autem non ita diu post vita functo Deditamenes surrogatur. Reuersus ex India Alexander quãuis fatum ipti denunciantibus Magis Babylonem cedit, quo omnium gentium legatos conuenisse nunciabatur. Quos cum solenni epulo exciperet, Herculis scypho epoto, quasi telo confixus ingemuit; (venenum, vt plærorumque opinio est, Antipater ei miscuerat.) Circa idem tempus Calanus Indus Taxilis monito regem secutus tum 73. annos sanus vixisset, dolore alui correptus, ne morbi diuturnitate felicitas eius interciperetur, rogum exstruẽs se publice arundineis ornatus foliis tantum non præcipitauit. Cuius in honorem ludos funebres Alexander & potorum insigne certamen instituit. Ceci morituus prædixit illum se breui visurum. Et vera dixisse exitus comprobauit. Quarto enim à die morbi milites ad Alexandri quem mortuum suspicabantur conspectum admissi lachrimis obortis animum magnum non parum cruciabant. Quibus dimissis amicos proceres aduocans digito annulum extractum Perdiccæ donat, optimum regni sui hæredem appellans exspirauit. Vidit Babylon deplorati funeris exequias, fremitum exercitum, vlulantem tubam. Hæc Macedones concernunt, Babylonii autem toties

Arrianus l. 7.

Athenæus l. 12. c. 13.

Curtius l. 9.

Aqua Nouatria in facie Vitruuius li. 8.
Regis Indiæ mortem conscripsit Aristobulus Cassandri familiaris & Lysimachi. 7.

Cicero 2. de Diuinatione.

Ælianus l. 5.

Idem l. 2.
Athenæus l. 10. c. 12.
Cicero 1. de diuinatione.

Seneca Suasoria 4.
Curtius l. 10.
Iustinus l. 12.

Orosius l. 3. c. 19.

Idem l. 3.

domiti, toties externo luxu, & familiari Venere hebetati, ad omnem demum lasciuiam nuperà Xerxe damnati Martem remiserunt. Nec honesti curam habuit purpurata illa meretrix. Quamuis post Alexandri mortem Satrapæ Peuceltis sedes fuit, quæ Seleucum in regnum Syriæ misit, post quem deinceps luxu crescente dum pro se quisq; tentat monarchiam, omnes Regis capiunt appellationem.

Hieronym. epistolis. Iustinus l. 13.

Vide Syriaca. Orosius l. 3. c. 21. Polybius l. 5.

Apocalypsis 14. per eam mundus intelligitur.

CAPVT XV.

Strabo li. 16.

ITA Babylon paulatim viluit cum partem mænium Persæ, partem absumsisset & Macædonũ post Alexandri mortem negligentia, maxime post quam Seleucus Nicator vrbẽ de suo nomine Tygri imposuit, cuius vicinia & Ctesiphontis item Parthorum Regiæ non parum vrbi derogauit, ita incolis pæne exhausta propior solitudini fieret, quam ciuitati. Quæ Adriani æuo præter exiguam muri partem nihil habebat, & ne restitutam opinemur Hieronymi æuo ea fuit Babylonis facies, vt intra eius mænia non nisi feræ ad Regum venationes continerentur. Atq; hæc sunt quæ toties eius superstitionibus & impietati minatur dominus, quæ nec Mars, nec frigida Saturni stella prænunciauit, quam nec horarũ electione astrorum imagines poterant auertere, quin sacras antiquæ Babylonis opes tot vultures deprædarentur.

Pausanias Atticis Antigono id tribuit.

300 stadiis abest. Plinius l. 6. c. 26.

Pausanias Arcadi.

Hiero. in 13 Esaia.

Esaiæ 47.

Statius 3. Silua.

Antequam tamen ad hanc vastitatem deuenit, sub Syriacis Regibus & deinceps stetit eius imperium Regibus suis distinctum ex Satrapiis. Ex quibus fuit Bardanes ille, qui Apollonium susceptit, tertio post recuperatum regnum anno. Mithridates qui Parthia pulsus à fratre obsessus & post deditionem necatus est. Præter Reges etiam suos habuit prouincia præsides Syriacæ & mox Parthicæ ditionis primarios. Quales sub Antiocho Molon sub Euphrate Timarchus, Demetrius ab Ar-

Philostratus l. 1.

Iustinus l. 42.

Polybius l. 5. Appian. Syria. Orosius l. 5. c. 2

Magno.

face victus, Satrapas antem Syriaci Reges creabãt florente ipsorum imperio, quorum triumphos nõ semel aspexit Babylonia, vt Antiochi de Parthis Parthorum de Antiocho. *Sedetis Demetrij frater.*

Iustinus l. 38.

Lucanus l. 1.

Postquam autem res eorum inclinare ceperunt spoliata est triumphis Ausoniis, quibus honos haberi cepit à Pompeii tempore, donec Parthi aliquid visi sunt audere & posse, qui prouinciæ peragratæ sui iuris Satrapam imponere ceperunt. Cuius generis fuit ille à fratribus Asianco & Anuleo victus victoribusque coactus non inuito Artabano regionem permittere. Horum Anuleus contra patrias leges in Venerem proiectus, popularibus odio esse cepit, maxime post fratris necem, quem amice monentem veneno pellex sustulerat. Apud Parthos insuper male audire cepit, vt qui Mithridatem Artabani generum prædas reposcentem, dolo circumuenerit, ceperitque. Qui dimissus Iudæi hominis se captiuum fuisse indignatus, restituto bello delere statuit infamiam. Victus Anuleus & quamuis pessimorum collecta turba reparare vires cogitans à Babyloniis opprimitur. Qui adeo contemptum in Iudæos odium tandem expuentes omnes mutare solum compulerunt. Atque hic veteris historiæ finem facio. *Anno 3736.*

Ioseph. l. 18. c. 18.

Iudæi.

Ioseph. l. 18. c. 19.

seruos casi Iudæorum.

ANA-

Digitized by Google

ANALECTA ANTIQVITATVM BABYLONICARVM.

SECTIO I.

De Sacris.

Hiero. in Iouin. li. 2.

TRIA Magorum genera sunt, quorum primi farina & olere contéti viuunt.

Catullus.

Nascuntur Magi ex matris cum filio incestu.

Lucianus in Necromantia. Vbi obseruandum quam egregie simium Dei agat damon in superstitionibus suis.

Inaugurandi 29 diebus in Euphrate abluuntur, in quorum faciem mussitato ad orientem solem quodam carmine ter sufflant, neminem obuiũ salutantes.

Cibus eis glans, potus lac, mulsum, Choaspis lympha: lectus sub dio herbis adornatus.

Extremum Tigridis aqua abluti, face cum squilla purgati medica veste induuntur.

Alexander l. 6. c. 26.

Deos 2. Magi bonorum malorumque largitores volunt.

Vitruuius præfat. l. 8. Ammianus l. 23.

Aquam & ignem rerum initia profitentur.

Ignemque cælitus lapsum fouent perpetuo.

Lucianus vbi supra. Plutarchus proble.

Zoroastris arte sibi inferos patere profitentur.

Albis aduersus orcum & luce se muniunt.

Laërtius proëmio. Plin. li. 24.

Omnia sacra eorum scitis subiiciebantur.

Velleius l. 2. Mirandula l. 5.

Thrangalide pota diuinantur.

Ex signis corporis ariolabantur.

Imo Astrologiam indiciariam inuenerunt.

Lucanus li. 6. Ctesias.

Canentes arcanum ferale diis vim faciunt.

Leprosos sacris arcent, immundisque exequias faciunt adhuc viuis.

Tertul. apolo. 2.

Defunctorum animas & pueros eliciunt ad oraculum.

Val. Max. l. 1. c. 7. Iuuenalis sa. 6.

Super prodigiis consulebantur, & quod dixerint & credunt à fronte relatum Hammanis.

Philostratus in Protag. Tantum Persæ in eorum numerum cooptabantur.

Tertul. 3. ad Mart. Magos Reges fere omnis habet oriens.

Philo de spec. Forte q. eorum omnes disciplinam docebantur.

Strabo l. 1. Quanquam principes & honoratos semper fuisse constat.

Claudianus 6. Honorij consulato. Stellas Babylonia cura salubres optima tum spondet mortalibus edere fata cęlicolæ cum summa tenentur summoque feruntur cardine.

Calim l. 8. c. 12 Apollinis in templo arca est vnde pestis prodiit.

Alexander l. 6. c. 26. Babylonii Cæpam diuino honore prosequuntur.

Seneca epist. 58. Magi Platoni aliquando sacra fecerunt.

vide Analecta Persica. Deos autem coluerunt eosdem quos Persæ,

vide Assyriaca. Præ cæteris autem Belo rem sacram faciunt.

Arriauus l. 7. Belo multum agri consecratum cuius fructus Magi & Chaldæi percipiunt, iuxta fanum habitantes.

Diodorus l. 3. c. 4. Cuius in templo sidera obseruabant.

Clemens Alexand. Quod ab ipsis primo factum aliqui contendunt.

Plinius li. 6. Alii Ioui Belo, aut Phœnicibus. *Vt Idem li. 5.*

Seruius ad 6 Eclogum. Sidonius Panegy Limi. Alii Prometheo, quod Philo Abrahamo, liberis Seth Iosephus tribuit.

Claudia. 1. in Ruffi. Chaldæa vocatis imperat arte Diis per incantationes. *Chaldæus in vrbis arcana peragit murmura.*

De Magorum commentis & disciplina.

Plinius l. 30. c. 1. Magos disciplinæ causa multi adierunt. *Plinius li 28. c 4. 13. 16. l. 30. c. 2. 10. l. 32. c. 4. 7. l. 37. c. 9. & pluribus alijs.*

Ammianus l. 23. Quam ex India partim Hystaspes adduxit, partim Zoroastres reliquit vel clam. *Cicero li. 2. de diuinatione, & l. de fato.*

Plinius l. 30. *Vt Berosus l. 3.*

Mirandula de præstig. Lucanus l. 6. Species eorum quoad studia & professionem 4. Necromantici qui circa cadauera occupantur.

Dionysius antiqui. 4. Pyromantici quorum vaticinia ex igne sunt.

Plinius l. 2. Aëromantici, qui in aere & ibi natis contemplantur.

Varro 7 diuinarum. Hydromantici qui aqua ad suas superstitiones abuntur.

vide Delrium de Magia. Quibus Geomantici, & Chyromantici addi possunt.

Berosus l. 4. Libros rituales olim Magi habuerunt, quibus omnis eorum continebatur disciplina.

Regi-

Digitized by Google

Dio Chrysost. ora. 49. Strabo l. 15. Regibus à consiliis erant Magi.

Eorum thyaræ bucculas habebant ad labia vsque demissas.

vide Persica. Cicero 1. diuinatio. De ritu eorum sacrificandi.

Eorum corpora nisi à feris laniata non humabantur.

Cætera collecta vide apud Cælium, Boëmum, Herodotum.

SECTIO II.

De Rege & publicis.

Berosus l. 3. Philostratus li. 1. de vita Apollonii. REx olim etiam sacris præerat.

In porta vrbis Regis statua erat, quam coacti ingredi volentes adorare, & qua causa veniunt quid mercium ferrent, quam artem profiterentur, dicere Rex in æternum viue, formula erat regem alloquentium aut ei respondentium.

Danielis libro passim.

Daniel. 14. Sigillum Regi erat quo secreta muniebat, quod Regis imaginem præferens violare nefas.

Philostratus l. 1. Apollon. Satrapis Rex mittit quotidie vini amphoras 10. porcinas caprinasque tostas, farinam & panes fermentatos.

Curtius l. 5. Philostratus vbi supra. Vias per quas Rex incedit odoribus complent.

Calius l. 8. c. 13 Ex testudine Regiæ domus 4. aues quæ moticellæ dicuntur & Deorum linguæ pendunt, & Regem conditionis suæ commonefaciunt.

Idem l. 1. Quotidie phaleratum equum certo ritu Rex immolat Soli Persico ritu.

Philostratus.

Idem l. 2. Amicis Rex abituris camelos & viæ duces & comites largitur, camelorum autem primus auream laminam præ se fert iudicio.

Picus Mirandula de prænotione li. 4. c. 4. A Regum mortuorum cultu & veneratione prima ad omnes gentes profluxit idololatria.

Iosephus. Athenæus l. 12. Monumenta Regum Babylone & Ecbatanis Babylone Parthi hyemare, Persæ bona anni parte Reges hærere consueuerunt.

Ieremia 51. Abacuc 2. Ieremia 50. 21. In monte Babylonis, qui Caliginosus & pestifer dictus

dictus ex deuictorum ſpoliis ædificata fuit arx Regia.

Strabo l. 16. Tres emeritorum magiſtratus ſunt, quorum primus virgines collocat, de adulteriis iudicans, ſecundus de furto, tertius de vi.

Philoſtratus l. 1. Cteſiæ. Satrapa tam ſub Regibus proprijs, quam ſub externis conſtitutæ regioni præerat.

Xenophon 3. Cyropæ. Lucanus li. 8. Athenæus l. 14. c. 16. Babylonij in bello tragulas binas gerunt.

Fœdera ſunt eis per ſacras aſtricta Magos.

Feſtum Sacarum eſt Babylone quo ſerui dominos agunt, & vnus quem Zoganem vocant, educitur domo ſtola inſignis regia.

Suidas. Herodo. l. 1. Io. Boëmus l. 2 Polidorus. Ex Herod. l. 1. Venantes oua tamdiu agitant donec coquantur.

Ante medicinam repertam qui aliquo morbo corripiebantur, in triuiis ſedebant, & tenebatur qui ſimili morbo laborauerat, remedium quo vſus fuerat ei indicare.

SECTIO III.

De re priuata.

Ex Herodo. l. 1 Donatus in Terentium. Plinius l. 24. c. 4. Seneca. PISCIBVS tres familiæ tantum victitarunt, Eunuchi apud Babylonios primi.

Spadones iidem Bagon vocantur, quos nõ ob formam tantum ſed ob fidem ſeruant, & maiorem libidinis patientiam.

Curtius l. 5. Strabo l. 16. In conuiuiis ſæpe ſe proſtituunt fœminæ.

Cum vxore viri miſcentur adhibito thymiamate aſſidue, quo peracto demum abluuntur.

Martial. 8. ep. 28. Pauſanias Corin. Alexander. Colores diuerſis veſtibus primi interuexerunt.

Hygæa Babyloniæ veſtis cum laciniis fingitur.

Qui rem conſumſerat filias publicabant.

Curtius l. 5. Filias hoſpiti ſtuprandas permittunt dummodo pretium flagitij detur.

Vide hiſtorias. Atque adeo poſt Xerxem delitiarum inuentores Babilo.

Nota in Danie. 4. Artaba menſuræ genus ſextariorum 72.

Ampho-

Iſidorus. Amphoræ Babyloniis in vsu, vel vt alij metretæ.

Epiphanius. Sabita 22 ſextariorum menſura eſt.

Macrobius. Diem inter duos Solis occaſus ſpacium vocant.

Author de æquinoct. Anno menſtruo in diſciplinis Chaldæi, ſed Solari aliàs vtuntur.

Caſſiodorus lib. 3. Geometria & arithmetica à Chaldæis eſt.

Iuſtinus lib. 1. *Plinius lib. 35. cap. 15.* Bitumen in maxima ibi eſt copia, quod podagræ & lepræ medetur.

Idem lib. 12. cap. 14. Spina ibidem regia ſeritur, qua vina recondunt.

De Babylone, & quæ inter ſeptem orbis miracula referri meruerunt, vide in hiſtoriis.

Not. Danielis vltimo. Ad ſepulchra eorum certo tempore lugent.

Menſes Babylonici, qui & Hebræi ſunt.	*Menſes Syriaci ſunt hoc ordine.*
ADAR dierum 31.	NISAN.
NISAN 30.	IIAR.
IIAR 31.	SIVAN.
HAZIRAM 30.	TAMVZ.
TAMVZ 31.	AB.
AB 31.	ELVL.
ELVL 30.	TISRI.
TISRIN prior 31.	MARIHESVAN.
TISRIN poſterior 30	KASLEV.
CANVM prior 31.	TEBETH.
CANVM poſterior 31.	SIHEBETH.
SEHEBETH 28.	ADAR.
Intercalantur autem dies 29	ADADAR.

MEDICA.

M. RVMOLDO VERDONCKIO MEDICA HÆC, ET ALTERA IN MEDIA, ET NOVA HISTORIIS CONSECRAT I.B.G.

Et cur faciam non ſimplici moueor ratione. Si te priuatum intueor, amiciſſimum à multo tempore habeo; ſi publicè, virum bono communi natum, in illa vrbe, quæ partem ortus mei ſibi vendicat. Verbo dicam: cùm alius ſibi, alius paucis, alius pluribus vacet, eiusdem gradus tu omnibus viam monſtras virtutis & æqui. Hoc qui videt, & experitur, Platonem laudabit, qui primam in ordinata Republica inſtitutionis curam habendam putat; cùm tenaciores ſimus eorum quæ rudibus annis percepimus. Eoq; nomine tibi inprimis publico nomine agendæ gratiæ, qui 30 amplius annos continuam iuuentuti operam impendis in patria mea: vt non iniuria affirmem, lucis plurimùm è tua domo Ocellum vrbium accepiſſe. Ego ad omnia illa quaſi ſupernumerarius laudator pro tua mecum familiaritate hoc breue compendium tibi inſcribo. Scio recreabit perlegere illa Medica, de quibus iucundiſsimè mecum aliquando, & doctiſsimè diſſeruiſti. Qua ſpe & animo feci quod vides, reciprocum quem in me habes animum vt ſerues orans. Ex Muſeo noſtro Calend. Sextilibus anni 1602.

CAP.

CAPVT I.

Herodot. lib. 1.
Plinius lib. 6. cap. 14. & 26.
Strabo lib. 11.
a Herodot. lib. 7.
Pausan. Corint.

GENTES Medicæ sex numerantur, aliis in Maiorem & Atropatiam; aliis aliter Regionem partientibus. Nomen verò à *a* Medea, aut eius filio, quæ sicut & Iason his locis præfuerit, accepisse putant, qui factis Annalibus operam non dederunt: qui aliter Madiai legunt, filium Iaphet Noë nepotem, huc post terræ diuisionem commigrasse, vrbíque nomen & Regioni dedisse. Arios huius partem aliquando occupasse, communicata ipsi sua appellatione, indicio est communis populo & terræ vox Ariæ & Ariorum. Græci Laodicæa, Apamia, Rhaga; nouissimè etiam Parthi Arsacia coloniis, vt Armenij Medeam locupletarunt, Medi Thraces. Cui rei fidem faciunt Sygini, quorum vestis, & sermo nil nisi Medicum loquitur.

Hygin. cap. 27.
Iosepho Madai dicti.

Genes. 10.
1. Paralip. cap. 1.
Isidorus.
Herodotus lib. 7.
Pausanias.
Herodotus.
Strabo lib. 11.
Herodotus lib. 3.

CAPVT II.

Diodo v lib. 3. cap. 1.
b Polybius lib. 10.

FARNVS Rex sub Nino Medis præfuit, *b* opibus & robore non contemnēdis; adeò vt non dubitârit Nino spoliis Mediæ, Babylonis, Armeniæ, aucto armata manu occcurrere. Sed fortuna Assyrios respiciebat, victus est: & quia se defenderat, mortem meruisse visus, à victore cum septem filiis & vxore in crucem actus. Ex eo tempore Præpositus regioni datus. Sub finem tamen Regni Niniani iugū excussisse videntur, Ninumq; vrbem subuertisse; donec à Semiramide repressi, quæ ipsa tum in Bogistana monte, tum in Chaona ciuitate, tum verò maximè in Ecbatanis maiestatis suæ reliquit documenta. Quieti itaque fuerunt quoad Assyrij rerum potiti sunt. Medio tamen tempore tanta passerum copia semina absumentium repentè apparuit, vt frugum inopia omnes

Diodor. lib. 2. cap. 4.
Herodotus lib. 1. cap. 5.
Diodorus lib. 4. cap. 1.

aliò ſe conferre compulerit, Regione cultoribus vacua relicta. Tēporibus Ioſue Seſoſtres Mediam totam ſuæ adiecit dominationi; quam tamen breui Præfectorum opera Aſſyrij recuperarunt. Creſcente autem indies Aſſyriorum luxu eò potentiæ deuenerunt, vt iugum primi excutere auſi ſint, imperiumque, quod ampliùs mille annis toti Aſiæ inſultauerat, præſumere. Præerat eo tempore Medis Arbaces, vir ad magna natus, cuiusque virtus tam anguſtis terminis cōtineri non poterat. Aſpirabat ad Regnum animus, & cùm finem non habeat ad Monarchiam ambitio: cui Sardanapali id temporis Aſſyriorum Monarchæ inertia vires faciebat, ſpem populariū fauor, Beleſi Babyloniorum Sacerdotis reſponſa fiduciam.

Diodorus lib. 2.

Alius Arbactus.

Diodorus lib. 3. cap. 7.

Iuſtinus lib. 1.
Suidas laudat ab integritate Arbaſiem.
Oroſius lib. 1. cap. 19. & lib. 2. cap. 2.

CAPVT III.

ITA comparato & inſtructo exercitu, quamuis aliquoties ſuperatus, magno tamen animo pugnam repetens, tandem victor euaſit, Regem ad mortem compulit, Niniuen occupauit, Regnum Ecbatana transtulit, vna omnium voce Rex appellatus non tantùm Mediæ, ſed & Aſiæ totius: quæcunq; enim Regiones Aſſyriis ſubfuerant variante fortuna ad Medos ſe contulerunt, aut conferre compulſæ ſunt Regnum autem *a* Arbaces ad *b* Mandanem filium transmiſit, poſt quem *c* Sarſomones, cui *d* Artecarmis filius ſucceſſor datus eſt, quem *e* Arbianes excepit, cuius filius fuit *f* Ariſthæus, inſignis ob illatam Medis cladem à Perſo-de transfuga & Caduſiorum Duce, interfectis 50 virorum millibus. Vnde perpetua Medis Caduſiisque ſimultas & odium; quod non niſi vtrisque Perſarum dominatu oppreſſis ſe remiſit. Interim Ariſthæum *g* Artines, Artinem *h* Artabanus in Imperio ſecutus eſt, qui Parthos deficientes ad Sacas poſt biennale prælium compoſuit. Scythas per ſedi-

Vide Aſſyriaca & Babylonica.

Herodotus negat eum Regem fuiſſe, ſed vult vſque ad Cyaxarem populari ſtatu gubernatos, contra Cteſiam & Diodorum lib. 3. cap. 9. Dioclem autem primum ex Iudice Regem factum. Polyenus lib 7.
b Euſebio Medidus, ſed Soſarmus ei præponitur.
c Euſebio Soſarmus, Iornandes et alij Cardiceam, vel Cardicam ponunt
f Hic fortè eſt Herodoti Deioces Cyaxaru anus, qui Polyano Diocles lib. 7.
g Hic fortè Herodoti Phraortes.
h Herodoto Cyaxares. Diodoro Aſſibaras.

Computatio Died. à quo nos recedimus.
a *Regnauit* 28.
b *Reg.* 50.
c *Reg.* 30.
d *Reg.* 50.
e *Reg.* 22.
f *Reg.* 40.
Reg. 22.
Reg. 40.
Nolunt alij Regum hanc diuerſitatem quoadnomi-

Digitized by Google

Eusebio 9. de Præparat. Stybares. Pansaniâ Messenatu Aphraortes. Diodorus lib. 3. cap. 9.

seditionem patria pulsos benignè excepit; sed patrum benignè habuit, & feliciter: nam cùm fortè venatum missi inanes domum reuertissent, Rex probris eos insectari cepit. Quæ non ferentes Barbari, inita conspiratione puerum ex iis, qui disciplinæ eorũ & institutioni credebantur, laniatum feræ modo condiunt, Regíque & conuiuis apponunt, ipsi ad Alyattem Lydum se conferentes. Qui dum repetenti Medo reddere negat, graue inter vtramque gentem coortum est prælium, quod in sextum annum protractum hoc modo finitum est: pugnantibus vtrisq; sereno die subito lumen Solis defecit, diemque ambo noctescere videntes legibus æquis conuenerunt; & quoniam arcta necessitudine pactum vix stabile initur, Arienam filiam Cyaxari Alyattes dedit coniugem. Hoc defunctus bello in Assyrios Ninumque mouit Cyaxares; & confeciſſet nisi Scytharum in Mediam irruptione auocaretur. Quorum bonam partem non armis, sed vino superauit: hac via Imperium Asiæ, quod Barbarorum robori & furori cesserat restituens, filioq; Astyagi per manus tradidit. Qui secundum quietem vidit è filia, quam vnicam habebat, tantum vrinę manare, vt tota ciuitas, atque adeò Asia eius copia inundaretur.

na, quod Sosarmus, Medidus, Cardias liberu Medu in Media præfuerint: Deioces, Phraortes, Cyaxares, Astyages cum Imperio præfuerint: aliiq, qui longè alijs nominibus recensentur, in Asia Medorũ nomine imperarint.

Tradictum à Thalete.

Herodotus lib. 1. Hunc à Nabugodonosore victum ponunt, qui hue historiam Iudith trahunt, & vocatum Arphaxas

Vrbem.

Assuerus vocatur Daniele 9. Hic Diodoro Apanda vocatur. Mandana vocatur Herodoto. Val. Max. lib. 4. cap. 7.

CAPVT IV.

HVIVS visi mentem edoctus per Magos filiam viro ignobili Persæ Cambysi collocat. Sed cùm iterato somnio vidisset è filia vitem nasci, cuius palmite tota Asia obumbraretur, Ariolique nepotis magnitudinem, Regniq; ipsi amissionem portendi respondissent, filiam aduocat partui vicinam, vt in aui potissimùm conspectu partus necaretur. Natus infans datur occidendus Harpago Regis conciliorum participi. Is veritus ne, ad huiusce olim Regnum deuolueretur, necati infantis

Iustinus lib. 1. tantùm meminit posteriorum omnium. Valerius Max. lib. 1. c. 7. tantùm priorum. Herodotus lib. 1. vtrisq.

Mithridates Herodoto vocatur.

vltio à ſe exigeretur, Regij pecoris paſtori exponendum tradit. Cuius vxor tum fortè enixa, cùm Regius puer ad ſe deductus velut ad notam alluſiſſet, tanta mulierem cupido inuaſit, vt vltrò oraret, permitteret pro illo ſuum exponi, hunc ſibi ſiue fortunæ, ſiue ſpei educari. Annuit importunæ bubulcus petitioni, permutataque paruulorum ſorte ſuum in ſyluas detulit, Regium a Spaco nutrici tradidit alendum. Hic puer cùm fortè inter coæuos ſorte Rex delectus contumaces flagris cæcidiſſet à parentibus ingenuorum Regi accuſatus, nihil mutato vultu feciſſe ſe vt Regem decet respondens, ſomnij memoriam auo reduxit. Cumq; vultus ſimilitudo, expoſitionis tempus, paſtoris confeſſio conuenirent, nepotem agnouit Aſtyages, defunctusque ſibi ſomnio vilus agitato inter paſtores Regno, iram in puero fregit; ſed in Harpagum vertit, cui filium, quem vnicum habebat, epulandum appoſuit. Sed Harpagus diſſimulato in vindictæ occaſionem Regis odio, vbi Cyrus, (id puero nomen) adoleuiſſet, dolore orbitatis admonitus, cum eo conſpirans hortatur pronum ad Regnum iter ingredi, Medos fauere, ſe quoq; in partibus futurum. Hæc per literas Cyro apud Perſas tum agenti inſinuauit, quę ipſæ ne paterent exenterato lepori incluſæ à ſeruo deferebantur. Ita ſecundo prælio victus Aſtyages in manus nepotis venit, qui nihil præter Regnum ei abſtulit; potentiſſimę inſuper Hircanorum genti eum prępoſuit, translata ad Perſas dominatione, qui poſtea Petiſacæ dolo in deſertis locis necatus eſt, Cyaxare filio relicto.

Herodot. mortuum fuiſſe vuult fœtum.

Id eſt, canu lingua Medica.

Artembaru filium ab eo ea, ium ait Herodotus.

Xenophon lib. 1 Cyropædia diſ erit in omnibus hu ab aliis Scriptoribus, qua tamen magis ad inſtructionem, quàm ad veritatem ſcripta vult Cicero.

Hinc fabula, ipſum à cane nutritum.

Prædictũ ab Angaro Magico in Ænigmate. Athenæus lib. 14. cap. 13.

Hoc eſt quod Zonaras Medicis Perſicisq; armis ait Cyrum occupaſſe Imperiũ.

Polyantis.

Vide Perſica in pluriſque ab his diſſentientia.

Plutarch. Euagora ait, patrem à Cyro necatum.

Cteſiac.

CAPVT V.

AB hoc tempore Perſarũ Imperio adiecta fuit Media, quamuis ſubinde Regem habuiſſe ſcribatur, cùm Satrapa fortè ſcribi debuiſſet: Darius enim

Sulpitius lib. 2. Hic fortè eſt Xenophontis Cyaxares.

enim Medus hinc ad Babylonicum, alter Darius hinc ad Perſicum euectus eſt Regnum. Danielem quoq; his locis egiſſe honoratum argumento eſt illud, quòd poſt multa ſecula conſpicuum, nullamque ſentiens vetuſtatem apparuit Mauſoleum Ecbatanis ab eo exſtructum condendis Medorũ Babyloniorumque Regibus. Smerdis quoque Cambyſis frater, Cyri filius tum aliis gẽtibus, tum præcipuè Medis cum poteſtate præfuit. In tributi certi à Dario exactione 450 talenta Medis annuatim imperantur. In Xerxis expeditione Tigranes Achæmenides iisdem præfuit. Qui ſub Dario notho auſi rebellare gemino prælio victi, redactique ſunt in poteſtatem. Ab Alexandro eisdem Oxydates Satrapa datus, cui poſtea Arſaces ſurrogatur.

Ioſephus lib. 10. cap. vlt.

Cteſias.

Herodot. lib. 3.

Xenophon lib. 1. Hiſtoriarum.

Curtius lib. 6. Idem lib. 8. Arrianus Atropates.

CAPVT VI.

ALEXANDRI æuo Mediæ partem Atropatus gubernauit, qui Perſis, vnde originem habebat, & Dario, cui parebat, egregiam in Macedones & fortem operã præſtitit. Victo autem Dario Regionem tueri ampliùs non valens Alexandro ſe dedit, & 100 barbaricas mulieres, quas Amazones vocant. Quæ tamen ne quid probri paterentur ab exercitu dimiſſæ ſunt, Reginæque nunciatum: Macedonem prolis generandæ cauſa ipſum breui affore. Sed è viuis ſublato Alexandro Atropatus Regionem recepit, Regnum conſtituit, defendit, & à ſe dictam ad poſteros transmiſit. Ex quibus fuit Darius ille victus à Pompeio, quòd cum Antiocho Comageno ſocietatem iniiſſet, vel Tigranem Armenium oppugnaſſet, pacem prece redimere cogitur. Huius filius fuit Artauaſdes paterni in Armenos odij hæres, quibuscum graues & continuæ ipſi contentiones. Vnde ab Antonio bello petitus Parthorum opera reſtitit non infeliciter, Regiamq; qua vxor & liberi obſidebantur libe-

100 equitum, 300 peditum ſubmittens. Curtius lib. 3.

Arrianus lib. 7. Vide Amazonica.

Iuſtinus lib. 13.

Strabo lib. 11.

Alcetes Perdicca frater Media minori præfuit, Atropates maiori, iuxta Iuſtinum.

Plutarchus in vita. Appian. Mithridat.

Alii Artabazes.

Plutarchus in vita.

Digitized by Google

liberat. Séd cùm iniquè diuiſa ſibi Romanorum
Plutarchus in vita. ſpolia viderétur, à Parthis deficiens Antonij amicitiam ſectatur, quam coniugio, medioque Regis Armenij capite firmauit. Deinceps Rom. auxilio
Appianus in Parthico. hoſtes Armenios Parthosque facilè propulſauit, ipſe viciſſim ſua ope Antonium iuuans: donec prę-
Dio lib. 49. & 51. Iotape Medorum R. etiam vocat. ualente Barbarotũ potentia Regno à Parthis exutus ad Auguſtum ſe contulit, à quo honorificè habitus, Armeniaque minore donatus eſt.

CAPVT VII.

IN Mediæ alia parte inſuper ſui Satrapæ fuerunt
Polyenus lib. 4. iam inde ab Alexandri ęuo. Quorum vnum Antigonus Pythonem inclinantem ad res nouas ſimulata amicitia, & quod relatis fidem abnueret, ad ſe vocat, captumque digno afficit ſupplicio:
Vide Syriaca. quemadmodum & Artabazanem Antiochus circa Mediam imperantem ſubiugauit, Molonem
Polybius lib. 5. à Seleuco ei Præpoſitum interfecit de rebellione cogitantem, & Prouinciæ Diogenem impoſuit.
Iuſtinus lib. 41. Poſtea à Mithridate Rege occupata, Prouincia *Arſace 5.* Parthici iuris effecta eſt, & Bachaſum Præfectum *Anno 3820.*
Tacitus lib. 11. accepit. Artabanus apud Daas educatus caput alteræ Arſacidarum familiæ etiam Mediæ præfuit; vnde ad Regnum contra Vononem accitus eſt. *Arſacem 16.*
Idem lib. 12. Hinc & alter Vonones ad Imperium euocatus eſt, quam Vologæſes fratri Pacoro regendam dedit.

Quod argumento eſt inter primas Parthici
Imperij Prouincias eam fuiſſe, cui
regendæ Regij ſanguinis
Satrapæ tantùm
darentur.

* * *

ECBATANA.

Tauris hodie.

HANC quanquam aliqui *a* Syriæ, alij *b* Persidis vrbem faciant; tamē Mediæ est caput, Bacanae olim dicta, & *c* Amatha, Tauris modò, Parthorum sedes æstiua, Persarum hospitium, Medorum Regia, pulchris pegmatibus, & Mausoleo exornata à Daniele, Raguelis habitatione nobilitata, à Semiramide condita, à Deioce Herodot. lib. 1. siue Arphaxat restaurata, ab Alexandro occupata sine prælio, à Seleuco collapsa restituta; adeò vt conditoris laudem pene retulerit. Inter Orientis decora censore ipso Alexandro referri meruit, ob eximiam pulchritudinem. Regiam habuit lignis Ambitu 7. stad. cedrinis aureis argenteisq; laminis obductis: quorum partem decortari contigit Alexandri aduentu, partem Antigoni, Seleuciq; ex Ænæ autem Nicanoris. templo Antiochus ad quatuor talentorum millia ābstulit, non vili opum argumento.

a Demetrius.
b Chorax apud Suidam.
c Daniel. 6. Curtius lib. 5.
Tobiæ 3. Sed Rages vocatur. Rudorus lib. 2. Iudith 1. Curtius lib. 5.
A Plinio lib. 6. cap. 14. Curtius lib. 4. Vide Hero. lib. 1. Describuntur hæc prolixè lib. 10. fragmen. à Polybio.

MESOPOTAMIA.

Hodie Meletb, Azamia, et Alapia, Mercatori Dearbecca, Peſtello Meredini.

CAPVT I.

Plinius lib. 6. cap. 26. Stephanus.

HANC Syrię partem cum Adiabene aliqui confundunt, quam Tygris & Euphrates ſuo fœcundant allapſu. Ex Sytorum, Armeniorum, Arabum migratione, & coloniis huius populum conflatum communis eſt opinio Veterum; niſi quod ex ſacra pagina Aram ex Noë poſteris primam in hanc coloniam duxiſſe convincatur, qui & Regioni nomen ſuum reliquit. Quam poſtmodũ Balaam Propheta celeberrimus vaticiniis ſuis repleuit, & formauit. Hæc celebris fuit Patriarcharum hoſpitio, cùm Carris Abraham, cùm & ſub patre Tara habitârit, ibidem ſepulto. Qui etſi oraculo monitus aliò cõmigrauit; fratres nihilominus, nepotes, & familiam ibi habuit, & coluit. Vnde Iſaac filio ſuo, quem peregrino matrimonio coinquinari nolebat, ſui generis Rebeccam adduci hinc voluit. Ibidem Iſaaci filius Iacob peregrinatus, paterno exemplo Lyam & Rachel vxores accepit.

Cicero 2. de natura. Strabo lib. 1.

Inde dicta.

Not. Geneſ. 11.

Origen. hom. 15. in Num. 22. Iudith 5. Ioſephus lib. 1. cap. 14.

Modo Heren iuxta Nigrum.

Geneſ. 12.

Ioſephus lib. 1. cap. 24. Geneſ. 4.

Ioſephus cap. 27. Geneſis 31.

CAPVT II.

Meſopotamia ſub Aſſyriis.

Diodorus lib. 3.

HANC etſi Reges ſuos habuiſſe vix ambigam, præualente tamen Aſſyriorum potentia cum aliis ceſſerunt. Vnde Præfectos tantùm vſque ad diuiſam Monarchiam fuiſſe putem, qui paſſim auguſtiore vocabulo Reges nuncupantur: cuiusmodi fuit Chuſanraſathaim ille qui Iſraëlitarũ initiis obfuit,

Sub Aſſyriis.

Iudicum 3.

Digitized by Google

Ioſephus lib. 5. capite 12. Regem Aſſyriorũ vocat.

obfuit, cuiusq; in manus populum octo annorum ſpacio peccata, & peccatis offenſus Deus permiſit; tandem Othonielis virtute ereptum. Eius generis etiam fuit Adadezer, qui Ammonitis Syris cum Sebach militiæ præfecto auxilia ſubmiſit; ſed cæſis à Dauide ſuis, fuga coactus eſt ſe eripere ſeruituti. Ita Meſopotamia omnis in Iudæorum poteſtatem venit, Regibus poſt Dauid tributo alligata. Olophernis opera in Babyloniorum tandem ducta poteſtatem. Antiqua in hanc Regionem eſt Gordys Triptolemo nati expeditio, qui ſui nominis coloniam reliquit Gordynam. Præter hunc Scenitæ Arabes loca ad Meridiem occuparunt, & Eretrienſes Græci ad 1780 captiui, præter alios aliò miſſos à Perſis translati, hæc loca tenuerunt, qui libertatem Apollonij interceſſione meruerunt à Babylonio Rege.

2. Regum cap. 10.

Sub Iudæis.

Hic à Ioſepho Rex Sophenes appellatur lib. 7. c. 6.

Vide Syriaca.

Ioſephus cap. 8.

Iudith 1.

Sub Babyloniis.

Strabo lib. 16.

Pauſanias.

Philoſtratus lib. 1.

CAPVT III.

Strabo lib. 16.

VNICA autem Perſarum tempore & deinceps huius Regionis fuit Satrapia, in quam mortuo Alexandro, ad quem Perſarum deuolutum eſt Imperium, miſſus eſt à Proceribus Arceſilaus. Meſopotamia autem Regum Syriæ ditioni ferè paruit, & Imperio vſq; ad Demetrij ſecundi tempora: quando à Parthis, qui iam antè Syrorum iugum excuſſerant, occupata, Regno Syriaco auulſa, Parthico adhæſit. Armeniæ tamen Regum bella & victorias ſubinde ſenſit, à quibus frequenter ex Arabibus percurſa, quòd inſula ſe tutos fore arbitrabantur. Tigranes quippe ex 10 Græcis vrbibus in Cappadocia & alibi à ſe domitis colonos abducens, vrbem de ſuo nomine Tigranocertam victæ à ſe Meſopotamiæ caput futuram fundauit. Quæ paulo pòſt à Lucullo ſuperueniente occupata, ad ſua remiſſis Græcis, in Romanorum manus deuenit, & eorum facta colonia Nibiſis, quæ Armenij

Appianus Syriaco.

Nicatorũ.

Strabo lib. 11.

Idem lib. 12.

Armeniæ Rex.

Dio lib. 35.

Digitized by Google

Ut ſi ſit Circulus A B C D, cuius centrum E, & ſit
ſemidiameter E A, ſitque ſemidiameter E B, ſecans
rectam A C in F, ſitque E F perpendicularis ad A C,
& ſit E G ſecans A C in H, ſitque E G ſecans Circu-
lum in G, ſitque E G ſecans A C in H, ſitque E G
ſecans Circulum in G, ſitque E G ſecans A C in H,
ſitque E G ſecans Circulum in G, ſitque E G ſecans
A C in H, ſitque E G ſecans Circulum in G, ſitque
E G ſecans A C in H, ſitque E G ſecans Circulum
in G, ſitque E G ſecans A C in H, ſitque E G ſecans
Circulum in G, ſitque E G ſecans A C in H, ſitque
E G ſecans Circulum in G, ſitque E G ſecans A C in
H,

EDESSA.

Rhoas moda.

HAEC Antiochiæ nomen à cultore Callirhoë à fonte ibidem vocata, Edeſſa vrbium Meſopotamiæ clariſſima. Diui Thomæ reliquiis decorata, & Martyrum fertilis. Cui Abgarus in ipſo naſcentis fidei noſtrę exordio prę-fuit Rex, ad quam extat Seruatoris noſtri epiſtola, reſpondens ei, quam Abgarus fama nominis eius motus nuper ſcripſerat. Poſt aſcenſionem autem Dominicam Taddæus à Iuda huc ad diſſeminandam fidem miſſus eſt. Sacris Iudęorum literis inter primas Syriæ numeratur, quæ nec poſteriori æuo omni excidet dignitate, Comitis Præfectura & Comitatus titulo inſignis. In hanc, vt alias circumiacentes ciuitates magna Iudęorum copia à Babyloniis traducta, cuius poſteritas aut certè reliquiæ vſque ad extrema tempora ibi hæſerũt, quo Apoſtoli, & fidei noſtræ præcones eò aduentarunt. Cùm reliquę Meſopotamiæ fortunam ſecuta Parthorũ ſubiaceret Edeſſa Imperio, Pacorus ingenti pecunia eius Regnum Abgaro vendidit. In Parthos autem intoleſcentes Traiano Edeſſam profecto Angar⁹ Rex loci munera obtulit 250 equos cataphractos cum thoracibus totidem, & telorũ 60000. Traianus autem ex his thoraces ſolos accipiens, reliqua eum ſibi habere iuſſit. Mirè autem gratum Romano accidit, quòd Regnum, quamuis rarò à Pacoro redemptum, tam promptè obtuliſſet. Poſt mortem autem Traiani Coſdroës ab Antonino tum alia, tum Meſopotamiam etiam recipit, quam Vologæſi ſecundo Antoninus capta Niſibi ademit, à filio eiusdem nominis recuperatam.

Plinius lib. 5. cap. 24.

Hiſtor. Eccleſiaſt. Euſeb. lib. 11. lib. 2. cap. 11.

Euſebius Hiſt. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 15.

Epiphanius.

Arſacen 24.

Suidas in vocibus Angarus, & Edeſſa, et ἀνατλιὼ.

Aliis Abgarus.

Dio lib. 68.

Xiphilinus.

Pacori frater.

Regi 27.

ANALECTA ANTIQVITATVM MEDICARVM.

SECTIO PRIOR.

De re publica.

Plutarchus de ære orbis luna.
Strabo lib. 11.

IGNEM Meditiment, eique barbaricos honores impendunt.
Persis præter aurum 3000 equorum, 4000 mulorum, 100000 ouium pendebant.

Probatum Brissonio lib. de Persar. Repub.
Herodotus lib. 3.

Nisæorum equorum præ omnibus commendatur præstantia, qui ex Media toto Oriente dispersuntur magnitudine & velocitate eximia.

Alexander lib. 4. cap. 23.
Polyenus lib. 7.

Rex olim nisi robore præcipuus nemo legebatur. Idemque sacra pecunia nutritus, nec nisi ex iudicum collegio assumebatur.

Herodotus lib. 1.

Coram Rege nec ridere, nec exspuere licitum.

Seneca de benef. lib. 3. c. 6.

Apud Medos erat in ingratos actio.

Xenophon lib. 1. Cyropædia.

Reges autem postea in luxum prolapsi, armillis, monilibus, stola purpurea & candida vsi.

Athenæus lib. 14. cap. 13.

Musicos apud se assiduè habebant.

Herodotus lib. 1.

Ne vilescerent rarò sui copiam faciebant.
Atque adeò plæraque Assyriorum exempla secuti paulatim, per internuncios loqui, comere se, epulari, scortari ceperunt.

Not. Esdræ 6.

Ecbatanæ Regum bibliotheca fuit, vbi rescripta priorum cum cura asseruabantur.

Claudianus 2. in Eutropium.

Rarus apud Medos Regum cruor, vnaque cuncto pæna manet generi.

Herodotus lib. 1.

Militiam in certos ordines digessit primus Cyaxares Rex.

Curtius lib. 3.

Vxores & liberos in bellum secum ducunt.

Athenæus lib. 12. cap. 3.

Maliferorum militum à Medis vsus.

Xenophon lib. 1. Cyrop.

Equitandi plurimùm peritia Medi valuerunt.

Claudianus de Stilicone.

Fucata Medus tentoria figit.

Gladios

Tertul. de habitu mulierum cap. 7. Gladios, & gladiorum vaginas gemmis exornant.
Horatius lib. 1. Ode 26. Proprij autem eis gladij Acinaces vocantur.
Lucanus lib. 8. Medos prælia prima exarmãt, vacuæq; iubent remeare pharetræ, nisi pro persis ibi poni malim⁹.

SECTIO ALTERA.

De re priuata.

Strabo lib. 11. Ex malis siccis & tritis massam conficiebant esui, ex amygdalis etiam tostis & radicibus quibusdam vinum.
Virgil. 2. Georg. Media fert tristes succos, crassumque saporem, felices mali, quod non nisi translatu prodesse contendunt;
Plinius lib. 12. cap. 3. Malus Medica venenis medetur. *Solinus cap. 49.*
Ex Xenophontis lib. 1. Cyropadia. Diuersa mensis fercula apposuisse, & cætera ferè Persico more in mensa habuisse colligitur.
Tertul. de habitu cap. 8. Tapetibus Tyriis & hyacinthinis vtebantur.
Xenophon lib. 1. Faciem pigmentis fucare solebant, & docuerunt:
Plutarch. in Crasso. Etiam comas adscitas capiti accommodantes.
Tertul. vbi supra. Vestium de coloribus honorẽ etiam serui ferebãt.
Ioseph. lib. 10. cap. 2. Armillis & torquibus aureis vtebantur.
Xenophon lib. 8. Cyropad. Medica quæ propriè dicitur vestis stola serica est, fluxa ad pedes vsque demissa, ideoque magis muliebris, animantium specie variegata, sæpe auro gemmisque intextis pellucida, lumine colorum fulgens vario; & licet sinus lateraque dissuta sint, nihil tamen relinquit intectum.
Seruius ad 8. Æneid.
Philostr. lib. 2. mag.
Iustinus lib. 12.
Ammianus lib. 23.
Hæc Medorum sunt postquam defecerunt ad luxum: olim longè alij erant, cùm ab eis schola Persica profluxerit.
Strabo lib. 15. Risum immoderatum lege coërcebant.
Herodot. lib. 2. Osculo salutari consuetudo non sinebat.
Xenophon lib. 12. Vxores multas habere pulchrum, pauciores quinque probrosum,
Strabo vbi suprà. In matrimoniis autem nulla affinitatis habebatur ratio.
Polydorus lib. 2. cap. 4. Spacon canem Medi vocabant.

PER-

PERSICA.

ILLVSTRISSIMO

HERMANNO

COMITI VANDE BERGE,

MARCHIONI MONTIVM AD ZOMAM, Comiti in Valhain, Baroni in Boxmheer, Wylant, & Banterſſem, Burchgrauio in Sebourch, &c. Equiti velleris aurei, Capitaneo generali, & Principum noſtrorum in Geldriæ Ducatu, & Zutphanienſi Comitatu Vicario, Domino meo,

VETEREM PERSARVM HISTORIAM CONSECRO.

Et quidni conſecrem illuſtrem Illuſtri, eam in qua magnos legere eſt Duces

Non indecoro puluere ſordidos:
Et cuncta terrarum ſubacta.

ei, qui inter media arma natus inſignem militaris prudentiæ gloriam cum generis ſplendore, & ampliſſima coniungit dignitate. Quæ cùm Belgio maximè neceſſaria vniuerſo; tum verò magnopere in illa tua fidei credita Geldria, cui inimicorum vis & inſolentia toti inhiat, penè toti inſultat: cuius quod reliquum eſt Dei & Principum partes fouetis. Tuis, liberè dicam, debetur vigiliis, qui Regis Homerici, aut Maronei exemplo

Scopulum interèa conſcendis & alto
Proſpectum latè petis.

Illa illa quæ me nutriuit, patrem prima dignitate ornatum vidit; ſed orbatum ob fidem Regi & Deo inuiolatam, fratrum

fratrum alterum eodem cum patre fato Annonæ militari aliisq́, grauioribus curis non ſemel præfectum elegit, modo tamen glorioſo exilij voluntarij genere contentum, alterum quæſtoris dignitate auctum etiamnum detinet. Illa inquam Geldria tuis gubernata auſpiciis nec inuitauit aliquid honori tuo conſecrare. Obſequor volens, & vt ſpero te non inuito, qui licet perpetua curarum mole premaris, tamen non ceſſas virorum fortium geſta animo percurrere. Quæ his perſicis aliquot inuenies, plura tamen prudentiæ exempla, quam tu præcipuam colis & rebus gerendis adhibes ſumma cum humanitate coniunctam illa omnibus, hac ſingulis conſulens placensque. Quibus fretus audaciam à me ipſo impetraui, nil veritus chartaceum hoc munuſculum nec dignum amplitudine tua concinnare, rogans obteſtansque eo erga hoc ſis animo quo erga familia noſtræ homines conſueuiſti. Quo nomine gratias habere nunquam ſatis poſſem, agere certe publice occipio, Deumque quæſo te afflicto Belgio & animam prope agenti Geldriæ diu conſerunt. Louanio propr. Cal. Martias anni 1604.

Illuſtriſſimæ tuæ Reuerentiæ

Obſequentiſſimus Cliens

Ioannes Baptiſta Gramaie.

CAPVT I.

Regio diuisa, origo eius, & populi nomina.

Ptolomæus l. 6. c. 3

Hæsthonus.

AVGVSTISSIMA hæc Orientis prouincia, quæ etiamnum priscam loquitur maiestatem, à recentioribus Euphrate medio bipartita scribitur, regni magis, quam regionis inita ratione, quam melius in Cyropolin qua maris caput, & Elyneaida qua Mediam tangit distinxit antiquitas; vel etiam in maritimam, cuius sinu mare comprehensum sola palma fœcundam ventis perstringit planitiem, & campestrem fluminibus rerumque omnium prouentu nobilem, & demum montanam versus hyemes & aquilonem. Regionis huius nomen, prout imperium ab illis ad alios, varie translatum est, ita vt frequenter Parthi sic appellentur, nonnunquam alii orientis populi, atque adeo ipse oriens.

Persia diuisa.

Plinius l. 6. c. 26.

Solinus ca. 52.

Strabo li. 15.

Mel. l. 3. c. 8. sinus persicum & Arabicum summam capitis facere.

Idem in Media & Assyria vsurpatur.

Cæterum 3. Persarum tribus quarum vnicuiq; suæ gentes sunt, numerantur: pecuarii, aratores, vrbani, vniuersimque parens Persæ regio Epirus *b* aliquibus dicta est Locum quem primum habitatum, & semper putem, is est versus mare.

b Isocrati tolle Suida.

Plinius l. 6. c. 26.

Antiqua Persiæ locus.

Populus qui incoluit *a* Chorsori Scythis vocatur, Caribus *d* galli, Cephenes *e* græcis à Persei Betero, Artæi *f* incolis quo nomine ipsi Heroes significari volunt, ab aliquo haud dubie principum cui tantum tribuunt, vt præcipuis Regum nominibus præfigatur maiestatis causa eius nomen, Elamitæ Hebræis à Semi filio, vt apparet primo huius incola.

a Solinus c. 52
d Plutar. Artaxer.
e Solinus.
f Herodo. l. 7.

Ob cristas galearum.

Esaia 21. Ierem. 49. & 25.
Plinius l. 7. c. 26.
Elamitæ ad mare ponit.

Vt Artaxerxes, Artabanus, &c.

Vnde autem in hunc terræ locum deuenerint, variant scriptores, aliis hos *a* Scythas originales esse, & e Scythia *b* aduentasse confirmantibus, indeque *c* Magusæos dictos à Magog *g* Scytharum patre, vnde & Magiæ *i* nomen deductum, bene quidem, si nomen Scythiæ ampliore termino circumscri-

a Ammia. li. 31.
b Tertul. de pallio.

Vnde Persæ.

c Suidas. g Cedrenus.
i Aliter Iosephus.
vide Scythicum.

cumſcribatur, alias Elam *m* vt dixi primum hæc loca inſediſſe, communis eſt omnium opinio, qui cum iaculandi peritia plurimum valuerit cum Saba *n* & Chaldæis antiqua ſimultate belligerant.

m Geneſis 10.

m Id eſt, Adoleſcens.

n Vet. Eſaia 52.

CAP. II. *Veterrimi Perſiæ Reges.*

POST quem alios atque alios aduenas concurriſſe non negem, qui regionem regnumque dilatarunt. Elamitis ab originibus ſubiecti, quorũ tribus *a* certæ fuerunt, & Reges à Perſicis diſtincti, & regio *a* olim.

Circa annum mundi 1850

Elamita & Elymai.

Elamo autem Chodorloamor ſucceſſit, Aſſyriorum haud dubie ſubiectus dominationi, quibuscum Aſiæ Sodomitarumque fines ingreſſus, ab Abrahamo victus necatus eſt. Et Perſarum regio Aſſyriacæ diſpoſitioni iam inde à Nino ſubiecta manſit. Quam legibus & inſtitutis formauit quidam Zoroaſtres gentilis, alius haud dubie ab illo Bactriano. Quem iccirco gentis auctorem quidam faciunt. Cuius cæleſti igne conſumti cineres perpetuis Perſæ ſeruant excubiis. Sybillarum quoque vna quæ de Baptiſmate cecinit, hinc ortũ habet. Zoroaſtri autem ſucceſſerunt Oſtranæ & Aſtrampſychi religioſa apud Magos nomina. Medio tempore Perſeus *c* Danaes *d* incerto *e* patre filius expeditionem in Elamitas ſumſit, & quamuis Liberum *f* patrem haberet aduerſarium, victor gentem extructa vrbe Perſepole *g*, quam regni caput conſtituit, à ſe nuncupauit. Quod tamen aliqui ad Medææ *h* filium transferunt, alii ad Perſeũ Andromedes *s* filium, qui Cepheo cum virilis ſexus ſobolem non haberet ſucceſſit.

Circa annum 2000.

Zenara Elymai vocantur

a Zenaras tom. 1.
a Plutar. Pompeio.
a Strabo l. 16.

Vide Iudaica, & Pentapolim.
Diodo. l. 3. c. 1.

Plinius li. 30. c. 1.

Alij eundem cũ Bactriano alij eundem cum Mizraim faciunt.

Clemens lib. 4. Recognitionum.

Lactantius ex Nicanore,

Vult Suidas hanc Sambetham vocari & Hebraam.

Suidas.

c Oroſius l. 1. c. 11.
d Videbitur in Argiuis.

e Idem Iouis dicitur.

f Natalis comes l. 7. c. 18.
Herodot. li. 7. huc trahit Perſei & Andromedæ fabulam.

Fabula: Suas Perſeus aureas ſtellas haber. Seneca Herc. fu. Act. 1.

g Oroſius l. 2. c. 12.
h Stephanus.
s Hero. Poly. imman.

Videbitur in Africanis.

CAP. III. *Memnonis res.*

HEROICIS temporibus Tithonus Laomedontis ex ſtrymone, peregrinationis, vt puto, cauſa, orientem percurrens, à Regis forte Per-

Strabo l. 15. vocat. Liſiam matrem & Æthiopia Regem Memnonem fuiſſe.

sarum filia amatus, in thori regnique societatem admissus, filios Memnona & Emathionem genuit, quorum ille omnium cis Choaspem gentium domitor, & Æthiopum postea ductor, vrbem Susam à patre in Regni finibus condiram exornauit, vt etiam ab eo cognominetur. Cumque à Thentamo *l* Assyriorum monarcha Priamus Troianorum Rex auxilia peteret, missus cum 10000 Æthiopũ totidem Susianis, curribusque 200 aduolauit. Intremuit *a* Simois Phrygiæ cum montibus Idæ nigra *q* coloratus produceret agmina Memnon, qui multa *k* hostium strage edita singulari certamine *a* occidit à forti, sic dii voluistis Achille. Cuius corpus in *c* Palto Syriæ sepultum, aut vt alii iuxta Æsapi *d* ostia. Cuius cęsi dolorem mater forte autum domestica suauitate fallens locum fabulæ dedit. Extat Memnonis hasta *k* ensisque æreus Nicomediæ in Æsculapii fano consecratus, statua Thebis *l* Ægyptiis in Serapidis templo, nigri lapidis vsque ad miraculum *g* affabre facta, cuius os radiis solaribus tactum, suauem edit sonum, & nescio quid lachrimabile sub solis occasum. Tithonus autem filio superstes vixit, cuius famosa est senectus *e* & senectuti iuncta garrulitas *r*, vt quæ morosa *a* præsentiaque fastidiens, præteriti temporis capitur recordatione.

Natalis l. 6. c. 2. Hesiodus Theog. Suidas.

V. d Susiana.

l Diodorus l. 3. c. 6

Celsus l. 22. c. 3.

a Claudianus 1. de laudibus Stilichonis.

k Dares.

a Ouidius 11. Meta.

c Simonides

d Strabo l. 13.

k Pausanias Laconicis.

l Lucianus philopseudo.

g Suidas describit.

Cæs. Tacit.

a Homerus de Nestore.

Ideo fingunt eum ab aurora in cælum sublatum. *Propertius ls. 2. el. 18.*

Memnonnia nomen. *Anno 2780.*

q *Iuxta eos qui eum in Æthiopia natum voluit Diodorus.*

Eum Thebanum fuisse velit Dion. de situ orbis. Diodorus ab Æthiopibus in Æthio. vult sepultum.

Fabulatur eum in auem mutatum Ouid.

Theocr epita. Bionis. Tzetzes chil. 6. hist. 64. vult cippum esse rubri variique lapidis, qui Memnon vocetur de quo hæc dicantur.

e *A parcis eam impetrasse fingitur.*

r *in cicadam eum versum ideo fabulantur. Ouidius.*

Post hæc nominatur Persicæ regionis rex Anacyndaraxis, qui forte ex præfecto Persidis ad 5 Nini imperium deuenit, & Arbelus Athmonei f. qui vrbe egregia Persiam ornauit; & Darius antiquior vnde nummis est appellatio.

Celebris etiam Persarum virtus in bellis Amazonum, quarum reginam Marsepiam cum 40 sociarum milibus obtruncarunt, & in Armenias bellum, quod non regis morte sopitum est.

Suidas.

Idem cum Sardanapalo putatur.

Suidas.

Singuli sunt 20. drachmarum.

Iornander in geticis

Daricorum origo.

Plutarchus de fluminib. 6. 23.

Vide propri.

Digitized by Google

CAP. IV. *Achæmenidarum regnum.*

Zonaras to. 1.

Xenophon li. 1. Cyro ped.

Diodorus.

Iustinus li. 1.

Cicero 2. officio.
Bisardus li. 1.
Persica vetera omnia cõplexus est.

i Horat. l. 2. o. 21.

Silius l. 15. arcus Achæmenius.

Stephanus.

Stobæus ser. 86.
Herod. li. 1.
Persas ait à Deiore subactos primum.

Xenophon & ex eo Zonaras hanc sigillatim explicant.

Cyrus apud Plut. rogatus de solo sterili mutando respondit.

INclinante vt puto Assyriorum monarchia aurea illa & Deo digna Respublica *f* viguit, quam tot encomiis vniuersa scriptorum cõmendat multitudo. Atqui eo tempore populus sacris initiatũ ad Reipublicæ clauum admouebant, aut virtus & spectata inter populares moderatio aliquem cui subessent commendabat, subinde etiam tenuiores vt fit oppressi patronum sibi ex potentioribus, sibi aliisque arbitrum quærebant. Hi Reges erant, his parebatur officiosissime. Ex quorum numero fuit Achæmenes vir generosissimus, diuesque *i* & primæ apud suos authoritatis, qui Arbacis Medi comes se & suos in libertatem vindicauit.

Eius Persidis parti primum præfuit, quæ ab ipso nomen retinuit, ita imperauit, vt publico decreto regnum ipsius posteris confirmarent, nescio an meritorum ipsius gratia, an spe, futurum, vt virtus paterna auitaque in liberos transfundatur. Ita deinceps apud Achæmenidas summa potestas fuit, quorum res gestas Scriptorũ defectu aut affectu, tacitus, aut certe vicina nobilioris imperii luce offuscatus iure doleamus, cum illustrium temporũ inueteratæ consuetudines, quæ iam in naturam abierant, insignis politiæ speciem præfuerant, arguentes quam inconsulto victarum gentium mores & luxum cum totius imperii iactura adsciuerint, quo in plana deducti illam sterilis terræ fructum, & scabrosarum rupium dotem, fortitudinem natura indignante fastidierunt.

f Plurimi hanc Rempublicam imaginariam tantam fuisse aiunt nec talem vnquam fuisse qualis describitur.

Ideo ab aquila nutritum aiunt.
Ælianus li. 12. c. 21.

Regnum apud Achæmenidas.

Causa cur tot præclara gesta lateant.

Vide nostra Analecta.

CAP. V. *Regni medici inclinatio.*

Plato Alcibi.
c Xenophon ex Persidarum genere fuisse.

d Herod. l. 1.

IAM vt historiam persequamur, Astyagis Medorum Regis æuo, Cambyses ex Achæmenidis *c* per ordinem successionis regnum adeptus est. Cui peregrino filiam Mandanam *d* Medus vxorem despondit, ne paterna maternaque nobilitas eadem,

Iustinus eum ignobilem facit.

Hinc mulus dictus est oraculo q. ex Persa & Meda natus Cyrus.

Page 1, line 1 of the Table of Contents, for "Introduction" read "Introduction to the Study of Mathematics"

Page 1, line 1, for "Introduction" read "Introduction to the Study of Mathematics"

Page 1, line 2, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 3, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 4, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 5, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 6, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 7, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 8, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 9, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 10, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 11, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 12, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 13, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 14, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 15, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 16, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 17, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 18, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 19, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 20, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 21, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 22, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 23, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 24, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 25, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 26, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 27, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 28, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 29, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 30, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 31, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 32, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 33, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 34, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 35, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 36, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 37, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 38, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 39, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 40, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 41, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 42, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 43, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 44, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 45, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 46, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 47, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 48, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 49, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 50, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 51, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 52, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 53, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Page 1, line 54, for "Mathematics" read "Mathematics, Pure and Applied"

Hæ primo motu Eretriam delatæ, capta post 6. dierum continuam oppugnationem vrbe, ciues Susas deportarunt. Inde in Atticam excurrentes Hippiæ hortatu campos Marathonias milite exponendo locum deligunt, vbi Cynegyrus, Polyzelus, Callimachus, Miltiades græcorum duces occurrerunt. Quorum hic Orientis domitor, Persarum vindex Græciæ seruator merito audiit. Qui periculum moræ intelligens author fuit suis non expactandi auxilii, & sola Plataensium ope decuplicem hostium numerum, mirum qua alacritate profligauit. Hinc viros inde pecudes putares. Persæ victi in naues confugiunt, è quibus multæ suppressæ, plures captæ, quarum vnam Cynegirus soluentem manu apprehendens, nec tot cædibus fatigatus, ambabus manibus præcisis, dimisit, sed instar rabidæ feræ dentibus apprehensam etiam in ipsa morte oppugnabat. Ducenta Persarum milia hoc prælio sine nauigio periere. Inter eos Hippias coneitator tanti belli Diis patriæ pœnas repetentibus, itemque Datys, cuius corpus parentibus Persis negatum, alterius belli dedit occasionem. Plurimi insuper quibus ad naues fugere integrum non erat, errore in paludes deducti cœno obruti sunt. Hoc vulnere accepto & per nuncios intellecto Darius magis exasperatus, toti Asiæ & gentibus Persico imperio subiectis nouum imperat militem, & longe maiorem; præsertim ex quo Ægypti rebellionem percepit. In hac autem exactione triennio insumpto, cum triginta dierum morbo deten-

Exulit Athenienſium tyranni.

Traditum ab Hippia eſſe ex tuſi dens ei excuſſus non reperiretur.' Ælianus l. 2. factum id vult 2. February.

Herod. l. 7.

Ctesias.

detentus fuiſſet, in ipſo apparatu ſupremum diem clauſit, vltionem de rebellibus & græcis filio relinquit ſenio iam & turbante primam maieſtatem belli iniuria afflictus.

Iuſtinus l. 2.

Æmilius probus in Tiſcomene.

Anno 3471. regni 36. Ctefiæ.

CAPVT XVII.

Xerxis impie & crudeliter acta.

POſtquam Darius inter viuos deſiit numerari, orta eſt inter filios de regno quæſtio magis, quam diſſidium. Dum Artobazanes iure naturæ, & ætatis priuilegio, Xerxes non ordine ſed felicitate naſcendi ſibi deberi contendit. Adhibitus in conſilium Demarathus, in arbitrum Artaphernes qui patruus domi cognita cauſa Xerxem, quia patri Regi matre Regina, auo regni non hærede ſed conditore primus natus eſſet, Artobazani qui priuato adhuc Dario, auo & matre priuatis obtigiſſet, præponit. Hic quid magis ſuſpicias, fratrem à fratre in ſolium regium proiici, aut fratrem à rege ſecundo loco donari, an vero vtrumque vtrique medio, dum cõtrouerſia deciditur, tempore munera miſſitare, cœnam inſtruere, tanta moderatione quaſi exigui fundi res ageretur.

Herodot. viuo Dario hæc ait accidiſſe & ab ipſo deciſa.

Herodot. lib. 7. Anaphernes Iuſtino.

Artemenes hic Iuſtino vocatur, Ariamenes alio.

Plutarchus de frat. amore & in apoph. & Artaxerxe.

Pulchrum fratrum certamen.

Poſtquam imperio potitus Xerxes luxui aſſueuit, & deſidiæ multa in Deum impie, in ſuos crudeliter deſignare non dubitauit. Beli ſepulchrum euertit, ad ſpoliandum Delphin Apollinis templum 4000 armatorum miſit, qui tamen omnes imbribus & fulmine deleti traduntur. Pelo irreligioſas potius quam capaces manus intulit. Omnia græcorum fana compilauit, euertit, combuſſit. Leonidis cadauer ablato capite cruci affixit. Ad 9 Edonorum vias totidem pueros & virgines indigenas viuos defodit. Sataſpem Theaſpis f. conſanguineum ob vitiatam Zopyri filiam cruci addictum & matris interuentu ad peregrinationes damnatum, poſt tot labores, tot diſcrimina, & emen-

Ab huius regno incipit Diſardi li. 12.

Strabo l. 16.

Herodo. l. 8.

Val. Max. l. 1. c. 1.

Herod. in fine.

Idem l. 7.

Idem l. 4.

Digitized by Google

emensam pæne Africam redeuntem, quasi imperio minus satisfeciſſet arbore infelici ſuſpēdit. Pythis Lydi filium quod vacationem militiæ oraſſet ingratus occidit. Quid de externis querar? cum ne fratri quidem proprie parcere nouerit. Maſiſtem enim cum ob vxorem ignominioſe mutilatam res nouas moliri opinaretur, cum liberis & familia immiſſis percuſſoribus necauit. Nec diſſimiliis marito vxor Amaſtris, Oxanis filia, quæ inaudito ſupplicii genere vxorē Maſiſtæ affecit, vberibus præciſis, canibusque obiectis, naribus inſuper, auribus, labris linguam mutilam ad maritum remittit. Horret animus ad iſtud Zelotypiæ muliebris cōmentum. Cauſa enim nulla ſubfuit, niſi quod ſceleſta bonam illam à marito æquis oculis aſpici indignaretur. Præter hæc 14 illuſtrium Perſarum liberos viuos defodit. Cauſa pia eſt, Deo quem ſub terra degere credebat gratiam referendam putabat. Apollonidem Coum medicum qui licentius cum Amyti filia conſueuerat poſt biennii multifarios cruciatus terra obruit. Alcidem Camium cruci affixit, itemque Inarum 50. græcis capite truncatis.

Plutar. de virtut. mulierum Her.

Herodotus l. 9.

Alii Onapha.

Herodotus l. 7.

Cteſias.

Val. Max. l. 9. c. 2.

Herod. l. 9.

Hæc crudelia ſunt, ſunt & alia alterius notæ. Nouarum voluptatum repertoribus præmia propoſuit Xerxes. Libidini deditus ne fratris quidem vxori parcere nouerat. In fœmina naturale eſt, Platanum etiam amauit, nouo delirii genere & exemplo.

Ælianus l. 3 & 8

CAPVT XVIII.

Laudabilia in Xerxe.

PAVCA fuerunt in hoc Rege vera laude, & quæ erant ſitu deſidiæ obruta vix agnoſcuntur. Bonis ſubinde honorē exhibuit. Megabyzo poſt reſtitutam Babylonem molam auream largitus eſt, Demaratum quod ſolus ſibi vera dixiſſet, curru

Cteſias.

Seneca de beneficiis li. 6. cap. 21.

Herodot. ſumma ei.

Digitized by Google

Herod. l. 7.

& recta thyara donauit. Artachæem regio funere efferri mortuum curauit, Sandacē iudicem mortis reum ob maiora eius demeritis merita absoluit. Cum exercitum non numero sed mensura cōprehensum per magna camporum spacia exporrectum videret, fleuisse dicitur, cogitans post 100 annos eorum neminem superfuturum. Butin & Spertem Lacedæmonios violatum legatorum ius expiare venientes, cruciatibusque se pro patria offerentes absoluit, virtuti pœnam ignoscens. Agesilaum qui missus ad interficiendum Regem per errorem Mardonium ex purpuratis vnum necauerat, admotusque aræ solis manum foco immiserat, tales Athenienses esse iurantem, dimisit.

Seneca de brevitate vitæ c. 16.
Val. Max. l. 9. c. 13.
Stobæus ser. 98.

Plut. apophteg. Laco.
Here. l. 7.

Idem paral. 3.
Stobæus ser. 7.

Themistoclis fratrem.

CAPVT XIX.

Xerxis belli gesta.

XERXES à Magis initiatus nihil prius habuit quam aditi regni possessionem terminorum productione auspicari. Babylonii Megabysi opera reducti in potestatem, Ægyptii in arctiorem retracti seruitutem Achæmeni cōmittuntur. Cymmerii impelluntur, sed nulla pugnandi facta potestate turpiter discessum. Tum contra Artabanum suadente Mardonio græcos inuadere Persa præsumit. Eam in rem Carthaginenses inuitati, qui eodē tempore Græcos in Sicilia adorientur. Nunquam similem apparatum vidit oriens imo orbis in quo 17000000. peditum, equitum 80000. præter Arabes qui Camelos agitabant, Pœnos qui currus, quorum numerus ad 2000 adscendit, ex Thracum auxiliis 300000, præter seruos fere totidem, classi 1000 nauium, præter Epibatarum 24. Myriades Asiaticarum 1207, aliarum 3000. Equitatui præerant Harmamithres & Tithaus Datys filii, nam Pharnuces tertius Sardibus decumbebant, classi suus quisq; præfectus erat, prætores autem.

Id est, bellator.

Cæsiar.

Herod. l. 7.

Orosius li. 2. c. 10.

Rex somnio monitus tertio suspicit bellum.

Iustinus causam vult Iones fuisse, Here. Darium, Cæsias Datys corpus non recidisse.

Æmilius probus & Plut. in Themistocle.
Iustinus l. 2.
Ctesias

In tanto hominum numero nec procerior nec pulchrior erat Xerxe rod. refert.

Diodorus in hoc numero copiarum variat.
Æschylus in persis.

Herod. addit 20.

Digitized by Google

autem hos 4. Artabignes, Prexaſpes, Megabazus, Achemenes, peditibus autem præerant Mardonius Gobryæ, Trimtatechmes Artabani Smerdones Otanis f. Xerxis patrueles, Maſiſtes frater, Gergis Arſaci, Megabyſus Zopyri filius. Hydarnes immortales ducebat.

Herod. l. 7.

Herodotus. Scamandrum fluuium ponit.

Ne autem de numero ambigamus, Lyſus amnis Chidorus fluuius, Pyſſirus lacus 30. ſtadiorum. Defecere amnes epotaque flumina Medo prandente, toto orbe ſecutas narrantur rapuiſſe vagas amnes, & telis vmbraſſe diem, cũ claſſibus iret per ſcopulos, tectumque pedes contemneret æquor, planius dicam: Helleſponto iuncto, Athone perfoſſo, terram nauigans, mare ambulauit. Mæſtum pelagus tremẽtis Helles 300 nauibus compactis 2. pontibus coercens, Europamque Aſiæ Seſtumque adiunxit Abydo. Hoc vnum eſt. Alterum hoc. Athus mons eſt cuius per medium vela ratesque detulit irrupitque nouum mare. Hæc autem ea fini tantum machinatus eſt homo in cuius nomine ſuperbia & impotentia habitant, vt hominibus metum, naturæ leges, mundo iura impoſuiſſe diceretur.

Iuuen. ſat. 10.

Claudianus l. 2. in Ruſſinum.

Plutarchus.

Statius 4. ſiluarum.

Lucanus l. 2. & 6.

Catullus c. 67.

Val. Max. l. 9. c. 2.

Fabula, cum 300 verberibus mare flagellaſſe 2. compedibus vinxiſſe. Aiunt eum ep. Athum cohibuiſſe.

Hoc apparatu in tantam elatus eſt ſuperbiam, vt præ ſe & hoſtes, & ipſos Perſas vili penderet. In conſilium admiſſos monebat ſententiam quidem dicere, ſed memores parcendum ſibi magis quam conſulendum. Arroganter, ſi victor reuertiſſet, tam deformiter victi neſcias an inſolentius dictũ ſit an impudentius. Naues in Græciam frumentũ aduehentes tantum abeſt, vt intercipere voluerit, vt liberas etiam ſibi viam ſternant hortatus ſit. Exploratores hoſtium per exercitum ductos dimiſit, cum mandatis, hæc Græcis nuncient, hæc ipſis parari & inſtrui.

Suidas. Val. Max. li. 9. c. 7.

Polyænus li. 7.

Herod. li. 7.

Quid Græci adhæc? efferati magis Athenis quidem legatos vrbe excludunt, iidem qui poſtea pro Xerxe loquẽtem lapidarunt Lacedæmone in cloa-

Cic. 3. offic.

penetrauit. Qua rabie fæuitum ſit exuſta fana, deiectæ ſtatuæ, vrbes diteptæ teſtantur, quam tamen impietatem religionis ſpecie quæ Deos tectis includi vetat, Magarum tuetur conſuetudo Athenæ hominibus vacuæ (nam omnes ligneis muris ſe crediderant, domos exilio multantes ne ſibi dominarent vxoribus & inutili turba in inſulas deportatis) crematæ, arx poſt obſidionem capta, præſidiariis vario mortis genere ſe fluctibus, ferro, flammis obiicientibus. Reſtabant homines, & bona virorum pars, quã vincere Xerxe maioris erat. Hic ſi vnquam alias ducis prudentia profuit. Qui Ionibus ad defectionem ſollicitatis ad ſalaminiũ fretum cum 390 nauibus excubabat. Optabat hoc etiam Xerxes exaggerare ni pugna ſuperuenifſet. Themiſtocles autem quem diu Miltiadis tropæa excitauerant, diſſentientibus inter ſe græcis cum ſeparationẽ haud dubie ſecuturam timeret, Xerxem monet, quantocius occurrat, faciliorem fore de iunctis quam in diuerſa dilapſis græcis victoriã. Quo intellecto Rex aciem inſtruit & nauali prælio concurrit. Inter confligendum autem tum ſe Iones paulatim pugnæ ſubtraherent fracti omnium animi de fuga cogitarunt.

Val. Max. li. 2. c. 10. de ſtatuis Harmodij & Ariſtogitonu.
Cicero 2. legum.
Iuſtinus l. 2.
Ægeſippus l. 2. c. 9.
Herod. l. 8.
Plutarchus & Æmilius in Themiſtocle.
Paus. a. Meſſe. Plytanam inſulam vocat.
Strabo li. 9.
Vale. Max. l. 8. c. 14.
Polyænus l. 1.
Cicero 1. officiorum & in Lelio.
Vide Ionica.
Oraculi moniti quod refert Suidas in voce ἀνεῖλεν.
Prædictum à Demarato ex nube quæ Eleuſini Salaminem viſa ferri.

CAPVT XX.

Xerxis extrema fortuna.

GRÆCI cognita hoſtium fuga, dẽ interrumpendo ponte quo Helleſpontum Rex contabulauerat conſulentes cum Themiſtocles diſſuadenti ſibi, quod hoſtes verſa virtutem deſperatione viam quã aliter non poſſent ferro aperturos dux vereretur, non acquieſcèrent, eodem nuncio Xerxi perſuadet viam præuenire, græcos in armis eſſe, de recidendo ponte agi. Rex perculſus hoc nuncio, militem ducibus tradit ipſe cum paucis Abydum contendens. Vbi cum pontem hybernis

Plut. conſol. ad Apollonium.
Iuſtinus l. 2.
Polyænus ait eum Siciunum fuiſſe filiorum eius pædagogum.
Herodo. ait hæc Mardonij ſuaſu potiſſimum fallendi timentis ne ob res male geſtas plecteretur in Perſide.

ARRIVAL
1

THE ROAD
TO SHIRAZ
2

THE CITY
3

THE
PALACE
4

THE
PRINCE
5

THE
PRINCESS
6

THE
ROYAL
HUNT
7

and Ghulam Ali Khan, the Governor of Shiraz, had come out to meet me. I had been told that I would be received with honour, but I was not prepared for the splendour of the welcome that awaited me. The Governor's escort was drawn up in two lines, a hundred men on each side, in full dress uniform, with drawn swords. Behind them were the Governor's own guards, and behind them again a crowd of several thousand people. As I rode between the lines of soldiers, the crowd cheered and threw flowers. It was a scene of great magnificence, and I felt very much like a conqueror entering a captured city.

The Governor himself was waiting for me at the entrance to the city. He is a tall, handsome man of about forty, with a long black beard and a very dignified manner. He dismounted from his horse and came forward to greet me. We embraced, and he then led me to a pavilion where refreshments had been prepared. I was introduced to his wife and children, and to a number of his principal officers. The conversation was carried on through my interpreter, Mirza Ahmad, who speaks both English and Persian.

After the refreshments, the Governor mounted his horse again and we rode together into the city. The streets were lined with people, and the cheering was deafening. I was taken to the house that had been prepared for me, which is a large and comfortable building in the European quarter. My baggage had already been brought there, and my servants were waiting to receive me.

That evening the Governor gave a dinner in my honour. It was a very grand affair, with a great many guests and a sumptuous table. The food was excellent, and the wine was of the finest quality. I sat next to the Governor's wife, who is a charming lady and speaks a little French. She asked me many questions about England, and I did my best to answer them.

The next day I began my official duties. I had a long interview with the Governor, in which we discussed the business that had brought me to Persia. He promised me his full support, and I left him feeling very hopeful about the success of my mission.

In the afternoon I went to see the Governor's palace, which is a magnificent building with a large garden. The garden is full of fountains and orange trees, and it is a delightful place to walk in the heat of the day. I was shown the apartments that had been prepared for me, which are very luxurious.

I have been in Shiraz for three days now, and I have already formed a very high opinion of the city. It is a beautiful place, with a mild climate and a pleasant situation. The people are friendly and hospitable, and the Governor has been very kind to me. I hope that my stay here will be a long one.

Suidas.

coactus est, ne extra Cyaneas, Chelidonias & Phaselidem vrbem classis persica ritu belli conspiciatur, neque intra spatium quantum vno die equus confrcere posset rex ad mare descendat, Græci insuper Asiani liberi vt sint. Nec Pausanias tantum, sed & Themistocles. Sed causa meliore ingratam patriam expertus victi à se hostis genua complecti coactus est, & non debitam sibi misericordiam implorare. A quo tamen benigne habitus aliquot vrbibus donatus est. Cæterum Xerxis rebus tam sinistris paulatim viluit authoritas. Adeo vt quidã in spem regni erecti de eius nece cogitarent. Inter eos fuit Artabanus qui minime esse debebat, patruus. Qui deficiente indies Regis maiestate cum 7. robustissimis filiis vespere regiam ingressus, quæ iure affinitatis ei semper patebat, trucidato Rege voto suo obsistentes filios dolo aggreditur. Semrior de Artoxerxe, fingit patrem ab altero Dario, quo maturius regno potiatur necatum, hortaturque parricidium parricidio vindicare. Cum ventũ esset ad domum Darii dormiens inuentus quasi somnum fingeret, interficitur.

Val. Max. l. 5. c. 3. Alij aliter.

Alij ad Artoxerxem venisse aiunt.

Strabo li. 14.

Orosius l. 2. c. 11.

Iustinus l. 3.

Anno 349 y. regni 21.

Ctesias Darium vocatur.

CAPVT XXI. *Longimani acta.*

ITA Darius-Artoxerxes regno potitus est, cui Longimani nomen fuit, vel quod manuum altera altera longiorem haberet, vel quod vtrasq; ita longas vt stans eis genua contingeret. Prisci Artoxerxis Assueri & Estheris filius fuisse aliquibus, aliis ipse priscus ad alterius distinctionem dicti putatur. Ex Damaspia cõiuge legitima Xerxem progenuit ex Babylonijs pellicibus Alogunẽ Sogdianum Casmartidenem Arsitem & Ochum Andia Parysatidem & Bagapæum, & alios vsque ad 17. Homo fuit perhumanus qui amplissimam pulcherrimam corporis formam virtute exornauit, qui Themistoclem literas ad se dantem, & post linguæ persicæ perfectam anno elapso cognitionem

Megasthen. Assueri 2. filios ponit quorum Darius Longimanus cum Cyro Artabasẽ 7 mensũ dato gno contenderit.

Strabo l. 15.

Probus in Timotheone.

Æmilius probus ex Thucydide.

nem ſibi ſupplicem, non modo recepit virtutis reuerentia, ſed & ciuitatibus aliquot donatur, Magneſia in panem, Lambſaco in vinum, Minthoin obſonia, Percotto & Parepſcepſi in ſtratum & veſtem. Cumq; patriam iuſſus oppugnare, aut non poſſet aut non vellet, tauri ſanguine hauſto aut ſaltem veneno mortem ſibi conciliauit.

Plutarchus in vita.

Interim Artabanus Regem opinione ſua maiorem ſupereſſe videns, de eius nece inſuper deliberat. Sed à Baccabaſſo, qui conſilii ſocietate receptus præſenti ſtatu contentus proditur. Rex porro metuens numerum filiorum, in ſequentem diē, quaſi recognituros eos eſſet, cum armis omnes adeſſe iubet. Cumque aſſiſteret inter alios Artabanus, Rex ſimulans breuiorem ſe eo loricam habere, iubet exuere ſe & permutare. Nudatum vero enſe transfigit, filios corripi iubet patris fratrisque necem inuſitato ſtratagemate vindicans. Aſpamitrum quoque cædis regiæ conſcium adhibitis per Scapham tormētis acerbiſſimo mortis genere excruciat. Ita compoſitis domeſticis inſidiis externa aggreditur. Bactriani domiti, Ægyptii Inaro quodam authore rebellantes per Achæmenidem Regis fratrem 400000 peditum, 80 nauibus petuntur, qui ab ijs vulnere accepto mortuus fratri remiſſus eſt victus. Nec mirum: Græcos enim iam cōſuetudine vincendi exercitatos auxiliares Ægyptus impetrauerat. Megabyzoque epus erat, qui militares ritus nullo externo magiſtro à teneris didicerat. Hic præter eum qui reliquus erat exercitum alium ex 200000 hominum nauibus, 300 ducens, poſt aliquot horarum pugnam Inarum vulnerat, vulnus ſecuta trepidatio, trepidationem fuga. Ita totam Ægyptum Biblo, quæ hoſtibus fugæ receptaculum erat, excepta recuperat victor exercitus, cui præficitur Soſamon, Inarus in fidē recipitur & quamuis indignante ob fratrem cæſum Artoxerxe ſeruatur.

Cteſias hunc Megabyſum vocat.

Cteſias ait filios Artapani pralio poſt patris necem vulneratos.

Ait ſas.

Præua-

Prævaluit tamen post quinquennii preces Regis mater impetratumque suæ potestatis Inarum cruci suffixit, græcis 50 capite truncatis. Frustra datam fidem tuente Megabyso. Quæ perfidia rebellandi ei occasionem dedit, præter equitatum 150000 collegenti exercitum. Vsire autem & post eum Medostene in se missis, post alternas clades & mutua vulnera tamen inferioribus, cum Rege paciscitur, publicaque fide interposita reuocatus est. Sed cum forte in venatione belluam in pedes erectam iaculo feriret, antequam rex vllum emisisset, capitis periculum incurrit. Exorato tamen Rege exilio mitigata est eius pœna, in quo caute ne vicino dolo pateret leprosum se simulauit. Post tot fortunæ varietates hoc in prosperis Megabysi reponendum est, quod vxoris interuentu demum restitutus in regia mensa consenuerit. Ita in omnes clemens fuit Rex, cum reo pro homine vestes mutare, pro capitis abscissione thyaræ fila abrodere solebat.

Pisaga dicuntur Persis.

Plutarchus apophthegm. Ammianus l. 30.

CAPVT XXII.

Xerxes iunior, Sogdianus Parcus.

ARTOXERXES cum plures ex pellicibus liberi essent, Xerxes solus legitimus successit, sed luxui deditus intra quadragesimum ab inauguratione diem fraude domestica oppressus nihil dignum Rege gessit, & quo posset nomen suum ab interitu vindicare. Xerxi inter epulas obruto Sogdianus frater idem & interfector successit. Quo tempore hoc accidit mirabile: quod cum parcus vterque eodem die occubuisset, mulæ cadauera in Persidem allaturæ constiterint immobiles, donec 45 die filii necati cadauer vna acceperunt. Hoc vi plusquam humana factum, tamen Bagorazi, cum quo antiquam rex simultatem habebat cædis prætextus fuit, quasi dolo hoc attentasset.

Mortuus est anno 3543. regni 44.

Hic ab aliis omittitur.

Xerxes & Sogdianus quia tam paruo regnarunt tempore à plerisque omittuntur.

Ctesia Secundianus Ogdianus alii Isagogaus Pausania.

Hic etiam omittitur.

taſſet. Parum eſt in eunucho niſi & fratri Ocho inſidias ſtrueret, quæ carè ei ſteterunt: Nam exoſi crudelitatem eius proceres Ochum præferebant, à quo per dolum itidem captus cinerum ſupplicio afficitur, quibus ad oſſa vſque miſer conſumebatur. Obſiſtebant Ocho regnum ineunti tum alii, tum Arſites frater germanus Artyphio Megabyſi filio comite in quos Artyſaras miſſus. Qui hunc duobus præliis ſuperat, tertio inferior, donec tandem vterq; dolo accitus interimitur. Pharnacyas etiam qui Xerxianæ cædis nuper author fuerat etiam luit, Piſuthnes Lyconis Athenienſis auxilio rebellans eiusdem receſſu deſtitutus Tiſſaphernis opera plectitur. Artoxares eunuchus regnum affectum Paryſatidi datur puniendus. Amorges tumultuans opprimitur. Vrbes quæ maiores in Aſia obtinuerant, recuperant Perſæ, Medos defectionem cogitantes gemina expeditione compeſcunt Polydamantẽ Scotuſæum incredibili robore præditum Rex præmiis ſibi conciliat. Triteuchmes Amyſtris regiæ virginis ſponſus, Roxanes propriæ ſororis procus, huius amore ita in illam cõcitatus eſt, vt 300 viris illam opprimendi curam & copiã fecerit. Quo metu anxius Rex per Vdiaſtem eum aggreditur. Qui poſt 36. propria manu necatus, hoc certe effecit ne inultus moreretur. Huic Vdiaſtis victoriæ Mithridates filius aduerſatus Zarin occupat, occupatam patri diras imprecatus Triteuchmis filio tradit. Anrobæſacem & Mitræum ſororis Darii filios Cyrus, quod regium honorem ipſi non impendiſſent, comprehenſos necauerat.

Pauſa. Eliacis poſterioribus ait Ochum Iſagae legitimo præpoſitum fauore filii.

Alium Darium nothum vocatur.

Ochus in Ibim Darium ſecundum vocat.

Cteſias ait eum poſtea Darium vocatum, & alium Darium nothum dicitur.

Xen. l. 2. hiſtoriarum.

Cteſias.

Xenop. l. 2. hiſtoriarum.

Ideo Darius inſenſus filium punire concipiebat ſpecie morbi ad ſe euocatum.

Sed aliter cecidit Cyro maioribus reſeruato.

* *
*

CA-

CAPVT XXIII.

Artoxerxis & Cyri bellum.

Hanc Cteſias ponit.

DARIO cum ex Paryſatide plures præter Amyntem eſſent liberi, Oſtanes quidē & Oxatres iuniores, Cyrus & Arſacas ætatis magis proiectæ, veritus euenturum quod euenit, ne ſe mortuo inter fratres de regno naſceretur cōtrouerſia, antequam diem ſuum clauderet, vtrique ad ſe vocato proſpexit: ita vt Arſacas ætatis priuilegio regno potiretur, Cyrus Lydiæ Ioniæ omnique Aſiæ prætoris titulo imperitaret. Diuiſa hæreditate Cyrus ad ſua rediit, pacem continebat patris reuerentia, murmur regis authoritas. Quo mortuo, frater diademate, inſignitus, magis iuuenis animum inflammabat. Maxime poſtquam à Tiſſapherne accuſatus hoc nomine, quod Regi inaugurando in Deæ bellicæ templo inſidias ſtruxiſſet, à fratre vinculis & morti addictus, à matre exoratus pluris carceris ignominiam, quam veniæ munus facere potuit & fecit. Re tamen ſimulata Cyrus omnia gerebat, militem colligebat ſpecie in Tiſſaphernem, quod vt fratri perſuaderetur tributa victarum à ſe vrbium promte mittebat. Tiſſaphernes tamē videns apparatum opinione maiorem, Cyrumque totius Græciæ vires ſibi conciliaſſe, regem ſecurum monet 11000 grauis armaturæ, cetratorum fere duo in armis eſſe, & propediem affore. Rex itaque ſuos inſtruit. Cyrus interim, inſciis donec ad Euphratem ventum eſt auxiliaribus græcis, in fratrem ferebatur. Prorſus quaſi regnaturi cederet ſicco pæne veſtigio Euphrates tranſitur nemine vſque ad pectus madente. luxta Tygrim ad Mediæ caſtellum, cum regium militē aduentare fama & puluis nunciaſſet, ex teſſera quam Xenophon nunciabat, *Iupiter ſeruator & victoria* omen arripiens aciem inſtruit, Græci iuſſi ſilen-

Oxendras Cteſia, Luciano Gofithres.
Xenophon tantum duos fuiſſe ait poſteriores.

Obijt anno 356 2. reg. 19.

Xeno. l. 1. de expeditione Cyri.
Æmilius in Themiſtocle.
Arſacas Cteſia, Dinoni Carſes, alijs Artoxerxes dictus eſt, id eſt, maximus bellator.
Memnon, id eſt, memor ad differentiam alterius.

De hoc forte Strabo l. 29 quod nunquā niſi fudaſſet, pugnaret, ſed Regis ex fratre vocat nepotem.

Xenophon.

Plutarchus de hoc diuerſas refert opiniones.
Cteſias vult Cyrum fratri non vere inſidiatum.

Vide Lydica.

Xenophon lib. 3. hiſtoriarum.
Suidas in voce Xenophon.

Cunaxa locus Plutarcho vocatur.

Cicero 1. diuina.

Plutar. præc. connubia. Plut. Artox.

silentibus hostibus acclamare, clamantibus silere, in pugnam prodeunt, acriter vtrimque pugnatum & nescio an Clearchi ignauiæ, an Cyri temeritati adscribendum, quod victi sint. Clearchus certe cum suis cornu sibi oppositum fregerunt, dumque victos insequuntur Cyrus pernicissimo equo longius à suis oberrans contra Clearchi præceptum, in hostem incidit, Artoxerxem Caduſiũ, primo conuitiantem iaculo qua collo est confine caput transfigitur. Dumque aquilam hastæ infixam insigne regium eminus obseruat.

Xenophon de magisteric equestrium. Polyænus li. 2.

Orosius li. 2. c. 16.

Video, inquiens, hominem, cursu in eum citato fertur, nec vno concursu præcipitem dat vulneratum non leuiter. Tum Mithradates quidam à Camiis adductus ministerii gratia castrorum assecla agnitum Cyrum ex puniceo sagulo, (regii enim albis prodibant) iaculo à tergo ferit, mox à Care tempus [illegible] vulneratur, quo dolore ad saxum [illegible] expirauit. Quamuis autem hi duo de Cyri cæde gloriari possent, tamen Rex silentio imperato sibi eam voluit adscribi victoriã. Ceciderunt in eo prælio 9000. ex hostibus, ex Persis 20000. nec percussorum Cyri vllus diu superfuit sanguinem regium vindicantibus fatis. Dumque hæc Cyro parum prudenter parum feliciter fortiter tamen obueniunt, græci omnium ignari castra repetunt. Quibus direptis perculsi, accedente etiam de Cyri morte nuncio, victores quidem sed victis non dissimiles, ducibus Tissaphernis perfidia necatis, vix pauci in patriam euaserunt. Ita fratris metu liberatus Artoxerxes pacare cepit regni negotia administrare.

Dinon à Rege Ctesia à Metrodoro alij à Care Cyrum voluit necatum. Cohorte regia oppressum. vult. Iustinus l. 5.

Plutarchus.

Xenop. l. 3. & seq.

CAPVT XXIV.

Artoxerxis & vxoris acta in pace.

Iustino. Ariaretes.

FERVNT huic vxores vtriusque ordinis plures, Statyra quidem Idernis f. Vnde Darius, Aria-

Atiaſpes, Ochus nati, Ameſtris & Atoſſa filiæ inceſto coniugio adſcitæ, & merito infæcundæ, tertia demum Ochæ ſororis filia. Secundarias vxores 300. habuiſſe dicitur ex quibus Aſpaſia illa Hermothimi Phocenſis filia, Cyro nuper modo Artoxerxi æque grata, quæ cum hulcus haberet in mento deforme, roſis Veneris capiti detractis ſanata perhibetur. Ex his autem 112 filios ſuſcepit. Cæterum Artoxerxi inerat quædam naturalis moroſitas quam leuitatem animi & clementiam quidam interpretabantur. Gratus erat & beneficus, Cteſiam Guidium medicum ob nauatam ſibi in curando vulnere operam in regiam abduxit ſummo honore affectum. Pauperculum inſigni magnitudine malum punicum offerentem, quod rus bene curaſſet vrbi præficiendum putauit. Alter Synetæ cum nihil aliud ad manus eſſet, aquam ex Cyro flumine galea hauſtam offerenti, quod eam optimam & optimi nominis eſſe diceret, ſtolam Perſicam, auream phialam cum 1000 Daricis donauit. Pelopidam virtutis merito & Antalcidam honore proſecutus non vulgari. In pœnis irrogandis clemens, nam Arbacem rebellem ſimultatis reum hoc tantum malo affecit, quod ſcortum nudum cornicibus impoſitum tota die per forum circumferre cogeretur. Alterius deficientis & mendacis linguam 3 clauis cõfigi iuſſit. Rhaconem Mardum de filio quærẽtem, & iudicantem intrepide, quod lactucarũ ſurculos amaros defringi radicem maiore augeat dulcedine, regiorum iudicum collegio adſcripſit, filiumque Carromen abſoluit crudelia ſi iterum delinquat interminatus. Diſſimilis fuit homini tam modeſto mater, quæ vt Cyro cauſa rebellionis, ita Regi incontinentiæ eædem Secundiani nuper, & Arſitis filii & Artybii poſtea procurauit. Artoxarxem eunuchum ſuſtulit, Tiriteuchneis fratres ſororesque viuos terra obruit. Roxanem viuam ſecari curauit, vt vix ſtatyratum

Vitam & mores eius deſcribit Ælianus l. 12. c. 1.

Iuſtinus l. 10. Plutarchus.

Alij 115.

Vita Cteſiæ.

Xenophon l. 1. expeditionis Cyri.

Ælianus l. 1. Plutarch. ait num manibus hauſtam obtuliſſe, nec ſtolæ meminit.

Mos Regi transeunti aliquod munus offerre.

Plutarchus in vita.

Idem in vita eius.

Ælianus vti li. 1. c. vlt.

Cteſias.

simile euaserit periculum. Cyro filio suo interfecto de necis authoribus inauditum sumsit supplicium. Carem oculorum effossione & in aures æris liquefacti infusione duorum dierum tormentis cruciatum non simplici morte affecit. Metrodores irritatus inter pocula sua manu Cyrum occubuisse vere iactans eius opera grauiter luit. Scaphis 2 exædificatis sibi congruentibus, in altera hominem resupinant, alteram desuper applicantes, ita vt caput manus & pedes foris appareant. Oculi semper aduerso soli oppositi stimulis confodiuntur, oricibus mellitumque lac ingeritur, donec exterius muscarum impudentia exagitatus, intus sordibus & vermium copia putrescat. Restabat vnus Maniesaras, qui Cyro exanimi manus & caput præsciderat. Hunc quia captandi non erat occasio, modestum & Regi carum, aleæ lusu superato Regi extorquet, ignaro quorsum hic desideraretur, captumque pelle nudari & 3 palis corpus affixum diuaricari iussit. Nil mirum si quæ in consuetudinem cædium venit, ad parricidia gradum fecerit. Statyra Regis vxor ipsam offenderet ob Clearchi cædem, quo tamen dissimulato, in mensæ communionem recepta, cultri partem alteram veneno infecit. Erat inter apposita Rintaces auis, qua per Melantem diuisa, infectæ pars Statyræ porrecta mortem conciliauit cum maximis doloribus. Pro his tamen omnibus filium se magis, quam regem gessit Artoxerxes, illam Babylonem dimittens nullo malo affectam. Nec plus dolori indulsit quam quantum pietas posset superare, & pati modestia.

Zonaras tr. 1.

Plutarchus.

Crœsus talorum lusu vicisse.

Tribus in Tiaræ.

CAPVT XXV.

Artoxerxis bella.

HÆc priuata sunt, publica bella non ita multa. Nisi quod Græci quos supra euasisse diximus

mus Lacedæmonios maxime irritarint, populares Asiæ ciuitates in libertatem vindicare. Et cum antea per Tribonem & Dercyllidum nullius nominis bella gessissent. Agesilaus is videbatur esse, cui tutus credi posset exercitus & sperari victoria, persicum aurum præ suo ferro contemnenti. Hic in Asiam delatus Tissapherni & reliquis Asiæ Satrapis armatus occurrit, antequam venire nunciaretur. Ita Tissaphernis terrestri prælio superatur itemque altero.

Plutar. in Artoxerxe & Agesilao.
Æmilius in Agesilao & Conon.
Pausan. Laconicis.
Orosius li. 3. c. 2.

Rex ducis ignauiæ fortunam adscribens abdicato Tithrantē substituit, Timorratem cū 30000 Sagittariorum in Græciam reliquam misit, quibus corrupti principes Agesilaum reuocarunt ad patriam, quæ vicinorum conspiratione petebatur tuendum. Donec tandem famosum illam Antalcida authore aut verius proditore pacem inire cogitarunt Græci, qua ciuitates Asiæ & Insulæ regi tributum pendere permissæ libertatem perdiderunt. In Cyprum Euagoræ conatus timens 50000 talentorum consumptis retrocessit. In Caduſios postea mouit, à quibus aut verius ab inopia circūuentus periisset, nisi Theribazi affuisset prudentia. Qui ad alterum ex Regibus Caduſiorum profectus filium ad alterum eodē tempore mittit, ambobus ambo persuadent initum ab altero fœdus cum Persis. Quo perculsi vterque pacem ineunt, metu perfidiæ aut inuidiæ socialis. Postea Ægyptus Nectanebo Rege appellato per Iphicratem & Pharnabazum tentatur, sed non ex sententia. Ob res ita male gestas, & libidinis etiam domesticæ sibi conscius rex, qui filias matrimonio sibi adiungere non erubuit, parum reueritus castas naturæ leges, & regiam maiestatem, quæ filiæ venerationis honorem impendere promittebat. Ob hæc inquam Ariobazani, Mausolo, Datami, Asiæ Satrapis rebellionis dedit occasionem, filiis etiam quod grauius est parricidii. Cum enim ex iis maiorem

Plutar. apophthegm. Laconicis.

Hinc ait se 100 sagittariis Asia pulsum q. ea est nummi Persici nota.

Polybius li. 7.
Ælianus l. 14.
Xeno. li. 4. historiarum.

Plut. in Euagora.

Plutarchus.

Polyænus l. 7.
Teribazum vocat Ægypti Satrapam quem Orontes fraude captum regi tradit.

Quos ita habuit.

Iustinus l. 10.

Digitized by Google

iorem per indulgentiam regem creasset sincerum gaudium ex procreatione se capturum sperans, si insignia dignitatis suæ viuus in filio cõspiceret, filius die auspicali Aspasiam à patre petit, pellicum pulcherrimam. Concedit ille, cum negare illa die sit nefas, sed eandem paulo post repetit, & Dianæ sacerdotem consecrat. Qua re commotus adolescens de patris nece consilium init. Sceleratus esset si solus, tanto sceleratior quod fratribus 50 in facinoris societatem receptis fecit parricidas. Neminem tot filiorum Regis maiestas, senis veneratio, patris indulgentia à tanta immanitate reuocauit. Sed rem per Tribazum præcipue executioni mandandam eunuchus regi aperit. Qui insidias non vitare dementis, nulla alio argumento certũ filiis obiicere imprudentis existimãs, effracto pariete & aditu aulæis tecto nocte expectat, donec coniuratos omnes cum gladiis adesse cõspicatur. Tum sublato clamore se subducens cum suis eos persequitur Tiribazus in concursu obruitur, Darius & fratres Persarum sententiis condemnati capite plectuntur.

Ælianus l. 12. Verderus l. 5. c. 2.

Plutar. hic. Iustinus folin.

Plutarchus.

CAPVT XXV. *Ochus.*

Lucianus.

ITA Rex quam pater felicior dolore & senio confectus vsque ad definitum vitæ terminum tamen peruenire nequiuit Oxastris fratris manu interemtus. Cui Ochus successit iunior quidem, sed qui cædibus & sanguine viam quæsiuerat, quã Atossæ sororis & nouercæ consuetudine sibi non patere videbat. Ariaspem fratrem submissis quotidie, qui eum neci crudelissimæ à patre seruari nunciarét, ad desperationem & venenum adegit, Arsamen alterum per Arpatum Teribazi filium tollit. Ocham sororem eandemq; socrum viuam capite defodit, patruum 100 ante filiis nepotibusque vacua arca destitutum iaculis confixit: 80 insuper fratrum funeribus vna die patrium cadauer adie-

Anno 3598. regni 36. ætatis 94.

Id est, magnus.

Celius li. 10. c. 35.

Pluta. in Artoxerxe. Aelianus l. 9.

Val. Max. l. 9. c. 2. Et Artoxerxem cognominatum ait.

Curtius l. 10.

Digitized by Google

Polyænus l. 7.

adiecit. Merito itaque male ſibi conſcius patre è viuis ſublato mortem ſuppreſſit, & cum eunuchis &catacomitis & chiliarchis paciſcẽs, literas patris nomen & ſigillum præferentes ad omnes dimittebat quibus Ochus Rex declararetur, donec anno fere exacto Perſas conſuetudinem parendi habere putans, detexit fraudem & iuſta patri faciens iuſtitium toti regno indixit.

Huius vita nihil niſi ſcelerum catalagus eſt, victoriæ ſi quæ ſint, cæde iniuriis refertæ ſunt, nec eius virtuti adſcribẽdæ. Caduſios per Codomannum laceſſitos fregit, Iudæis per Vagoſem affligit, cum Iohanna ſacerdos fratrem in templo necaſſet. Templo itaque penſionibus ſpoliato, genti tributa auget, Deo per parricidam parricidium, per ambitioſum ambitionem vindicate, plurimis ad mare Caſpium abductis. Nec Iudæi modo, ſed & miſera hoc victore Ægyptus, quæ Perſicum iugum Nectanebo in Æthiopiam fugato recipere compulſa eſt. Cuius tamen Rex ab Ocho ad cœnã vocatur luxum Perſicum egregie contempſit. In Ægypto autem bouem aſinus (ſic enim Perſa appellabatur ab hoſtibus) Deum gentis immolat, aſinumque coli præcepit. Templa omnia diripiebat, religionem peſſundabat nihil penſi ducens, quid qualiter acquiri poſſit aut debeat. Græcos interim auxiliares auro liberaliſſime donauit. Cyprũ Protagora pulſo recuperat. Euagoram Aſiæ præpoſitum rebus nouis ſtudentẽ tollit è medio Phæniciam aggreſſus, Sidonem Mentoris proditione capit, per Tennem Rhodium ducẽ & patriæ hoſtem ciues ſupplices interimit. Quo conſpecto cæteri vrbe incenſa flammis ſe iniiciunt, perieruntq; vniuerſim ad 40000. Philippi Macedonis fama noti initia ſuſpecta habens Perinthios opibus & auxilio iuuit, Artabazum exulem reuocatum priſtino honori reſtituens. Perſepolim vrbem nunquam ingreſſus eſt veritus ne aurei ſingulis mulie-

Predicta huius crudelitas à Magu q. poſt inauguratione prima cultrum attigit. Ælian. l. 1.

Sic Plutarchus, Iuſtinus l. 10. Armenios eos vocat.

Ioſe. l. 11. c. 7.

Diodorus 16. Philippi.

Oroſius l. 3. c. 7.

Athenæus li. 4. c. 10.

Ælianus li. 4.
Idem li. 6.

Plut. de Iſide & Oſyride.

vide Cypriam.

vide Phaniciam.
Diodorus vbi ſupra.

Plut. de claris mulierib.

ribus inuitamenta sobolis dari soliti inexhaustos Regis thesauros imminuerent.

CAPVT XXVI.

Darij gesta.

Diodorus anno primo Alexandri. Suidas.

DIVTIVS tulerunt huius rabiem Persæ, quam Ægyptii. Quorum vnus Bagoas eunuchus venenum ei miscuit aut saltem in vindictam diastri sui mactauit, carnibus absumtis, aut quod fœdius est filium laniatibus obiectis, ossibus ad ludibrium cultorum capulo mutatis. Nec ipsum modo sed & filios quotquot erant eadem manu confecit, vno Arsame excepto, quem ætatis innocentia protexit. In quem quod in se non poterat Bagoas imperium transtulit. Sed cum quietum non sineret eunuchum conscientia, & patrem vindicatura olim timeretur Regis adolescentia, eodem veneno & Regem cum sobole & regiæ stirpis plærosque tollit. Vnus erat Sisygambris filius Ochi ex sorore nepos in quem omnium oculi & vota ferebantur. Is assumpto ne quid plebeium redoleat Darii nomine in regem assumitur communi suffragio.

Anno 3624. regni 26.

Ælianus l. 6.

Alius vocatur Narses, Arses & Arses. Iustinus l. 10. hos 2. omittit.

Anno 3628. regni 4.

Diodorus l. 17. Ælianus l. 12. ait seruatum.

Primus vocatus Codomannus.

Iustinus l. 10.

Bagoas cui consuetudo leuia fecerat parricidia, & hunc vix initiatum veneno tentauit, sed re cognita comiter inuitatus poculũ quod Regi miscuerat, à Rege coactus est exhaurire. Ita Darius metu solutus ad regni negotia animum applicuit, Asiam inprimis contra Macedonum incursiones munit, per Memnonem insulas & Græciam tentans, postea etiam per Pharnabazum & Agedem Spartanum. Sed omnia irrito conatu. Grauis enim in Persas Deus, & contemptus olim Philippi adolescentulus in Darii perniciem crescebat. Monebãt hunc tot Græciæ clades olim acceptæ, petitum à patre tributum, in suum patrisque caput empta coniuratio, & quod instar omnium est domina-

Ælianus.

Curtius li. 4.

Theocritus eij. 17.

Sic eum Darius vocabat.

Curtius li 4. in litera Alexandri.

libido. Itaque collecto exercitu 32000 peditum, 5000 equitum, 180 nauium classe, hac tam parua manu orbem aggressus peruicit, dubium an audacia an virtute maiore. In Asiam delatus prohibitis à populatione militibus, Sardes & Miletum capit. Ad Granicum amnem primo occursum est à Persis viginti milibus peditum parique equitum numero. Et quamuis Macedo cum eminentiorem ripam occupantibus impari pugna se cõflicturum videret, fortunæ tamen & virtuti confidens vicit. Prostrata hostium 20000 prẽter equites 250 cum ex Macedonibus tantum 34 desiderarentur quos omnes ad solatium cæterorum Imperator equestribus statuis donauit, non paruo ad virtutem & audentiam incitamento. Inter cadauera 7 Satrapæ reperti, & eorum vnus Spirobates Lydiæ Ioniæq; cum fratre Rosace. Phrygiæ qui præerat sese subducens propria manu perit, alii Persis relictis ad græcos inclinant. Verbo dicam.

Curtius l. 2.

Iustinus li. 11. qui in prima pugna 600000 ponit.

Orosius li. 3. c. 15.

In campis Adrastiis.

Predictum à Minerua in Phrygia sacerd. cum statuas ante prefectis Phrygiæ ades cadere obseruasset.

Iustinus 120 equites ponit alios nouem.

Diodorus l. 17.

Arrianus l. 1.

Huius pugnæ euentus tantum animi Græcis dedit Persis abstulit, vt bona Asiæ pars se Macedoni permiserit, atque adeo ipse Darii filius Ariobazanes de patris nece cogitarit hostis virtuti quã patris fortunæ addictior. Sed re animaduersa nihil segnior Darius, nihil his territus collecto ingenti exercitu, audita Memnonis morte non parũ consternatus, numerum copiarum init, qui ex diuersis gentibus conflatus ad sexcenta milia adscendebat ex quibus Persarum erant 100000 & in his eques 30000 implebat. Purpura fulgebant omnes magis quam armis, quod ipsum cum sciscitanti de exercitu Regi Eudemus exul Atheniensis confessus esset, libere magis quam prudenter, veritatis dictæ pœnas dedit laqueo. Exercitum itaque promouit Darius maxime postquam de Alexandri in Cilicia morbo nuncius allatus est.

Idem ibid.

Plutar. Paralel. 23. & in Alexandro.

Curtius l. 3.

Orosius l. 3. c. 16.

Interimque Myndii & Canyndii in Macedonum potestatem venerunt, ciuitates mediæ Illum

Orosius li. 3. c. 16.

vsque ad Amanum domitæ, vbi hostem expectare tutius visum Parmenioni, quod loci capacitas multitudinem Barbaricam parem paucitati suæ facturam videretur. Nec detrectant Persæ, oppositaq; Phalangi acies, nouo militum robore (mercenarii enim ex Græcis aduenerant) aucta; fortiter vtrumque pugnatum, Alexandro non tam ducis quam militis agente vires, leuiter in femore vulnerato, Dario, qui curru sublimis eminebat suis ad tuendum, hostibus ad lacessendum ingens incitamentum fuga, inhonesta elabēre, abiectis regiæ maiestatis insignibus & conscenso equo. Nobilissimi quique circa currum vt ante oculos Regis oppetierunt inter quos Aticies, Troontes, & Sabaces Ægypti prætor.

Polyænus l. 4. ait Darium deceptu eo quod Macedones qui ante procubuerāt repente se erexissent.

Plutarcho Exartet.

Spectata inprimis Oxiatris fratris Darii virtus & pietas, cui adscribenda Regis salus, quem Macedonum impetu represso seruauit. Cæsorum numerus peditum 100000, equitum 10000 ex Macedonibus 504 Saucii, 32 pedites, 150 equites desiderati. Tantalo tam ingens victoria stetit impēdio! Sisygambis Darii mater non maiestate solum sed & ætate venerabilis, Statyra quoque eiusdem soror & vxor, Ochus eiusdem sexennis filius, Statyra & Drypetis adultæ virgines duæ, hoc prælio capti, & ab Alexandro humaniter habiti, nec vt reginæ modo sed vt mater & sanguine iūcti. Quorum vxor Darii dolore *a*, fatigatione *b* & partus *c* abiecti collisione mortua magnifice sepulta.

Iustinus numerat 61000. peditum, 000 equitum, captos 40000 ex Græcis 330 ped. 150 equitum.

Val. Max. l. 4. c. 7. Arrianus l. 2.

Athenæus li. 13. c. 27.

a *Curtius 4.*
b *Plutarchus.*
c *Iustinus l. 11.*

Posthæc occupata Damascus, quo tanquam tutissima arce & thesauros suos & nobilissimorum coniuges & filias Darius conuexerat. Quos frustra superbè datis ad Alexandrum literis idem repetebat, Tyrus & Sydon occupatæ, Gaza itidem, Ægyptus peruagata, dum Darius nullum paci locum superesse videns nouum militem imperat. Qui ex omni gentium numero colligebatur, equitum 45000, peditum 200000.

Curtius li. 4.

Alexan-

Alexander autem Phraſaortem Lyci bubulci ductu circumueniens Suſidas portas penetrauit. Gangamela 5 0 0. ab Arbela ſtadiis diſtans pugnæ locus delectus eſt, vbi fortiter manus conſerentes Darium in fugam verterunt Macedones, captum niſi Maſæi, qui Parmenionem premebat conatui ſe oppoſiturus à perſequendo reuocaretur. Perſarum 4 0 0 0 0 Macedonum minores trecentis ceciderunt. Procedenteque cum ipſo ſitu terræ, victoriarum ordine poſt Babylonem, Suſasque Perſiæ quamuis non citra difficultatem anguſtias ſuperauit Alexander. Perſepolis capta, Paſargardæ Globaro prodente occupatæ, & ebrii ſcorti impulſu pulcherrima Cyri regia flammis addicta, cuius vix facti ſera Macedonum ſubiit, pœnitentia adeo vt reparare cogitaret, & cæperit, quanquam priſtinæ imparem maieſtati.

Polyænus li. 4
Herodianus li. 3. ad Iſſicum ſinum pugnam hanc ait commiſſam.
Polyænus l. 4.
Polybius l. 10.
Solinus c. 48. Arbelitem regionem facit.
Curtius l. 5.
Arrianus l. 3.
Taïs vocatur.

CAPVT XXVII.

Darii mors.

EX exercitu collecto nuper 30000. inclinata in ſcelus Beſſi, & Maburzanis partes ſequebantur, qui viam ad res magnas nonniſi regis nece ſternendam indicabant. Et quamuis Patronis Græcorum ducis delatione inſidiæ paterent, euitare tamen facultas non fuit. Ita à famulis captus Darius nouum ludibrii genus excogitante fortuna aureis compedibus vincitur. Plus enim gratiæ ſibi ex viuo quam occiſo acceſſurum ſi res ita ferat opinabantur.

Bactrianorum præfecti.
Oroſius l. 3. c. 17.

Alexander interim citato curſu fugientes inſequens, vbi in conſpectum venit, qui tecto Regis currui aut verius carcere aſſiſtebant, cum ſuo ſcelere perire, nec parricidas comitari vellet, multis vulneribus confoſſum relinquunt fugæ ſe mandantes. Iumenta quæ vehiculum trahebant nullo regente ſemiuiua militari via diſceſſerant ad fon-

Præſidium ex defectu lunæ ante Solis ortum Cicero 1. diuinat.

Digitized by Google

tem remotum. Ad quem Polyſtratus Macedo ſiti maceratus accedens, ſpirantem adhuc inuenit & hocingeminantem, ſe nullis in Alexandrum officiis, meritorum debitorem maximorum mori, precantem denique, non ſua ſed exempli omnium Regum cauſa vindictam perpetrati in ſe ſceleris ſumat. Cumque poſcenti aquam Macedo porrexiſſet, hoc aiebat ſibi accedere calamitatis genus maximum, quod dignas ei gratias referre nequeat, quas relaturum Alexandrum ſpondebat, cui dextram fidei pignus dare iubet, in qua voce deficiens animam efflabat. Cuius imperium iure belli ad Alexandrum translatum eſt. Cuius ſubditos amore ſibi deuincire ſtudent Rex amorisq; nec rectius, nec certius vinculum eſſe coniugali præuidens, verſo in hymenæum triumpho nobiliſſimos Macedonum Perſarumque inter ſe coniungit. Hic exitus fuit vitæ illius qui mortuus fuit quam viuus beatior. Fertur enim Alexãder famulis manibus doluiſſe peremtum ingenti ſolatus fata ſepulchro, & inſignem de percuſſoribus vindictam ſumpſiſſe, pallioque ſuo opertum, matri patrio ritu ſepeliendum donaſſe, feliciores patre filii. Quorum Ochus liberaliter educatus Suſis, Statyra Alexandri, Drypetis Hephæſtionis matrimonio clara vixit, donec vtraque Roxanæ inſidiis appetita interiit.

Pranunciatum cum initio regni Darius Perſici acinaci vaginam græcam aptauerat.

Anno 3634.

Præuiſum à Dario ſomniante ſe Alexan. Perſica veſte indutum videre. Curtius l. 3.

Traditum Memphis legatis Mileſiorum. Strabo l. 17.

Ælianus lib. 8. deſcribit nuptias & Athenæus li. 12. c. 18.

Claudia. epiſt. ad Hadria.

Durauſſe regnum Perſarum vult Curtius lib. 4. annos 230. Strabo l. 15. & Clemens 235. Auguſtinus li. 22. de ciuitate 233. Sulpitius l. 2. 250. Agathias l. 2. 218.

Curtius l. 5. in fine.

Idem li. 8.

* * *

A P-

Digitized by Google

APPENDIX.

Mammaea.

NVLLVS nominis Perſia poſt Alexandrum fuit, & manſit vſque ad Alexandri alterius tempora. Cui Neoptolemus à principibus rector datus, nec prævalente Syrorum vicina potentia erigere ſe potenti.* Volurt quidem Alexander à Callinico ei præpoſitus, ſed Antiocho inferior, voluiſſent & alii ſed Parthorum ſuperueniens dominatus omnem ſpem præſcidit.

Iuſtinus l. 13.

Polybius l. 5.

* * *

ANALE-

ANALECTA ANTIQVITATVM, ET CONSVETVDINVM PERSICARVM.

SECTIO PRIOR.

De Sacris.

Agathi. li. 2. OLIM Deos Græcorum habuerunt Iouemque Belum.

Alexander ab Alexandro. Herculem, Sandem, Veneré, Anaitidem vocantes.

Plut. l. 2. de fortuna Alexandri. Iouem inuocabant, eique sacer currus aureo iugo coronatus.

Xenop. & Curtius. Regiæ Pompæ annectebatur similiter & 4. tauri totidemq; albi equi curules Regem sacrificantem quotidie præcedebant.

Macrobius l. 1. c. 8. Solem autem maxime venerabantur, nomine Mithræ.

Isido. l. 14. originum c. 3. Quanquam eundem etiam Eldictum scribatur.

Tertull. apologe. 16. Eius imaginem in linteo depictam aliquando adorarunt.

Sozomenus li. 2. c. 8. Eum orientem adorabant, & alios ad idem cogebant.

Iust. l. 1. Equus ei sacer.

Philostr. Apollo. l. 1. Isque albus ei offerebatur.

Curtius. Et eius currus albis equis aureo iugo coronatus Regi sacrificaturo præmittebatur.

Iulius firmi. l. 1. c. 5. de errore. Colebatur in locis subterraneis.

Curtius l. 3. Imago eius crystallo incensa supra tabernaculum Regis fulgebat.

Hieroni. ep. ad Iætam. Nonus in Nazianzenum. Miles, qui in spē Mithræ mysteriis initiabatur per 80 suppliciorum genera probatus, si perdurasset coronam interposito gladio capiti imponens tingebatur.

Tertul. de corona militari.

Rufinus l. 11. Virgines castæ in perpetuum ad Solis sacerdotia lectæ.

Oroma-

Plut. de Hi. & Ofiri. Oromazum bonum & Arimenem Auerruncum malorum colebant.

Alexand. l.6.c.4. Curtius l. 3. Amanum & Amandatum gentilitios Deos etiam habebant atque hi patrii Perſarum Dii appellati & inuocati.

Strabo l. 15. Lunam, Venerem, Dianam ſtellasque inter numina ſua habebant. *Aliter Laertius li. 1.*

Sa ad 2. Machab. Dianam Perſica voce Nanneam vocabant & certis myſteriis colebant.

Diodorus l. 6.

Max. Titius ſer. 38 Ignem præcipue colebant, quem in focis ſacrariisque æternum Regi exercituique præferebant quemque in ſacris primo inuocabant, quem è cælis lapſum aſſeruari opinio erat, inque eius gratiam, quicunque ignem referebant, in pretio erant & honore.

Curtius, Xeno. Herodo.

Strabo l. 15.

G. Cedrenus de Perſeo. Euſtatius in Dioniſ. de pyrope.

Arnobius l. 6. Aqua etiam in honore, quam ſputo, lotio, ſordibus contaminari nefas.

Herodo. l. 1. Vnde manus viuo flumine abluere religio erat.

Xeno. l. 8. Cyrop. Tellurem etiam venerabantur, eique immolabant.

Idem l. 3. Heroibus etiam ſacra faciebant.

Athenæus ex Doridi hiſt. l. 6. Inter feſta Perſarum præcipuum erat Mithræ, quo Regi permiſſum vino ſe onerare & ſaltare vni conceſſum.

Agathias l. 2. Aliud etiam feſtum vitiorum interitus vocabatur quo venenata interficientes Magi offerebant.

Plato in Alcibiade.

Herodo. li. 9. Regum quoque natales in feſtis habebant, quo epulum fieri ſolitum, quod lingua patria Lycta vocatur.

Iuſtinus. Quo tempore nefas Regem quicquam petenti negare.

Herodo. l. 3. Magophonia etiam inter feſta ob memoriam libertatis reſtitutæ, repreſſa Magorum dominatione.

Iuſtinus li. 1.

De Chryſoſto. orat. 4. de regno. Sacarum etiam feſtum erat ob memoriam victoriæ Cyri, quo ſerui cum dominis veſtem & officium permutabant, & fæminæ vſque ad ſtuporem inebriabantur.

Strabo l. 11.

Digitized by Google

Cic. 2. de legibus. Diis ſuis per ſe nec templa nec aras nec ſtatuas erigebant.

Alexan. l. 6. c. 26. genialium dierum. In locis autem editis ſacrificabant Diis, quos habebant omnibus.

Et quicquid quernis arboribus innaſcitur cælo miſſum putabant.

Theodo. l. 5. c. 38. Interim pyræa templa Perſarum vocata lego.

Stobæus ſer. 44. Antequam ſacrificarent Reges de pietate differebant.

Athenæus l. 3. Qui quotidie centum boues, aſinos, ceruos, mactabant.

Xeno. l. 3. Cyropædia. Fiebat autem hoc modo.

Iohannes Bohemus de Perſis. Myrtho coronati victimam in loco puro mactantes lignis aridis demto cortice imponebant.

Herod. l. 1. Tum carnes à Mago aſſante & incantante profectas & ſubſtracto trifolio aut gramine molli elixas, repoſitas auferebant animam Deo relinquentes *omenti* [a] parte in ignem proiecta cum oleo ignemque ventulo excitantes aiebant, Ede ignis Domine.

Strabo l. 15.

[a] *Catullus.*

Euſtathius in 1. Iliadem.

Herodotus. Omnes vota nuncupabant pro Regis & populi ſalute ſemper & tantum.

Athenæus l. 11. Patera aut phiala Diis vinum libabant quæ *Condy* dicta.

Diogenes Laertius in procem. Omnia ſacra Magorum ſcitis ſubiiciebantur nec fas aras attingere antequam conceptis precationibus, libamenta diffunderent præcurſoria.

Ammianus l. 23.

SECTIO ALTERA.

De Rege & Regno.

Eſther c. 1. REGNVM Perſarum ab India vſque ad Æthiopiam diuiſum in Satrapias, quæ ſub diuerſis nunc minus, nunc plus terrarum complectebantur. Idcoque aliis 7 [a], aliis 20 [b], aliis 120 [c], aliis 127 [d], aliis 360 [e], numerantur.

Nec Serarius in ſacram ſcripturam.

[a] *Plato 3. legum.*

[b] *Herod. l. 3.*

[c] *Daniel. 6.*

[d] *Eſther c. 1.*

[e] *Ioſe. l. 10. c. 14.*

Regnum autem non niſi morte in alium tranſibat niſi

Plutarch. in Artoxerxe. nisi quod indulgentia parentum filii aliquando adsciti, & longum iter ineuntes successorem futurum designarent.

Herodo. li. 2.

Constan Manass. annal. Regnum lege maiorum liberorum Regionum ob
Iustinus l. 2. ueniebat maiori natu ex patre Rege.

Plato de legibus. Persarum Rex magnus & Rex Regum appellabatur.

Strabo l. 15. Pasagardis inaugurabatur in Palladis fano priua-
Plut. in Artoxer. taque Cyri veste indutus terebinthum & Oxigalam sumebat.

Idem apotemat. bis.
Idem de paterno amore. Diademate Surenæ manibus impositio in Regiam sellam collocati diademati festum celebrabant.

Frontinus l. 4. Regiæ autem sellæ insidere priuato capitale.

Strabo [illegible] l. 6. In inauguratione nomē subinde mutabant reges.

Iustinus l. 10. Itemque tributa remittebant.

Herod. l. 6.
Ester l. 2. Vxores Regibus multæ erant.

Plato in Alcibiade. Quæ diademate item ornabantur.

Curtius l. 3. Et prouincias suo ornatu dicatas habebant.

Max. Tyrius ser. 33. Pellices Rex habebat 365, quæ Ionia fere accersebantur.

Iosephus, & liber Ester. Quæ 6 menses vnctæ, & 6 odore imbutæ ad regis thalamum parabantur.

Iust. l. 1. In Gynæconitide autem singulis singula erant cubicula.

Herod l. 3. Regi ex tributo quotannis obueniebant, quater
Herodo. computat. decies, ita vt Persia immunis esset, millena, quin-
Xenophon & Curtius. gena sexagena talenta Euboica, quæ liquefacta in fictiles fidelias recondebantur.

Ante Reges in curru Auriga sedebat, ei enim fre-
Dio. l. 17. num contingere non licebat.

Athenæus li. 12. E curru descensuri pedibus aurea sella subiiciebatur.

Annanus l. 30. Regis thyara, id est, pileus recta erat infulis sine filis appendentibus, aliorum in frontem vergentes, quanquam & rectam priuatis aliquando concesserunt.

Senec. l. 6. de beneficiis. c. 3 Cydarim etiam habebant capitis insigne & cæru-

Curtius l. 3. Athenæus l. 12. c. 3. lea faſcia albo diſtincta circuibat, myrrha & labyſo delibuta.

Pollux. lib. 7. onomaſtici c. 13. Xeno. li. 1. exped. Candys Regia tunica erat purpurea & manicata, proprios autem purpuræ tinctores Rex habebat.

Fler c. 6. Poſtoſt. l. 2. de imagi. Sceptro aureo rex vtebatur quod ſubmittere clementiæ ſignum.

Philoſt. Herod. Ariſtot. & Apulei. de mundo. Aureis, lecto, tabernaculo & domo vtebantur, & regia pulchra.

Curtius l. 3. Currus regis, Belialiorumque ſimulachris ornabatur.

Xenophon. Rex ſolus exertis manibus procedit.

Proco. l. 1. Vnionem Reges ferre ſolent.

Philoſtratus li. 1. de vita Apollo. Regis ſtatua in portis propoſita aliquando intrantibus adoranda.

Laertius l. 2. in Ariſtippo. Vnguentis perpetuo, reges delibuti erant.

Plinius li. 13. c. 1. Scrinium item cum vnguento circumferebant.

Ælianus l. 4. animaliũ c. 41. Venenum item quo ſi opus foret facile perirent.

Sueto. Veſpaſiani c. 23. Vt aliis, ita & regibus capillus erat profuſior.

Plut. de ioct. Princ. Regi è ſomnis excitato acclamabatur memor eſſet ſui officii.

Ioſe. l. 11. c. 6. Erant qui Regi horas nunciarent veſtemque eius exciperent.

Heraclides apud Athenæum l. 4. Rex vel eodem cœnaculo vel altero velo interiecto conuiuas excipiebat, qui ad ſummum 12. menſe Regiæ accumbebant vultu demiſſo taciti.

Xenoph. l. 8. Cropadia. Honoratiores infra regem ſiniſtrorſum, alii dextrorſum accumbebant.

Stobæus ſer. 44. Rex antequam bibat de temperantia diſſerit.

Athenæus l. 2. Sale tantum Ammoniaco pane triticeo, oleo ex Garamaniæ ſpinis, vino tantum Chalibonio Reges vtebantur.

Strabo l. 15. Athenæus l. 1. c. 26.

Herodo. l. 1. Sola choaſpis aqua ſoli Reges vtuntur ad potum

Solinus c. 36. & Eulei quam decoctam argenteisque vrceis

Athenæus l. 2. conditam circumferebant.

Heſter c. 1. Cantatriculæ, pocillatores pueri & ſeptem eunu-

Ioſe. l. 11. c. 5. chi menſæ aſtabant, & pinſcerna phialam tri-

bus

Xenophon. bus digitis apprehensam porrigebat, hausumque ex ea in sinistram fundens absorbebat.

Æmilius Probus in Datame. Dextra Regis fidem sola faciebat.

Plutarchus. Maximum Regis iuramentum per Mithram.

Polyænus l. 8. Regis sigillo insculpta erat semiramis passis capillis.

Arist. de mundo. Specie maiestatis raro Rex sui copiam facit.

Ælianus l. 1. c. 1. Eumque sine numero nemo adit.

Idem l. 1. c. 32. Iterque facienti omnes etiam vilia offerunt munera.

Apud Herod. l. 7. Pompa Regis egredientis pulchre describitur.

Herod. li. 3. Reges legibus plane soluti erant.

Brissonius li. 2. Persicorum. Omnes subditos etiam fratres seruos appellantes.

A Rege puniti gratias habebant, quod eorum memoriam rex haberet.

Cicero 1. de diuinat. Rex à Magis docebatur res sacras.

Stobæus ser. 44. Rege mortuo per quinque dies iustitium erat.

Diodorus l. 17. Et ignis externus tum solum extinguebatur.

Strabo l. 15. Sepulti Reges in arce Persepoli, aut vt alii Ecbatanæ. *Iosephus lib. 10. cap. 14.*

Digitized by Google

CHRONICON INCHOATÆ *sub Cyro Monarchiæ Perſicæ.*

BALTASARVM AſtYageM CræſVM VIClt CYrVs VLtor. 3431.

Chronicon alterius Regum familiæ inchoatæ.

CLaDe MagVM CeLebrIs reX DarIVs VſqVe VoCatVr. 3442.

Chronicon expeditionis Xerxis.

Merget GræCa Cohors fera CaLCanteM æqVora XerXeM. 3480.

Chronicon translati ad Macedonem imperij.

SoLVs ALeXanDer Vt rex AsIæ IMMInet oMnI.

SECTIO

SECTIO TERTIA.

De muneribus publicis & priuatis ætatum singularum officiis.

Herod. li. 3. REGVM filiis summi à rege honores dabantur fere & prouinciæ maiores.

Plato in Alcibiade. *Clemens Alexandri. l. 1. padag. l. 7.* Pædagogi quatuor his vbi infantiam excessissent dabantur, qui prudentiam, æquitatem fortitudinem moderationem eos docerent.

Plutar. in Crasso. *Idem apophthegm.* *Hero. l 7.* Surenas secundæ post regem dignitatis erat.

Cui hospitum cura incumbebat.

Prætores in singulis prouinciis erant, qui & Præfecti *a*, Persisque Satrapæ *b* appellabantur.

a *Iustinus.*
b *Nouella. 31. c. 2.*

Daniel l. 6. Omnium autem tres primarii erant.

Hero. li. 1. Singulis scriba Regius aderat.

Xenophon l. 8. Cyrop. Tribunus præerat militum hinc inde stationibus idque tum ad subitos motus, tum ad coercendam Satrapæ potestatem.

Ammianus li. 23. Ex senum numero Iudices legebantur controuersiis decidendis.

Xenophon l. 8. Iudicum quidam selecti, & regii non nisi morte mutabantur.

Arrianus l. 7. Satrapæ repetundarum postulari poterant, conuictique officio remouebantur.

Xenophon in œconomico, & l. 8. Cyrop. Arcibus præfectus suus erat, & præsidio suus, vrbique, illis incumbebat à vi & iniuria agricolas & opifices propulsare, huic plebem ad opus & agros compellere.

Procop. l. 1. Thanarges dignitatis quoque nomen erat.

Xeno. in œconomico. Legati erant, qui quotannis in prouincias mittebantur ad quas Regi excurrere non vacabat.

Apuleius de mundo. Erant qui regis oculi & aures dicebantur, certi exploratores.

Pomponius mela l. 1. c. 11 *Ioseph. l. 10. c. 14.* Ærariis prouincialibus quæ vbique erant & gazæ dicebantur præerat custos quidam singularis.

Curtius l. 5. Chiliarchæ erant, qui legatos ad Regem introducebant.

Æmi. Probus in comone. Erant scriniorum bibliothecæ gynæsæ.

Sce-

Sceptrigeri erant, qui Regum equites antecedebant.

Xenophon l. 8.

Ioſe. l. 10. antiqui. c. 11. Regii corporis cuſtodibus, id eſt, 10000 ſpiculatorum præfectus erat.

Athenæus l. 4. Ii omnes æs non merebant vt alii, ſed à rege annonas capiebant.

Curtius. Maſtygophori erant, qui rege egrediente ordinem turbantes ſubmouebant.

Herod. l. 3. Erant & oſtiarii regis, excubitores, internuncii & cætera.

Xeno. l. 1. Cyro. Omni die omnes cælibes in foro comparebant, pernoctabantur ſæpe.

Val. Max. l. 2. c. 6. Infantes vſque ad ſeptimum annum parentes non aſpiciebant.

Herode. l. 1. Pueri vſque ad 17 annum, diſcunt primum vera dicere.

Xeno. l. 1. Cyro. Iuſtitiæ iurisque rationes diſcebant, audiebant, exercebant.

Cic. 5. Tuſcul. Pane & naſturtio ſolum, idque cum magiſter monuiſſet, cum aſpiceret veſcebantur.

Xenophon l. 8. Cyro. Herbarum vires eis monſtrabantur.

Strabo l. 15. Fabularum inuolucris fortiter geſta exponebantur.

Idem l. 16. Carmina quoque patria facientes quale eſt illlud 360 palmæ commoda continens.

Clemens Alex. lib. 1. pædag. c. 8. Arcum quoque torquere, equitare, currere ſtudebant.

Zonaras to. 1. Ephebi vſque ad 27 annum noctes diesque in archys erant in conſpectu rectorum repetentes, quæ pueri didicerant.

Xeno. l. 8. Cyro. Venationibus aſſidue occupabantur, nec niſi venatu captum & venatione peracta comedebant.

Iuſtinus l. 41.

Theoſtr. li. 1. Inedia ſæpius diei & amplius deſtinebantur.

Strabo lib. 15. Ad curſum premio propoſito tubæ ſono mane excitabantur.

Zonaras to. 1. Duces ex Regiis Principumque liberis deſignantes.

Salta-

Athenæus lib. 10. Saltationibus, & tripudiis operam dabant.

Stobæus ſer. 42. Procul tamen ab omni rerum & verborum turpitudine.

Hiero. l. 2. in Ionia. Polenta, Cardamo, ſale & pane cibario veſci ſolitos legitur.

Ælianus l. 16. de animalibus c. 25. Natatu ſe exercebant & equis quos ne in acie ſtrepitu aut clamore terreantur aſſuefaciunt.

Strabo lib. 15. Adulti vſque ad 50 annum magiſtratibus apparebant & deinceps inter ſeniores habebantur & regibus à conſiliis erant, ſed conſulentes aliter quam regi videbatur ſi bene cedebat, aureo latere cui inſiſtebant donabantur, ſin aliter flagris cædebantur.

Ælianus l. 12. vari. hiſtoriarum. Senes & Parentes ſummo apud Perſas loco erant.

Stobæus ſer. 44. Cum parricidam nullum niſi forte ſpurium iactét apud ſe repertum.

Xenophon de Cyro. Veredariorum vſum Perſæ repererunt quos Abaros & Aſtandas vocant.

Suidas. Familiare Perſis erat feras viuariis clauſas agitare.

Dio. Chryſoſt. In feram tamen ante Regem telum emittere nefas erat.

Plutarch. in Apophteg. Adoleſcentes ad prætoria ſemper hærere licebat.

Stobæus ſerm. 44. Vxoratos non niſi vocarentur.

SECTIO QVARTA.

De Militia.

Liuius annali 35. ANTE bellum legati mittebantur potituri terram & aquam.

Strabo l. 15. A vigeſimo anno ſtipendia faciebant.

Seneca 3. de ira c. 17. Detractare militiam nefas.

Herodi. l. 5. de ano ſuo. Mercenarius miles & ſtatiua caſtra nulla.

Herodotus lib. 3. Per Satrapam tumultuarie exercitus cogebatur.

Seneca li. 3. de ira c. 20. Per curatores aut tabernaculi ſeniorem de commeatu proſpiciebatur.

Ælianus l. 17. c. 36. Ad quem conuehendum cameli erant.

Curtius li. 63. Iidem etiam ad theſaurum regium.

Socrates l.3.hiſt.eccleſ.c.2 Hyemerarenter bellabant aut in expeditione erãt vere educebant ſuos.

Herodotus lib.7. Præerant exercitui exarchæ, decani, centuriones, millenarii Hipparchæ.

Procop. l. 1. Exploratores, & ſpeculatores habebant.

Ammianus lib. 17. Cæterum doli fugientes.

Xenophon lib. 1. hiſt. & expedit. Nautis ſtipendium erat vnus Daricus, vel 3. oboli in menſe, Cyrus auxit vno.

Collecta ex Curt. Ariano, Herod. Procop. Amano, & Cteſia. Militum alii immortales 10000 dicti, quia ſemper eodem erant numero, ſemper & in mortuorum aut fontico laborantium locum, mox noui ſurrogabantur: alii Doriphori, & mala aurea haſtis præfixa ferentes: alii cataphracti, alii cognati, iique ad oſculum mittebantur.

Ioſephus antiq. lib. 20. Arma ad nocendum Acinaces, gladius breuis vaginæ inſertus ex Baltheo appenſus, incumbens in dextrum femur.

Herodotus lib. 7.

Curtius l. 8. *Xenop. l. 2. Cyrop.* Copis, gladius leniter falcatus, quam alii cum Sagari & Mechera confundunt.

Ariſtoga. ap. Herod. l. 5. Arcus breuis pharetra cum telis ex coruo tragula.

Xeno. l 7. Cyro. *Suidas.* Paltum iaculi genus erat.

Xeno. l. 7. Cy. Cyro. Funda & in ea lapis magnus, quæ viliorum erant arma ante pugnam reges de fortitudine diſſerebant.

Strabo lib. 15. *Herod. l. 9. de Maſſag.* *Xeno. l. 7.* *Amm. l. 25.* Arma ad tegendum militem lorica ſquamis aſpera, niueis limbis quam ex ferro, & ære pro lineo primi cuderunt, thorax ferreus & coruſcus.

Euſtat. ad 22 Odyſſ. *Plut. Artax. de Cyro.* Gerra texta ex viminibus quadrilatera vice ſcuti, galea non vtebantur ſed thyara etiam in bello Xenophorus tamen Cyro dat galeã æream criſtis albis.

Herodot. lib 7. Quanquã Ænea & ferrea tegumẽta capitis aliqua.

Hero. l. 9 de Maſſag. Tunicas ſuas armis ſuperinduebant.

Xeno. l. 6. Cyriã Cyro. Ad tegendum equum frontalia & pectoralia.

Singulares equi feminalia, curules lateraria.

Curtius l. 4. Tegumenta ex ferreis laminis ſerie inter ſe connexis.

Ammianus l. 24. Vel etiam operimenta ſcortea habebant.

Taber-

Xeno. l. 1. Cyrop. Tabernacula ſingulis cohortibus, id eſt, 100 militibus tendebantur.

Xeno. Hipparchito. Equites magiſtros à queis in equos tollerentur habebant.

Hero. l. 6. Niſæi equi iis laudatiſſimi, & Medi equites.

Xeno. l. 8. Cyro. Etiam ſtragula inſternebant poſteriori æuo.

Dionyſius de ſitu orbis. Frenis aureis & talariis item vtebantur.

Xenop. Anabaſi l. 3. Equos vinciebant, peditisque impediebant ne ruptis capiſtris effugerent.

Alexander l. 4. c. 7. Quadrato agmine plurimum vſi.

Xeno. l. 6. Cyr. Currus adhibebantur biiugi, quadriiugi, falcati, id eſt, ex ſummo temone haſtæ præfixæ ferro eminebant.

Curtius l. 4.

Diodo. lib. 17. Vtrimque à iugo ternos dirigunt gladios inter radios.

Xeno. 1. Cyro. Rotarum ſpiculæ eminent in aduerſum, aliæ ſummis rotarum orbibus falces hærent, aliæ in terram dimiſſæ.

Xeno. l. 6. Curribus etiam octi iugis ligneæ turres, in iis milites erant, elephantibus etiam vſi ſunt.

Ammi. l. 24.

Vrgetius l. 3. c. 10. Caſtra foſſis ductis conſtituebant arenam ſaccis collectam aggerentes.

Xeno. l 8 Cyro. Singulis ſua tabernacula deſignabant, ſignaque ſinguli ſua in faſtigio locabant.

Ariſtides Panathen. Milites annue & ſubinde extra ordinem recenſebant.

Stobæus ſerm. 42. Rex in media acie ante pugnam de fortitudine diſſerebat, ex Regis tabernaculo aut naui ſignũ aquilæ aureæ.

Hero. l. 7.

Herod. l. 4. In Vrbium oppugnatione cuniculis vtebantur.

Xeno. l 8. Cyro. Machinas & ſcalas muris applicabant.

B. Briſſonius ca. 3. Baliſtis ſcorpionib. malleolis facibus vſos legimus.

Æliauus l. 5. ani. c. 3. Naptham oleum ex verme Indico fictilibus vaſis impoſitã iaculabantur in portas quæ inde mox ſuccẽdebantur.

Plin. l. 2. c. 105.

Herod. l. 6. Cæterum vrbes ſagena circumuallabant Perſæ.

Curtius lib. 4. de Dario. Murices ferreos à ſe defoſſos ſigno poſito ipſi vitabant.

Xerxes. Pontes fluminibus iniiciebant etiam rapidiſſimis.

Alexander l. 6. Terni oboli nantis ſtipendium decretum.
quod ne quidem vniuerſale fuit.

Sene. l. 3. de ira c. 21. Flumina deriuabunt, vt Cyrum, Gyndim.

Herod. l. 7. Plutarchus. Montes aquis peruios fecerunt, vt Xerxes Atim.
Flumina epotarunt vt Xerxes Chydorum

Hero. l. 6. Naues habebant longas, Actuarias, onerarias, alias ad equos, & impedimenta, alias ad milites.
alias 30 alias 50 & amplius remorum.

Tributaria prouinciis imperabantur.

Xeno. l. 2. Cyro. Fœdera data acceptaque dextera Leges feriebant.

Lampridius in Alexandro Seuero. bello captos ſuos ſeruire moleſte ferebant Reges, eosq; magno redimebant.

Strabo lib. 15. Quinquageſimus annus honeſta miſſionem vtriuſque militiæ dabat.

Cyrus victis Lydis. Predæ decimas dijs ſubinde dicarunt.

Xeno. li. 3. Cyro. Teſſeris in bello vtebantur, vt in Cyri contra Aſſyrios erat.

Iupiter auxiliaris & Dux.

Tolyanuſe. Ignes noctu extruebant

Xenophon. Ante pugnam Pœana Dux Caſtoribus exordiebatur exercitu proſequente.

Diod. l. 17. Ad buccinæ ſonum pugna monebatur.

Xen. l. 7. Cyro. Ad ſignum aquilæ aureę ſequebantur ex tabernaculo Regio.

Liſimus l. 3. Excubitores cantu Regis laudes continente tempus fallebant, bello peracto domum ſe quiſque recipiebat, præmio nullo, niſi quod prædæ ſuperfuerit Dijs ſacra peragunt, vulneratorum curam habebant.

Herodia.

Suidas ex Xeno.

Cteſias. Medicique in caſtris ipſis etiam concurrebant.

SECTIO QVINTA.

De Præmijs & pœnis.

Herodo. l. 7. PRÆMIA aliquando annua dabantur. *Vt Maſcani ab Artaxerxe quod ſolus hoſti reſtitiſſet vt à Xerxe Crotomatus.*
Genti benemeritæ data triremis aurea.

Idem l. 8. Iuſtinus lib. 1. Toti orbi communia dabantur, vt fluuius Perſepolitanis aureus.

Toti:

Digitized by Google

Xenoph. l. 2. Cyropædia. Strabo l. 15. Toti cohorti præmia decreta aliquando toti sexui communia; vt viros qui plurimos liberos procreassent.

Ioseph. l. 11. aut 16. Bene meritos omnes quos orisangas vocãt pugillaribus inscribebãt, Artifices præcipue medicos & mensa & alijs honoribus dignati sunt, vt Hipocratem, Chesem, Demodicem.

Herodo. l. 3. epist. Hippocratis.

Plut. à pop. Secundus à Rege locus datus, honoratissimo vt heredari, adoratio & per vrbem vectio maximi honores.

Hester c. 3.

Esdra l. 3. c. 3. Ad osculum Regis admitti honos erat. Darius Zorobabel admisit. *Ab Assuero Amandati.*

Val. Max. l. 5. c. 2. Vrbes & Insulas ad sustentationem Reges dabãt.

Herod. li. 3. Vt Pytarcho Cyrus, Darius Silozonti famum donabãtur medica veste, vt Othanes cũ posteris. *Artaxerxes Mithridati.*

Plut. Artax. Torquẽ, armillas, acinacem aurea Rex dabat.

Herod. l. 3. Phialas stateribus id est aureis nummis plena, dederunt vt Demodici dedit Darii Vxor.

Athenæus l. 1. Corona vnguentes delibuta donari magnum. *Artaxerxes Antalcidæ dedit.*

Herodo. l. 9. Exercitu donari eximij doni loco. *Xerxes Artayntæ dedit.*

Ctesias. Maximum duorum mola aurea. *Xerxes Megabyzæ dedit.*

Senec. lib. 6. de beneficiis. cap. 31. Interdum libertatem petendi faciebant. Xerxes de Maratho.

Calius l. 16. c. 13. Gallum in hasta ferre inter prima dona erat.

Ælianus l. 1. vari. c. 22. Legatis exterarum gentium munera decernebantur.

Procopius l. 1. Euagius l. 5. c. 15. Xenophon l. 2. Cyro. Milites per gradus ad honores adscendebant Facti ex gregariis quinarii, decuriones manipularii, prefecti, cohortis tribuni.

Herod. li. 8. Ex Regibus sociis primæ sedis à Rege honos Sidonio & Tyrio dabatur.

Diod. l. Ex gentibus post Persas Arim aspi maxime placebtã, qui Energetæ dicti & à Tributo immunes.

Ex Legatis confœderatarum gentium Thebario primus honos erat.

Ioseph. l. 11. c. 5. Plut. in Artaxer. Heliodo. li. 8. Rex de capitalibus subinde cognoscebat.

Sumque interdum sententiam ad Iudices referebat, indicta causa nemo puniebatur.

Epiph. l 2. de manich. Rei in carcerem detrudebantur.
Diodo. lib. 17. Vinciendi zona apprehendebantur.
Epiph. vbi supra. Diuque in carcere detinebantur donec exacte de iis cognoſceretur.
Procop. lib. 1. Carcer fuit lethe nominatus, capitali ſupplicio deſtinatus.
Tzetzes thi. 3. c. 98. Ingrati actio eſt pœnaq; ſeueriſſima
Iuſtinus li. 41. Nihil adulterio furtoque grauius puniebatur.
Ammianus li. 33. Legibus pœne deſertorii irrogabantur.
Arrianus l. 7. Satrapæ repetundarum conuicti officii remonebantur.
Herodotus. Iuſt. l. 10. Ob vnam culpam etſi male acta bonis præponderaſſent, plectebatur integra ſæpe familia.
Plut. Artax. Capite ſupplicium nobiliorum erat
Xeno. li. 3. arabac. Nouacula autem non gladio caput præſcindebant.
Dexteram etiam plerumque abſcindebant cruci affigendam
Eſter c. 7. Ex Plut. Artax. Crucis autem ſupplicium proximum dignitate erat.
De ſcapharum crudeliſſimo ſupplicio vide hiſtoriam.
Venefici caput Petræ impoſitum, petra atterebatur vſque ad mortem.
Cteſ. Heliod. l. 8. Viui etiam facinoroſi ſubinde vrebantur.
Val. Max. l. 6. c. 4. Pellem viuis etiam detrahebant particulatim vel ſolidam eamque in vtris modum palea impletã ad portas ſuſpendebant.
Cyrillus cathec. 7. Viuos defodiebant capite demiſſo pronos.
Herod. l. 8. Lapidibus etiam obruebanrur noxii.
Cteſias. Leproſi finibus regni arcebantur ſi peregrini, ſi indigenæ Ciuitatis; quia hũc morbum ſoli inimicum credebant.
Herod. l. 1. Cteſias.
Alexand. l. 3. c. 20. Seruos ſponte reuertentes poſt fugam flagellabant, retractos vincebant.
Sene. l. 3. c. 20. Naribus & oculis ſæpe priuabantur oculiſq; oleum infuſum liquefactum.
Procop. l. 1. Alex. l. 6. c. 14. Damnatorum corpora feris obiecta.

Bona

Digitized by Google

Iosephus l. 12. antiq. c. 1. *Socr. hist. eccles. l. 7. c. 8.* Bona reluctantium rescripto Regio fisco addicta multos qui offenderant decimabant.

Herod. l. 3. Aliquem Muliere ignauiorem vocare opprobrium erat.

Plutarchus apophthegm. Pro capite thyaras, pro auribus fila ex thyaris.

Dependentia amputabant aliquando quod dementiæ erat.

Herod. l. 3. In exilium mittebant reos idq; certo ad mare rubrum loco.

SECTIO SEXTA.

De re priuata.

Xeno. l. 1. Cyr. POPVLVS in 12 tribus partitus ex quaque vnus singulis fori archys præerat. Proni manibus post terga reuinctis Reges venerabantur.

Lucianus nauigio.

Curtius l. 3. Annulo epistolas muniebant.

Festus. Parasangis 30 stadiis vias metiebantur, secundum quas tributa pendebant Scænis quoque.

Plinius li. 6. c. 26.

Hesych. Suidas. Quæ mensura constabant Achanis admetiebantur.

Ammianus l. 23. Promiscue etiam inter epulas gladiis accingebantur. Floribus vias sternere & odoribus lætitiæ signum.

Herod. l. 7.

Curtius l. 3. Mulieres lanæ manũ admouere probro ducebãt.

Herodi. li. 5. Equis plerumque inhærebant nec pharetra humeris suspensa.

Diodorus l. 17. Nummi eorum Darii nota signati & sagittarii.

Plut. apopht. *Arrianus lib. 6. nuptias def.* Verno æquinoctio contrahebant & sponsus sumpto malo, vel cameli medulla lectũ genialem inibat.

Tertul. apolog. Etiam cum matribus & sororibus iungebantur.

Herod l. 1. Vxores pellices prolibitu & facultatibus multæ.

Max. Tyrius ser. 14. Vxores secum & liberos etiam ad bellum educebant.

Max. Tyrius ser 34 Mulieris lecticis & carruchis quas Harmaniagas vocant vehebantur.

Diod. l. 16. Harmaniaxæ autem opertæ erant.

Eunu-

Petroni. Satyri. Eunuchos ad munia habebant & faciebant.
Plin. l. 14. c. 4. (Hos Bagon vocant.)
Dio orat. 21. Non ad formam tantum.
Sene. l. 10. c. 14. Sed ad longiorem patientiam impudicitiæ.
Pollux. ono. l. 8, c. 13. Capite thyaram gestabant belli domique quæ & pilo dicta.
Sidonius Panegy.
Manil. 4. Astron. Flectebãt autẽ Achementius Lunatam Persa thyaram honoratiori. Stola serica laxa & fluenti vtebantur.
Hesychius. Candys interior vestis purpurea proceribus scortea reliquis.
Aristo in vespis.
Athenæus li. 12. c. 3. & Pollux. Candacys & Capucis chyrodota vestis nominabatur.
Chirothecas aduersus frigora, anaxaridas, id est, crurum velamenta, calceosis habebant.
Nonius in verbo siccam. Persæ non spuebant nec emũgebantur nec erant sulcato corpore. Debere alicui intra probra erat.
Appianus lib. bel. Cumei.
Troco. li. 1. belli Persici. Cultellum digiti longitudine circumferebãt quo vngues accidunt.
Schol. Æschyli in persis. Mulieres zonas fimbriis seu villis prætextas habebant.
Xeno. l. 1. Torques, armillas, inaures.
Idem l. 1. Faciem pigmentis fucabant & Comis adscitiis.
Herod. l. 1. Cachinnari vesicam leuare, aluum soluere, vomitu cibum egerere indecus & illicitũ.
Scholiast. Thucy. l. 2. Beneficium dare quam accipere honestius ducebant.
Xenop. li. 4. histo. Hospes hospiti munera dabat eaque habebatur amicitia summa, natalem quisq; suum pompa & lætitia summa recolebat.
Herod. li. 1.
Idem l. 1. Salutem osculo dabant eoque in os genas genua, pro salutantium qualitate pauperes alios adorabant.
Xenophon l. 1. Cyre.
Xenophon l. 4. hist. Aulæis non parietes modo sed & pauimenta instruebant.
Plin. l. 13. c. 1. Vnguenta in vsu.
Xenophon l. 8. Veredariorum vsum hospitiis equis ea fini dispositis excogitarunt.

In

Plut. Alexan. In balneis se fricabant.

Plut. Artaxer. Seruos ad lotionem & ad lecticam habebant.

Herod. l. 1. Vicinos honorabant & quo remotior ab iis hoc deterior erat.

Zosimus l. 3. Hortos & Paradisos suos diligenter curabant etiam Principes.

Max. Tyr. ser. 44. Vmbracula sua & vineas colebant.

Curtius l. 3. Gerulorum opera vsi quos Gangabas vocabant.

Xeno. œconomi. Homines adunco naso amabant propter Cyrum.

Plut. politicu. Persis in 365 dies descriptus annus.

Curtius l. 3. Salutando etiam thyaram capiti detrahebant.

Heliod. l. 7. Ex lapidibus præciosis maximi faciebant Ceranniam quia fulminatis locis tantum inuenitur.

Plinius l. 37. c. 9. Manicis manus inserebant Regem adeuntes.

Xeno. l. 2. hist. In luctum se & iumenta tondebant.

Herod. l. 9. Vestes scindebant crinesque lacerabant.

Diod. l. 17. Corpora inhumabant non vrebant.

Luci. de luctu. Sed ad diuturnitatem cera ea oblinunt.

Xeno. l. 8. Cyrop. Galli gallinacei è Persida primum allati, vnde Persicæ aues dicuntur, & gallum Persis imperasse fingitur.

Cic. Tuscul. 1. Strata purpurea Persæ repererunt, vnde instratores dicti.

Athenæus l. 14. Ex Persia nux est quæ Molluca vocatur.

Idem l. 2. c. 6. Culinę Persarum allio oppletæ erant quod aduersus serpentes, & venenata valere putabant.

Macrob. l. 3. c. 18 Ante cibum Persas se abluisse lego, sed non viuo flumine.

Simeon Antiochenus in synag. Panis & caro olim cibus iis erat nec ambage sed, simplici via ibant ad satiem.

Polyænus l. 7. Vxores mensæ non adhibebant vt pellices.

Xeno. l. 1. Cyro. Ad ebrietatem quoque & tripudia scorta inuitãt coniuges missas faciunt.

Macrob. l. 7. c. 1. Nasturtii plurimus apud Persas vsus, eo quod lotium cohibeat.

Plutar. an philosopho sit ducenda vxor. *Quod idem de Cardamo refertur.

Suidas. Parce olim victitabant donec peregrinos luxus admiserunt.

Calius l. 26. c. 24.

Plato 3. de legibus.

Max. Tyrius orat. 32. de lege cõ. 1. In mensa de seriis consultabant, eadem sobrii rectractantes, & contra, cumq; bis placuissent eadem decernebant.

Iosi. l. 11. c. 6. In mensa propinare inuicem mos erat.

Plut. in apophtegm. Peregrino cibo vix vescebantur, vnde Darius Caricas respuit.

Herodo. l. 7. Cibis paucis bellariis multis idque semel per diẽ vtebantur.

Idem l. 11. Pane triticeo Rex vescebatur.

Athenaus l. 2. Lectos triclinares sumptuose adornabant.

Ammianus l. 29. Ad mensam pueri ministrabant taciti astantes.

Curtius l. 5. Cantatriculas etiam ad mensam adhibebant.

Athenaus l. 11. ex Ctesia. Fictilibus vsi quos Reges ignominia notabant.

Idem l. 10. c. 10. Farinas in vinum iacientes, bibebant.

Xenop. li. 1. Mantili manus extergere cum quid attigissent solebant.

Alciatus l. 1. emble. 30. Persica arbor in patria noxia translata fit optima.

Athenaus l. 4. Cęna peracta reliquias circumstantibus distribuebant.

Plut. Sympo. decade 7. Panes escarios Reges nõ amicis tantum sed & seruis distribuebant.

Plinius l. 24. c. 17. Theombroton contra insaniam Reges edere solebant.

Apud Athen. l. 4. c. 6. Persica communia eleganter descripta sunt.

CHRO-

CHRONICON PRIMI ANni quo à Seleuco assumtum diadema.

FERT DIaDeMa SYrIs BabILone NICanor aDeMpta. 3654.

Chronicon victi à Romanis Antiochi.

AntIoChuM DeLet RoManVs SCIpIo VIsVM. 3774.

Chronicon redactæ à Pompeio in formam prouinciæ Syriæ.

ReCtoreM Magno CeDens SYre aCCIpe Roma. 3903.

Chronicon assumpti in regnum Armenii Regis.

ArMenVM aCCIpIVnt SYrII Vt GryphIos DVCe MVLtent. 3884.

PARTHICA.

AMPLISSIMO ARNOLDO AB AMEYDEN PRINCIPI A CONSILIIS RES PARTHORVM DOMI forisque gestas beneuoli animi testimonium offert. Calendis Ianuariis anni 1604.

SVNT *etiam Musis sua Xenia, & nos literatorum amantes literatorum mores sectari haud dedecet. Amant illi lucubrationum suarum participes & testes fieri, eos potißimũ qui auctoritate & doctrina polleãt, illa potentes, hac volentes futuri studio & menti liberalibus. Ego quoq; meis hisce Parthicis patronũ quaesiturus te potißimum adsciui, non eo tantum quod sanguine mihi iunctus studiis meis promouẽdos semper studueris, sed multo magis quod prudentia & eruditione eximiis inter familiæ nostræ primos luces, quo nomine viris magnis acceptus Principibus gratus exstitisti qui te ad sanctiores curas adhibitum domesticæ honorant necessitudine. Qua in functione iam diu versatus summa cum laude, probatißimis quibusq; probaris non vili integritatis argumento &* vt quam diutißime facias, *precor, vnaque vt hoc vile in speciem munusculum ex animi quantitate æstimatum suscipias, meque vt soles, ames.*

Tuum totumque tuum

Ioannes Baptista Gramaye.

CAPVT

CAPVT I.

Plinius l. 5. c. 25. Eustathius. Iustinus l. 41. Suidas. Iustinus: Iustinus l. 41. Strabo l. 11. Diodorus l. 3. c. 9. Xenop. l. 8. Ctesias. Strabo l. 11. Cedrenus. Herodo. l. 3. Idem l. 7. Iustinus li. 13. sed li. 41.

HANC Asiæ nobilem virtute suarum magis quam sua, Arach quidam vocant, & populum Parthyæos. Scythas esse, præter quam quod mores & instituta loquuntur, ipsum nomen indicat, quod persicum est persisq; schythas sonat, scythis exules: A Sesostre primum putatur in hanc regionem victis Assiriis ducta Colonia, cui forte accessit illa à Scythis exulibus & Cæspii maris accolis fundata. Quanquam sint qui vsque ad Arsatidarum tempora sine nominibus vulgus seruisse putent, nihilominus olim Reges suos habuisse videntur, qui ex duplici affinium & sapientum collegio cooptabantur; quorũ Regia fuit Hecatompylos. Vt taceam celebres aliquot eorum defectiones, vt grauia eapropter cõcitata bella. Viros insuper illustres, qui his præfecti dati saltem extremam nõ arguunt vilitatem. Inclinante Medorum imperio, hi deficientes sequeque suamque vrbem Sacis prodentes graue inter vtramq; gentem bellum cõcitarunt, quod biennio magnis hinc inde cladibus gestum est, donec in eas leges conuenit, vt Parthi Medis subiicerentur. Cum imperio autem Medorum haud dubie ad Persas transeuntes, Smerdem Cambysis fratrẽ Regem acceperunt. Quanquam & ante Parthia nec cultu nec ambitu magna, cum Hircanis Persice vixisse perhibeatur. Quæ res forte occasionẽ dedit interiorem Persidis regionem appellandi. Persis autem definiente Dario cum Sogdes & Ariis 300 talentorum tributa pependerunt. Iidem in Xersiano exercitu iuncti Pharnace natũ Artabazum ducem habuerunt. Iisdem post Alexãdri mortẽ Nicanor præfectus est electusq; à Principibus post Amynapum, cui Satagenes, cui Andragoras successit, post quem Satrapę nomen in regũ

Cherasam modo.

commutatum sub Seleuco iugum excussetunt primum impunitatem promittēte fratrum de regno discordia.

Callinico. Seleuci & Antiochi.

CAPVT II.

AVTHOR nouarum rerum Arsaces homo incertæ *a* apud *b* Scythas originis, primum rapto viuere assuetus, mox collecta prædonum manu ex Parnis gente Dais oriunda, cui aliquandiu imperitauerat, dum Seleucus gallicis ciuilibusque bellis occupatur, Parthos aggressus, Andragorā præfectum obtruncat, & regium cum regione nomen assumit. Nec multo post Hircanorum imperio potitus, grandem ex seruitiis conflauit exercitum, partim Theodati, partim Seleuci metu. Sed illius morte non parum de timore remittens cum filio & ipso Theodato pacem cōponens cum Seleuco congressus victor euadit. Reuocatoque nouis motibus in Asiam Rege, dato laxamento imperii, iacit fundamenta, militem legit, castella munit, ciuitates format, vrbem, quoque Daram in monte *o* ædificat qua nec munitius nec amænius quicquam pōtest excogitari. Ita enim præruptis vndique cingitur rupibus vt tutela loci nullo egeat defensore, tantaque est soli vbertas, vt propriis opibus expleatur. Interim Seleucus aliquantulum otii nactus Bactrianos vlcisci & repetere parauerat. Sed inclinante ad Parthum fortuna vincitur, capitur & regio more habitus in regnum remittitur. Hac quam in omnibus eius actis contēplari licet clementia, & animo ad corporis speciē accedente regio plane, vicinarum gentium fauorem meruit, ita vt Babylonij, & vicini aliquot neglecto Syriacorum Regum imperio Parthis accesserint. Huic Reges maximi, bellatores peritissimi, vilis si virum spectas mors obrigit. In eo enim quod ad Araxem commissum est cum Cappadocibus prælio, vna plaga cum equo à Thracensi scutato

a Iustinus l. 41.
b Strabo l. 11.
Iustinus l. 12. ex Andragora præfecti sub Alexandro genere Reges fuisse. Vide Syriaca. Iustin. l. 41.

Alij ex Amminapis genere alium Bactris regio genere eum ortum confundunt.

Callinicus.

Anno 3718.
Anno 2. Olymp. 133.

Bactri. Regn.

Solinus c. 40. Ad Babylonis imitationem erectam à Parthis Ctesiphontem.

Hinc diem festum quotannis celebrant quasi initio libertatis.

Thabarrene.

Traditum Arsacis regnum q. Darius in Tenea vir Parthorum vinctus fuit. Iustinus l. 13.

Athenæus lib. 4. c. 14.

Reinerus Reineccius res Parthicas scripsit sed iam non legi.

Anno 3740.

tato confossus interiit tanto sui relicto desiderio, vt posteri & in regno successores non nisi eius nomine insigniantur.

CAPVT III.

QVi huic successit eiusdem cum patre nominis, haud quaquam degener, Syria arma egregie repulit, inq; Antiochum educens 100 peditum milia, 20 equitum mira virtute decertauit. In Hircania aliquoties de summa rei dimicatum varia fortuna, nunc in hanc nunc illam partem reclinante victoria. Sed is totius belli exitus fuit, vt regni regisque iure Seruato in Societatem receptus sit Arsaces. Qui filium reliquit Pampatium, cui ex filiis tribus more gentis ætate prouectior Phatnaces successit. Mardos gentem validam domuit, nec multo post decedens, præteritis quotquot erant filiis fratri potissimum insignis virtutis viro reliquit imperium, plus regno quam patrio deberi nomini, priusque patriæ quam liberis existimans consulendum. Fratri Mithradates nomen erat quo duce ad summũ imperii fastigiũ Parthorum deuenit potentia. Nihil florentissima Bactrianorum vicinitas Eucratidis magnitudine fulcita, nihil Medorum conatus, Elimæorum potentia, fortuna enim in partibus erat, & quamuis in speciem subinde retrocedens, ludos tamen seria cõpensabat, quamuis opinione hominum sera, victoria. Monstrabunt producti fines imperii à Caucaso vsque ad Euphratem. Demetrius Syriæ Rex hos progressus intercipere velle & posse videbatur. Sed eum quoq; cuius aliquot tulerat victorias dolo circumuentum amisso exercitu capit, filieq; nuptiis & Regio comitatu honoratum tantum non in regnum restituit. Atque ita aduersa correptus valetudine non minor Arsace proauo extrema senectute decessit.

Iunior dictus cognomine.

Iustinus l. 41.

Magnum.

Polybius l. 10. & 11. exacte singula bella edisserit.

Obijt anno 3760 reg. 20.

Obijt anno 3772. reg. 12.

Alijs Phraates, alijs Priapatius.

Iustino 2. sunt tantum.

Arsaces 4.

Iustinus l. 41.

Anno 3780. regni 8.

2. Machab. c. 14. vocatur Rex Persarum & Medorum forte ob Elymaos & Medos victos.

Arsaces 5.

Iustinus l. 42.

Orosius li. 5. c. 2.

Nicanor.

Vide Syriaca vbi hac fusè.

Iustinus l. 38.

Rodegunes.

In Hircaniam missit.

Anno 3827. regni 49.

CA-

Digitized by Google

CAPVT IV.

1. Machab. c. 15.

PHRAATE filio relicto, qui illum ipsum Demetrium ter à fuga retractum pœnali restituit Hircaniæ: donec eius opera se pericula depulsurũ sperauit. Hoc autem fuit Antiocho Parthiam victricibus armis ingresso, cui cum resistendo vix esset, Demetrium euocat fratri opponendum. Qui Parthorum viribus superior auitum regnum recuperat, & frustra tentante Partho tuetur. Antiochum quarta pugna à se victum necatumque regio funere præcipit tumulari. Victoriam quo minus prosecutus sit, motibus Scytharum adscribendum. Quos calumnia, tardius lati auxilii, mercede fraudatos, à Parthiæ vastatione prohibiturus occurrebat. Interim dum Hymeras flore pueritiæ regi conciliatus, ad curam regni relictus, immemor & vitæ prioris & vicarii muneris tyrannica crudelitate Babylonias aliosque vexat, Rex eodem modo græcos nuper captos, immemor, nec hostiles animos captiuitate minui, & iniuriarum insuper indignitate exacerbari, ille quidem defectionis multorum author existit, hic milites irritat. Qui cum inclinatam videt aciem arma ad hostem transferunt, & diu cupitam captiuitatis ignominiam exercitus, Regisque cruenta cæde exequuntur. In cuius locum Artabanus patruus substituitur. Qui Scythis populata Parthia ad sua dilapsis Colchatarios bello petit, in quo vulneratus in brachio, breui diem obiit extremum. Regnum iure ad Pacorum filium deuoluitur, quo tempore Mithridaticis armis occupata Asia, & Sillæ Luculliq; auspiciis Romanis in mutuum spirabant exitium. Cum vtroque Romanorum Imperatore Pacoro intercessit societas, quam tamen posteriori non plane candidè seruauit submissis Tigrani auxiliis, quo nomine etiam per epistolã monitus est, & iussus modum facere importunæ isti amicitiæ.

Arsaces.

Demetrij frater.

Sidetes.

Iustinus l. 39. Athen. l. 10. c. 12. Ioseph. l. 13. c. 16.

Iustinus l. 42.

Anno 3855. regni 28. Arsaces 7.

Pampacij filius.

Præmittitur hic à Iustino l. 42.

Anno 3857. Arsaces 8.

Florus l. 3. c. 1.

Liuius l. 70.

Xiphilinus ex 35 Dionis.

CA-

Digitized by Google

CAPVT V.

Dio. l. 36.

LONGE aliter Phraates filius & ſucceſſor perpetuum cum Tigrane diſſidium aluit, Corduenæ regionis cauſa, adeo vt non dubitauerit filium Tigranem data in coniugem filia, ſibi adiunctum, in patrem armare. A quo aduocatus in Armeniam Pompeius, in patrem aliquandiu concitatur, cuius territus felicitate Phraates (iam aduentare fama nunciabat) de fœdere iam ante inito cum Romanis confirmando legatos miſit, ſed irrito conatu, iam enim victor Euphratem tranſierat, & Corduenem per Afranium occupatam ſui iuris faciebat, quietem itaque tantiſper egit. Sequenti anno ob Sariaſtrem alium Tigranis filium, alium ſuum generum bellum repetit victoq; parcit. Nec tamen niſi Pompeio medio ſopiri poterant, quæ iam in vtriusque animo radices egerant inimicitiæ. Mittuntur itaque ab illo triumuiri qui inter Reges de finibus pronuncient.

Arſaces 9. eius nominis 2.

Vide Armeniaca.

Plutarchus.

Lucanus l. 8.
Plut. apoph. ait Pompeiũ dixiſſe ſe iuſtitia terminos vſurum ac Tygri.
Diodorus l. 37.

Hæc Orodi alij tribuunt huius filio.

Zonaras to. 2.

Tandem filiorum manu peremptus, ex filiis Orodem habuit ſucceſſorem. Maior enim natu Mithridates, qui ob rerum geſtarum claritatem magni nomen aſſumſit, poſt Artuaſdem laceſſitum, Scythas non ſemel fuſos, plurimasque gentes Parthis adiunctas à ſenatu Parthico ob crudelitatis opinionem regno prohibitus, à fratre etiam pulſus eſt. Quem poſt deſperatam Gabinii Arabumque opem fiducia cognationis ſe dedẽs hoſtem magis quam fratrem expertus eſt. Ita Orodes regno per parricidium potitus, non diu quietus fuit, Romanis armis & Craſſi cõſulis auaritia excitat⁹. Qui nõ obſtante Metelli tribuni deuotione, & quod rapta ſubitis turbinibus ſigna hauſerat Euphrates, & legati percuſſorum fœderum memoriam renouaturi occurrerant, bello vult contendere, ſpe ipſam Indiam & vltimos terræ angulos præſumens faſtu nullius conſilio ſe permiſit, quæ res tot legionũ fuit exitium.

Dio l. 39.

Alius Herodes.

Arſaces 10.

Iuſtinus l. 42 prioribus 2 omiſſis hunc Artabano ſubiungit.

R. Armenia.

Anno 3903.

Seneca li. 5. c. 18. natura quæſtio. Ateius Appiano.
Val. Max. l. 1. c. 2.

Arſaces 11.

Florus l. 3. c. 11.

Apud Zeugma.

Apud Nicephorum.

Appianus Syriaco.

CAPVT VI.

Sic Florus. Appianus autem vocat Abgarum & Arabem. Plutar. Arimanem. Proni Angarus.

OSTENDEBAT Artabazes instructum per Armeniam iter copias & commeatum addicens, negat Crassus & Mazaræ Syro versipelli fidē adhibet, qui exercitum in mediam camporum planitiem deductum hosti exponit. Interim Orodes Armeniam populabatur, siue ad Artabazis vltionem, siue quod euentum expectare ibi constituisset. Relicti erāt cum copiis Surenas & Sylaces, qui Consulem nacti cum coria sua & sordidum vestis genus quo armorum splendorem hactenus texerat, proiecissent signa aureis sericis vexillis vibrantia & inusitatus armorum splendor omniū oculos perstringere, clamor inconditus auribus terrorem immittere, densa in modum grandinis & nimborum tela virtutem hostium in stuporem vertere, nihilominus belli fortunam placet tentare. Prælio commisso Publii Crassi filius adolescens vel ipsis hostibus laudatus cecidit, vulneratus quidem in acie armigero autem latus ferendum dedit. Ad cuius exemplum Censorinus & Megebachus propriis vulneribus cōcidentes captiuitatis se subduxerunt infamiæ, ita vt sint 500 solum hac pugna capti, reliqui contis transfixi. Crassus circumferri caput filii ad sui Romanique nominis ignominiam contemplatus, militem iterū educit consternatū pari infelicitate. Victus enim, fugatus, permissusque est ab hoste vna nocte filium lugere. Postridie hostes potiti castris, necatis quotquot ægros repererunt, Carras contendunt vbi callide audientes Crassum, Cassiumque & alios non infirmæ sortis delitescere, animum ad oppugnationē & insidias conuertunt. Viæ & fugæ ducem elegerat Crassus Andromachum, qui communicato cum Surena cōsilio Romanos indiscrimen adduxit.

R. Armeniorum.

Iust. l. 14. c. 4.

Eutropius l. 6.

Liuij epitome li. 106.

Eutropius l. 6. c. 6.

Orosius li. 11. c. 6.

Plut. in Crasso.

Epitome Liuij l. 106.

Traditus Crassi cladi, cum transeunti pontem tonitrua & fulgura in faciem caderēt, locus designatus castris bis tactus è cælo, ventus pontis partē abrupit, equus imperatorius mersus, aquila sponte se vertit, pultes & lenticula militi primum apposita, vltra flumē vox Crasso deficienti ex manibus Crassi lapsa.

Traditum cum pater supra filium in lumine fani cecidisse.

6 Idus Iunias. Ouidius lib. 6. fastorum.

Defendebatur interim Crassus à militū cohorte,

Digitized by Google

Prudentius li. 2. in Symmachum.

te, nec ſpes eius potiundi erat ante noctem. Itaq; præmiſſa à Surena qui ceſſantibus à pugna non alienum à pace Partham perſuaderent. Credunt

Polyænus li. 7.

Romani non tamen Imperator, quidum ſe nullo vitę deſiderio teneri profiteretur deſcendit è tumulo, &

Lucanus l. 1.

in equum coniectus, dum diuerſa parte hoſtes ſociique trahunt orto ex verbis prælio, à Maxarthe quodam gladio transfigitur. Ad Romanos qui reliqui erant fama delata omnes pene diſſipauit paucis exceptis, cæſa in vniuerſum 20000. capta 10000, quorum plærosque Arſaces humaniter habuit, datis in matrimonium Parthicis virginibus. Abſciſſum cum dextera nuper caput Craſſi

Solinus ca. 51.
Horat. l. 3.
Macrobius l. 7.

à Surena in Armeniam miſſum ad Regē, qui tum forte in concubinarum medio epulabatur, ludibrio fuit. Aurum enim liquidum in oris rictum

Cic. 3. de finib.

infuſum eſt, vt cuius animus arſerat eius cupidine, mortuum quoque & exangue corpus eo vteretur. His proſperè ſuccedentibus Orodes triumpho

Iuſtinus l. 42.

Surenæ inuidens, & gloriæ, victorem tot legionū tolli iubet è medio, reliquiasque Romani exercitus Pacoro filio tradit perſequendas. Cui ob ætatis infirmitatem Oſacem ducem addebat; vt victoriæ, quidem laus per filium ad ſe redundaret,

Ægeſippus l. 2. c. 29

Barſaphanes acili.

Ioſeph. l. 14. c. 12. belli l. 1. c. 13.
Dio lib. 48.

periculo autem belli per Oſacem proſpiceretur.

Cicero ad Atticum lib. 5. epiſt. 18.
Dio lib. 40.
Liuius l. 108.

Per hos Antiohiam vſque progreſſum. Antigonia obſeſſa. Sed reuocato Pacoro, Caſſii inſidias effugere non potentes cum ducibus Parthi internecione delētur. Qui nec pedem in Syria retulerunt, Bibulo ornodapontis opera illos in ſemet concitant.

Craſſi legati aut quæſtor.

Cice. 15. famil. epi. 1. & alibi.

CAPVT VII.

Liuij epitome l. 100

TEMPORE ciuilium bellorum. Parthi Pompeio ad hæſerunt, ſiue ob initam nuper cum eo Societatem, ſiue Craſſi odio, cuius filium aduerſas partes tueri didicerat, patris necem haud dubie, ſi victoria aſpiret vindicaturum timentes.

Digitized by Google

Nec Pompeio filiisque superatis alia mente Cassio & Bruto auxilia aduersus Augustum & Antonium misere. Post cuius belli finem in regni consortem electus ab Orode Pacorus insita cum Labieno societate Syriam repetit, Iudæam inuadit, Phaselo & Hircano captis Antigonum in regnũ reducit, nec contentus Syria in Asiã insuper progreditur, castraque Vẽtidii qui ab Antonio reduce ad reprimendos Barbarorum impetus post Saxam in Syriam dimissus erat nec vno prælio Parthos absente Pacoro fuderat, magna mole aggreditur. Romanus simulato timore insultare tantisper hostem passus, ad postremum in securos partem legionum emittit, quarum impetu fusi hostes in diuersa abiere inermes. Adeò enim eos castris succedere Ventidius permiserat, vt absumpto iactus spacio adimeret vsum sagittarum. Pacorus fugientes suos abduxisse legiones totas existimãs, castra quæ præsidio vacua credebat inuadit. Inquem emissa quę restabat legionum pars omnem equitatum hostilem cum ipso Pacoro fortiter pugnante toto inter Euphratem & Orotem sinum late recedit. Ita denuo Syria eiecti Parthi, vt ferè quæ defecerant vrbes viso Regii iuuenis capite sine prælio receptæ. Sic paulatim assuescunt Latio Partha tuo paca Ioui, & pœnas repetũt Signa Barbaricas male passa manus. Dum hæc in Syria agitur Orodes victorem Asiæ filium paulo ante gloriatus clade hac nunciata in furorẽ vertitur. Multis diebus ad cibum sumere, nonvocem mittere, vbi autem dolor loqui permisit, nihil præter Pacorum sonare, ille audiri, ille videri videbatur. Accedebat ad luctum alia solicitudo hæsitanti, quem ex 30 filiorũ numero eligeret, pro suis enim quæquæ pellices sollicitæ animum senis obsidebant. Sed fatum regionis erat non nisi parricidas Reges habere. Tandem diadema impositum sceleratissimo omnium Phraati. Qui mox oblitus paternæ indul-

De hoc Martialis lib. 9. c. 36.

Ioseph. l. 1. belli c. 26.

Plut. Antigo.

Liuij epitome l. 127.

Orosius l. 6. c. 18.

Ioseph. l. 1. belli c. 15.

Florus lib. 4. c. 9.

Liuij epitome l. 128.

Dio l. 49.

Propertius l. 3. ele. 4.

De arte poetica Horat.

Iustinus l. 42.

Cæsarij percussoribus.

Arsaces 11. à Bruto & Cassio missus.

Aristoboli filium regnum inuenem.

20000 *Flori numerantur.*

Die eadem, qua cæsus est Crassus.

Anno 3927.

Digitized by Google

Dio lib. 49. causam dat reliquorum fratrum cadem à patre reprehensam

indulgentiæ & pietatis, quasi inuideret cum hydrope colluctantem mori, tempore à natura definito, venenum ei miscet, quod morbi vi expulsum cum eius paricidium moraretur, manu abreptum præfocat ad fratrum omnium cædem auctarii locum futurum.

Plutarchus in Crasso.

CAPVT VIII.

HIS artibus regno potitus cum optimates infestos haberet ne quis se dignior regno nominari posset, adultum filium, in quem iam popularium vota inclinabãtur interfecit. Territi his exemplis non infimę sortis viri spontaneum proficiscuntur exilium. In quibus Monæses quidam Antonium alioquin pronum etiã in Parthos excitat. Qui nihil moratus fædera dũ Araxem & Euphratẽ sub imaginibus suis legi cupit, relicta Suria ad prælium se comparat. Monæsemq;, ei parũ fidens, cum quo de pace Parthum egisse audierat, ad Regem specie eiusdem pacis dimittit, sperans imparato se super venturũ. Sed dolo proprio circumuentus est ad Praxaspa: vbi cum legati ab ipso ad Barbaros missi spẽ pacis imperarent magis quã impetrarent, Antonii, relictis quæ ad vrbis oppugnationem parauerat, opera hostis intendit & Romani desperata pacis æqua lege de fuga magis quã prælio cogitabant. Quorum legiones duas telis operuerunt primo, postridie delendi omnes, nisi vrgẽtibus in morem grandinis telis procubuissent in genua elatis super capita scutis cæsorum speciem referentes, donec Parthus propior arcus cohibuit. Tum se extollentes adeo miraculo fuerũt, singuli proximos à fronte adorti inopinantes parati, armati inermes, stationarios legionarii; vt hostibus valere iussis fugam omnes circumspicerent, de persequendo parum solliciti. Hæc vna victoria magno stetit Romanis, Oppio statiano victo, Polemone Socio capto ipsius Antonii fuga, deside-

Arsaces 15. qui Augustũ Cæsarem tantum vocans in literis se Regis Regum titulo notabat. Dio li. 55.

Plut. in vita Antonij.

Liuij epitome l. 130.

Media vrbem.

Dio l. 49.

Iustinus l. 41. exercitum est Parthu fuisse 10000. in quo tantum 450. liberi.

Florus l. 4. c. 9.

Dio lib. 49.

Rege Ponti.

INTEREA Dionyſius quidam noua accenſus cupiditate compoſito ex Arabia exercitu Euphratem vbi poſtea Tengina ædificatum ponte inugens inoffenſo itinere Indiam petit. Incolas non tam aperto marte & armis micantibus quam

Megaſthenes hæc de Babylone vera putat, Eratoſtenes fabuloſa, vt Strabo l. 15.

Ouidius 3. faſto. Pauſan. in Phocicis.

Ælianus li. 3. Polyd. l. 1.

Digitized by Google

vino & epulis victos ad initiorem viuendi regulam traducens, vini olei, sacrorum vsus edocuit. Patriæ suæ cognominem Nysam ad Gangem fluuium ædificauit, duasque columnas posteris & æternitati consecrauit, quasi orbis terminum in oriẽte designasset. Vnde in Deorum numerum referri meruit successu dum victor onans lasciuit & aurum captiuę gentis remittens spoliisque superbus diffluit in luxũ cum fluminito comitatu. Hic in Patriam remeans ex sociis Spartibum Regem reliquit qui Badyam habuit successorem Badyas autem Cradenum. A Baccho autem vsque ad Alexandrum N. 3 Reges Indiæ præfuisse narrantur, sed falsa temporum supputatione 6402. Annis.

Tibull. l. 1.
Curt. lib. 8.
Dionys. de situ orbis.
Seneca de vita beata c. 25
Pruden. l. 17.
Summarum.
Arria. in Indicis.
Plin. lib. 6.

Cæterum hæc à Chronicis expeditio in tempora Iosue rejcitur.
Primus de Indis Bacchus triumphasse elephante refertur.
Reg. 52. an.
Solinus addit 49.

CAPVT IV.

FVIT Brachmanii olim Rex qui Regioni nomẽ leges & rempublicam dedit Cacus item & Indus qui auri argentiq; repertores laudantur à quibus fortasse Chrysę & Argyræ habitate Insulæ quarum à re nomen est aut à nomine facta fabula, fuit etiam inter primos Indiæ Reges Hydaspes qui Indo fluuio suum nomen reliquit. In Cuius amorẽ cum Chrysippe filia incidisset nec præter naturã coortos affectus posset compescere, nutricis opera per tenebras cum Patre ignaro rẽ habuit vbi primum resciuit Auum defodit, filiam Cruci affixit se quoque ipsum qui dolori aut pœnitẽtiæ impar esset in fluuiũ præcipitauit Simile fere cõmẽtũ de Gange Calaniæ filio refertur qui fluuiũ ante Chialum dictum á se nominauit fuit etiam Exialcus Rex priscis temporibus Cuius filiam Damasalcidam dum forte Bacchi sacra peragũtur, Indus adolescens compressit & vt suo supplicio subtraheret in Mausolum flumen relicto ipsi suo nomine se præcipitauit. Hercules etiã hæc loca peragrãs Pandamen filiam Indiæ parte quæ est ad meridiẽ donauit in 360 pagos distributa, quorum vnusquis-

Suidas.
Cassio. l. 4. c. 34.
Pomponius mela l. 3. c. 7.
Solinus c. 55.
Plinta c. 1. de fluuiorum nominibus.
Plut. l. 4. de fluminib.
Idem c. 25.
Polya. li. 1.

Arrianus eum Pangeam vocat & vult reperisse margaritas.

Digitized by Google

quiſque vno tantum anni die tributa pendat. Aurum diu fruſtra oppugnauit, Alybos & Geſſomas & Sybas ſuam progeniem clauo inſignitam ibi reliquit. Nec Herculis tantum ſed & Oſyridis quieam ſua peregrinatione illuſtrauit, & Seſoſtris qui cum exercitu petens omnia media ſuæ adiecit ditioni celebre eſt in India.

Curtius l. 8. Iuſtin. l. 12. Strabo lib. 16.

Diodo. l. 1. in eius epitaphio.

CAPVT V.

CVM Aſſyrii cum Perſis de ſumma rei contenderent Indorum Rex legatos vtriſque miſit de cauſa belli quęſituros qui ad Cyaxarē Cyrumq; veniētes nihil reſpōſi retulerūt quā Aſſyrios à Perſis, nulla affici iniuria, quod ſi ſecus illi dixerint, arbitrum ſe Indiæ Regē non dedignari. Ad eundē Indorum Regem egens pecunia Cyrus poſt Armeniacum bellum legatos miſit, Qui nō ita multo poſt reuerſi præter munera & petitam pecuniā, ſummam Regis Indorū retulerunt humanitatem. Per eadem tempora Hyſtaſpus magni illius Darii pater ſuperioris Indiæ ſecreta fidentius penetrans ad nemoroſam venit ſolitudinem, cuius tranquillo ſilentio, præcelſa Bactrianorum ingenia potiūtur, eorumque monitu rationes mundani motus & ſiderum puroſque ſacrorum ritus edoctus, eadem ipſa ſenſibus Magorum infudit quæ illi cum diſciplinis preſentivndi futura per ſuam quiſque progeniem poſterisætatibus tradūt, Paulo poſterior eſt altera Indorum ad Perſas legatio eo potiſſimum nomine accepta quod Dicæris aniculę excrementa obtulerit magno Regi, quæ aqua diluta & epota facile, breuem, & ſine doloris ſenſu præbeat mortē. Aliquam Indiæ portionem Regi Perſarum paruiſſe ex tributo conuincitur quod 7 ſingulos annos à Dario ſoluere ceperunt 160 talenta aureorum ramentorum Qui idem Darius Scyarchū ad perluſtrandam ignotæ Indię partem di-

Xenop. li. 2. Cyro.

Zonaras to. 1.

Xenop. li. 3.

Idem li. 6.

Ammia. Marcell. li. 23.

Ælianus lib. 4. de animalium c. 41.

Herod. l. 3.

Idem lib. 4.

misit quam & postea domuit. Vnde in Xerxis expeditione sub Pharnazate Artabatis filio militasse leguntur, quod iustam Persarum causam putarent alioquin nec corporibus nec pecuniis affuturi. In Darii vltimi præliis posterioribus etiã recensentur, ad quos Nabarlanes vnus ex interfectoribus Darii vltimi suis rebus diffidens perfugit.

Herod. l. 7.

Suidas.

Curt. l. 5.

Idem li. 7.

CAPVT VI.

Idem li. 8.

QVO tempore Indiæ pars veteribus cognita certiori modo esse cepit Macedonũ opera. Et quidem apud Mazagas Assacano demortuo Cleopes mater in regno successerat, quæ non muliebriter 30 peditum millibus vrbem tuebatur, non situ tantum sed & opere munitam. Addo vt Alexander hic vulnere accepto se Iouis filium falso dici primũ confessus sit. Regina autem vbi admotis machinis muros quati sensit nihil spei reliquum habens, Macedonis genibus aduoluitur, á quo dubiũ an forma, an miseratione moto regnũ & reginę nomen recuperat. Post hęc Aorũ magna suorum clade suo periculo cepit desertam ab incolis ob pertinaciam Macedonũ. Deinceps quod Indum Omphes regnabat, qui Alexandro occurrens amicitiã & fidem dedit, additis insuper 56 Elephãtis 3000 tauris, Cui an vicissim Alexãder regnũ & Regiũ nomen restituit q̃ erat Taxiles. Hoc exemplo alii quoque populi & Reges accesserũt inter quos Abiasares ad Hydaspem longe lateq; imperans. Porus vero longe aliter non nisi armatus occurrit 85 Elephãtes flumini obiecerat, currus 300 peditum 30000 Ipse Rex sublimi belluæ conspicuus inhærebat. Inter Macedones duo nobilissimi iuuenes dum sępe leuibus præliis contenditur Symmachus & Nicanor perpetua partiũ felicitate ad spernendum omne periculum accẽsi. Cum his promptissimi Adolescentes lanceis quidem sed nulla re magis quam audacia armati in Insu-

Iust. l. 12.

Arria. l. 5.

Philo lib. 2.

Philostratus ait eum post Troiana tempora præcipuum fuisse.

Insulam tranantes magnam stragem edunt. Abire cum gloria poterant, si modum nosset felix temeritas, sed dum contemptim superuenientes expectant à multitudine obruuntur. Alexander dubius consilii & inops hoc tantum excogitauit vt hostium oculos à custodia insulę cuiusdã nemorosæ, & insidiis apte auerteret, longe abducit equitatũ longe castra metatur, procul suum figit tabernaculum. Die dicta lux hostem quem ne suspicabatur quidem Poro ostendit, qui nihil territus currus & æquitatum obiicit sed inferior hostium virtuti beluas admoueri iubet quarum pondere attritis pluribus acies hostium inclinare cępit, quam Alexander superueniens restituit. Iamque vulnera hinc inde nouem Porus exceperat, nec tamen cedere paratus, adeo vt Taxilis ad se missum fratrẽ & vt sibi consulat amice monentem telo quod ei vnum supererat confoderit. Alexander interim magis instare, & fugientes persequi. Cumq; Porus telis grauatus ex bellua laberetur, Rector eũ descendere ratus Elephantum iubet procumbere in genua ad cuius exemplum cum cæteri quoque procíderent hostis qui aderat cepit vniuersos. Porus exanimis ad Alexandrum ductus cum se regie haberi velle post multa rogatus respondisset curatus Alexandri amicorum numero aggregatus & ampliore regno donatus est. Nec tota nigri cecidit regia Pori. Quem tanti Alexander fecisse dicitur vt morte eius audita grauiter indoluerit. Ex aliis autem Indiæ populis Exidrachos sacrorũ reuerentia & fulminũ vis præseruauit. Ambyrani illita venenis tela seruare non potuerunt, monstrata enim secundum quietem herba sauciis Macedonibus succurrebat. Petram Alexãder vini & niuiũ tectarum beneficio occupauit aliisque alias artibus Mardos & sub agros cũ 80 peditum millibus occurrẽtes fregit, vrbem solus, vt ita dicam, expugnauit. Vrbem enim vacuam ratus insiliebat

Curt. 100. sunt quadrigæ & 4000. equitum.

Tolyd. lib. 4. addit quo modo Pittacum nepotem Eleri circumuenit.

Plut. in apopht.

Claud. ep. ad Hadrianũ.

Clau. Conf. Mallei Thibost. l. 2.

Philostratus in India ait Alexandrum Orgia celebrasse.

Idem.

Oros. l. 3. c. 18.

Vide Athenæum l. 3. c. 22.

Curtius.

Digitized by Google

cumq; ab infecta multitudine ſubito obrueretur muri obice poſteriora tutatus, tam diu repulit donec ad clamorem exercitus effracto muro omnis erumperet. Addam vnũ & concludam erat equus Alexandro re & nomine Bucephalus, qui ſeſſorẽ Rege nullũ agnoſcebat, in quem cum infinita circum circa telorum vis conyceretur, ſaucius licet & pene exanguis pertinaciſſimo curſu herum periculo ſubducere feſtinabat, quo facto iam ſuperſtitis ſecurus quodã quaſi humani ſenſus ſolatio exſpirauit in cuius memoriam Alexãder vrbem ædificauit. Ita vnius in duſtria domuit latoſpacioſum flumine Gangem, Et quaſcunque bibat decolor Indus aquas. Atque Pellæus poſt Tethyos æquora victor cõſtitit & magno vinci ſepaſſus ab orbe eſt.

Alexander in cauũ memoriam ciuitatem terra Peruam ædificauit aliãque Niciam vide Plut.

Aulus Gell. li. 5. c. 2.

Soli. l. 47.

Sic dictus ab vrbe Alexander.

Ouid. 5. faſt. el. 3.

Luc. l. 3.

CAPVT VII.

POST Alexandri mortem Pilon Agenoris filius in Colonias in Indiis conditas mittitur in aliis regionibus relictis qui ab Alexandri tempore præfuerant. Quos tamen Sandricottus erecta in ſpem libertatis India interfici curauit qui contractis hinc inde latronibus factus eſt Indorum Rex Seleuco munera miſit herbam inter cætera quæ ſub pedibus poſita veneré prouocet & extinguat Elephantes, & pretærea 500 & hominum 6000 quibus India tota ſubacta rurſus iugũ accepit. Vnde ad Antiochũ legantur Sopheſeni P. fædere renouato munera. Indi tamen inclinantibus Syrię rebus eam depredati ſunt. Ad Octauianum autẽ de pace legatos miſerunt, & credita eſt India Auguſtęo colla triumpho dediſſe Romanumq; vltra Garamanthas & Indos imperium protuliſſe. Quibus tum præfuit Frartes cuius nepos in regnũ vnde exciderat reuocatus Apollonium excepit. Traianus ſi iunior fuiſſet Indiæ petẽdæ arripuiſſet occaſionem Sed ætate & otio deficientibus nequiuit. Antonium autem poſt eum pietas meruit nouo obſequii genere legatos ex India videre.

Iuſtinus li. 13.

Prædictum cum ob præcitatem iuſſo necari ab Alexandro in fuga dormienti Leo ſudorem deterſit & in behum euntem elephas excepit.

Iuſtinus li. 15. Or. l. 2. c. 21.

Athen. l. 1. c. 12. ex Thilarche.

Magnum.

Iuſt.

Poly. lib. 11. ex Iuſt. 40.

Dio l. 54.

Trop. l. 2. c. 10.

Virg. li. 6.

Philoſt. l. 2.

Dio li. 68.

Aurel. Victor in vita.

ANA-

Digitized by Google

ANALECTA ANTIQVITATVM INDICARVM.

SECTIO PRIMA.

De Sacris.

Strabo l. 15. DVO Philoſophorum Indis genera Bracmanæ & Germani quorum illi præcipuæ apud eos religionis & famæ.

Picus Mirand. lib. 7. de prac. c. 9. Hic budda viuendi ritum præſcripſit.

Hiero. in Ioui.

Strabo vbi ſupra. Germani ſin vino veſtes ex corticibus, victum ex fructu ſibi quærebant.

Tertul. apolo. c. 42. Syluicolæ exules vitæ & nudi vt alii.

Cic. 5. Tuſc. Frigus & æſtum tolerabant ad flammas ſine gemitu ſe applicabant.

Strabo. Comam nutriebant initiati.

Idem l. 16. Cum Rege incipiente anno venabantur.

Alex. li. 4. c. 17. Alii carnibus abſtinebant lineis amicti ſubdio agentes, humi cubantes.

Philoſt. l. 3. 37 Annos dicti admittebantur ad lectiones.

Neb. l. 44. Gercetæ ſacris interdicebant criminales.

Philoſt. Sternutans, ſpuens, excreans eo die cœtu prohibebatur.

Alex. l. 6. c. 26. Draconem Singerum ſapientem aliqui colebant.

Idem l. 6. c. 4. Ionem pluuialem patrio carmine reuerebantur

Philoſt. Gangem quoq; & Bacchum Herculemque gigãtis ſpecie.

Tertul. in marci lib. 1. Mundum æternum credebant.

Pauſa. Meſſe. Primi animos immortales dixerunt.

Solinus c. 55. Solem intuebantur indeque rimabantur ſecreta.

Helio. l. 2. Animam ſemel ingreſſam corpus deſpuere aut deſerere nefas.

Thile de Abrahamo. Antequam ſenectus aut morbus incurabilis creſcat rogo ſe iniiciebant.

Græcus

Græcus ſermo eis in vſu & honore.

Helio. li. 9. Alex. l. 4. Diis terreſtribus in Cauernis & ſoli edito loco tẽ ſacram faciebant fronde coronati.

Negat Strabo eos coronari. Philo.

Annulum & baculum geſtabant.

Immolare media die ora manum ſaltandoque.

Ordine totum ſacrum vide apud Philoſtratum. Victimã præcluſo ſpiritu necabant ne quid mancum Diis offerrent.

Brachuones menſibus Iulio & Auguſto ad fęminas ſeparatim habitantes traiiciebant proles 2. enixa abſtinebant, ſterili etiam ad quinquennium & poſt 40 dies remeabant, vinebant ad 150 auicum.

Suidas vocat Brachmanas.

Herod. Euter. Bacchus Ægyptiis Oſyris, Græcis Dionyſius vocabatur. *Euripe Bacche.*

Clientes barbatum colebant. Pingebatur imberbis tyrſum gerens.

Ouid. 4. me. Virg. 6. Æneid. Curru vehi quem tigres trahant comitentur Pantheræ cicures,

Strabo l. 10. Xenophon in hal. Plut. prol. ſym. Comites habens Bacchos Silenos Tityros, ſatyros, Lenas.

Hedera quercus, abies ſimilax ei ſacra.

Itemque pica & draco, templum eius ex hedera habebat.

Nat. l. 3. c. 13. Gamatitæ in eius ſacris cingula & hinnulorũ pelles.

Virg. in 4. Æneid.

Ouid. 6. Met. Fæminæ funalibus, paſſis capillis, Enoe paſſim clamabant.

Vite caput regitur, lateri ceruina ſiniſtro.

Vellera dependent, humero leuis incubat haſta.

Hæc generatim de Baccho, cætera ſuis locis addemus.

SECTIO SECVNDA

De publicis.

Strabo l. 16. INDI neminem præter Deos adorabant.

Idem ib. Rex in Cãdade pulcherrimus tãtũ eligebatur.

Celius li. 1. c. 1. ex Arria. & Curtio. Cum prodit, miniſtri thuribulis onuſti iter muniebant.

Rex

Rex aurea lectica margaritis pendentibus deferebatur.

Satellites ramos in quibus cantillantes aues circum ferebant.

Regia patens ſemper aureis fulciebatur Columnis.

Negat Athene. l. 10. c. 11. eum inebriari. Cum venaretur Rex aut ebrius cubaret pellices cantum ciebant, & pedes perungebant.

Philo. l. 3. Ex albo verme Regi ſoli oleū fiebat qui ſolus cornu Aſini ſilueſtris bibebat.

Idem l. 2. Vltra 3 dies hoſpes Regi non aderat.

Ante cœnam cum ſuis balneo, diſco, iaculo exercebatur lectoque è ſtramentis vtebatur.

Athena l 10. c. 11. ex Oneſicrito. Menſa Regi in modum altaris ad genua vſque vbi lancibus cum integris ſæpe Leonibus erant.

Conuiuæ partes ſerio auferebant.

Strabo l. 15. Rex interdiu non dormiebat, nocte mutabat in horas cubile ob inſidias.

Philoſt. l. 15. Rex nigros equos tauroſque immolabat & aureum modium in Gange mergebat quotannis.

Anganges creſcebat.

Ælia. l. 8. c. 10. Rex cum Capitis curæ incumbebat legationes admittebat.

Alexan. l. 4. c. 10. Vltrā triduum hoſpiti diuerſari vno loco non licebat.

Philoſtr. l. 3. Hominum genera Indis Philoſophi, agricolæ paſtores, milites conſiliarii.

Litteras ignorabant omnes conſuetudinum tenaciſſimi.

Alexan. l. 6. c. 10. Filiis patre mortuo tutores duo dabantur peregrini.

Nec vſura nec Syngrapha Indis erat nec depoſitum.

Si quis mutuo depoſitumq; fraudetur non veniebat in iudicium.

Stobæ. Ser. 44. Sed ſeipſos accuſabant qui credidit & Rex Maximi reum tonderi ſolum iubebant.

Oneſicritus apud Strab. Qui aliquem truncabāt talione & manu mulctabātur.

Opificem lædere capitale.

Strab. l. 44 Nautæ qui aberrauerat in faciem ſinguli ſpuebant.

Oneſicritus. Mulier Regem ebrium necans merebatur filii ſucceſſoris matrimonium.

Strabo l. 15. Ter mendaci ſilentium ſemper, veraci immunitas dabatur.

Alex. l. 6. c. 10. Periurio cōuictus manuum pedumque extremis digitis decurtabatur.

Qui Clientem deceperat perpetuo ſilentio mulctabatur nullius honoris aut Magiſtratus capax

Furtum grauiter plectebatur, vectigalis furtum capite.

Qui pernicioſum quid inuenit, pæna, qui ei remedium, præmio afficiebatur.

Herod. l. 9. Arundineis telis ferro præfixis vtebantur Bellantes Indi.

Suidas. Mille militibus vexillum erat draco, in pertica argenteo capite, dentibus exertis, corpore ſericis texto quod ad ventum qui concitato equo fiebat veri ſpeciem referebat.

Claud. 1. ſtil. Gemmata Indi tentoria figunt.

Diod. l. 3. c. 5. Elephantis vtebantur.

Philo l. 2. Iaculabātur perite ita vt pueri in menſa vltra ſagittas ſaltarent.

Loco tubæ in abietis ſtipitem cauam volas conſertas quatiebant.

Os vaſis tintinnabulis pleni corio tauri tympanū erat.

SECTIO TERTIA.

De re Priuata.

Plin. 33. c. 4. GANGES his erat auriſer.

Pruden. Hamartig. Decolor Indus tempora pennatis redimitus nigra ſagittis.

Indus

Dion. l. 2. num. 10 Indus candidis miſcet virides lapillos.

Val. Max. l. 8. c. 13. Indi maxime longæui.

Vir. 2. Geor. Sola India nigrum fert Hebenum.

Mar. l. 1. epiſt. 103. Laudabantur Indi Sardoniches, Simiæ pipere legebant.

Philoſt. l. 21. Inda canis aurum mittit, formica metallis, quod vecti Camelis legunt & niſi curſum anticipent ab eis lanientur.

Trog. l. 3. c. 2.

Herod. l. 3. Quidam Indorum herba viuentes, neminem afficiebant ſupplicio.

Mela. l. 3. c. 7. Apud Cathæos ſponſa ſponſum eligebat.

Strabo l. 16. Cum maritis vrebantur q. aliquæ ſuos necabant vt alios haberent.

Matrimonia miſcebantur, in ſua quiſque pelle quieſcebat.

Infans 2 menſium Regi ſiſtebatur an dignus vita ſit cuius mentum coloribus inungebatur.

Bel. l. 19. Nutriebantur olim arbore tala.

Alexan. l. 4 c. Nemo iſtis locis ſeruus, libertas maxime amabatur.

Suidas de ritibus gentilib. Pueri cibum ſumpturi apud gymnoſophiſtas magiſtros referebant quid ea boni egerint, qui nihil, impranſus ad opus remittebatur.

Cæl. l. 31. Carmani in cæna ſanguinem eliciebant amicitiæ ſigno.

Strabo. Sibæ gens pellita & clauo Leones notans ob Herculem.

Arrianus. Paſtores comam à Bacho alere edocti, initiati erant.

Alii capillum raro tundebant, barbam nunquam.

Carbaſinis veſtibus, talaribus ſoleis ſe cõmuniebant.

Caput linteis globatis tegebant.

Potus oriza, cibus ex hordeo, vini niſi in ſacris nullus vſus.

Scaliger in Tardaet exercit. 103. Adamantes in monte Biſingar paludibus venenoſis cincto gignebãtur in quẽ Indi carnes iaculaban-

vino & epulis victos ad mitiorem viuendi regulam traducens, vini olei, sacrorum vsus edocuit. Patriæ suæ cognominem Nysam ad Gangem fluuium ædificauit, duasque columnas posteris & æternitati consecrauit, quasi orbis terminum in oriẽte designasset. Vnde in Deorum numerum referri meruit successu dum victor onans lasciuit & aurum captiuę gentis remittens spoliisque superbus diffluit in luxã cum fluminino comitatu. Hic in Patriam remeans ex sociis Spartibus Regem reliquit qui Badyam habuit successorem Badyas autem Cradenum. A Baccho autem vsque ad Alexandrum N. 3 Reges Indiæ præfuisse narrantur, sed falsa temporum supputatione 6402. Annis.

Tibull. l. 1.
Curt. lib. 8.
Dionys. de situ orbis.
Seneca de vita beata c. 25
Pruden. l. 17.
Summarum.
Arria. in Indicis.
Plin. lib. 6.

Cæterum hæc à Chronicis expeditio in tempora Iesue rejcitur.
Primus de Indis Bacchus triumphasse elephante refertur.
Reg. 52. an.
Solinus addit 49.

CAPVT IV.

FVIT Brachmaii olim Rex qui Regioni nomẽ leges & rempublicam dedit Cacus item & Indus qui auri argentiq; repertores laudantur à quibus forsan Chrysę & Argyræ habitate Insulæ quarum à re nomen est aut à nomine facta fabula, fuit etiam inter primos Indiæ Reges Hydaspes qui Indo fluuio suum nomen reliquit. In Cuius amorẽ cum Chrysippe filia incidisset nec præter naturã coortos affectus posset compescere, nutricis opera per tenebras cum Patre ignaro rẽ habuit vbi primum resciuit Auum defodit, filiam Cruci affixit se quoque ipsum qui dolori aut pœnitẽtiæ impar esset in fluuiũ præcipitauit Simile fere cõmẽtũ de Gange Calaniæ filio refertur qui fluuiũ ante Chialum dictum á se nominauit fuit etiam Exialcus Rex priscis temporibus Cuius filiam Damasalcidam dum forte Bacchi sacra peragũtur, Indus adolescens compressit & vt suo supplicio subtraheret in Mausolum flumen relicto ipsi suo nomine se præcipitauit. Hercules etiã hæc loca peragrãs Pandamen filiam Indiæ parte quæ est ad meridiẽ donauit in 360 pagos distributa, quorum vnusquis-

Suidas.
Cassio. l. 4. c. 34.
Pomponius mela l. 3. c. 7.
Solinus c. 55.
Plinta c. 1. de fluuiorum nominibus.
Plut. l. 4. de fluminib.
Idem c. 25.
Polya. li. 1.

Arrianus eam Pangæam vocat & vult reperisse margaritas.

Digitized by Google

quiſque vno tantum anni die tributa pendat. Aurum diu fruſtra oppugnauit, Alybos & Geſſomas & Sybas ſuam progeniem clauo inſignitam ibi reliquit. Nec Herculis tantum ſed & Oſyridis quieam ſua peregrinatione illuſtrauit, & Seſoſtris qui cum exercitu petens omnia media ſuæ adiecit ditioni celebre eſt in India.

Curtius l. 8. Iuſtin. l. 12. Strabo lib. 16.

Diodo. l. 1. in eius epitaphio.

CAPVT V.

CVM Aſſyrii cum Perſis de ſumma rei contenderent Indorum Rex legatos vtriſque miſit de cauſa belli quęſituros qui ad Cyaxarẽ Cyrumq; veniẽtes nihil reſpõſi retulerũt quã Aſſyrios à Perſis, nulla affici iniuria, quod ſi ſecus illi dixerint, arbitrum ſe Indiæ Regẽ non dedignari. Ad eundẽ Indorum Regem egens pecunia Cyrus poſt Armeniacum bellum legatos miſit, Qui nõ ita multo poſt reuerſi præter munera & petitam pecuniã, ſummam Regis Indorũ retulerunt humanitatem. Per eadem tempora Hyſtaſpus magni illius Darii pater ſuperioris Indiæ ſecreta fidentius penetrans ad nemoroſam venit ſolitudinem, cuius tranquillo ſilentio, præcelſa Bactrianorum ingenia potiũtur, eorumque monitu rationes mundani motus & ſiderum puroſque ſacrorum ritus edoctus, eadem ipſa ſenſibus Magorum infudit quæ illi cum diſciplinis preſentivndi futura per ſuam quiſque progeniem poſteris ætatibus tradũt, Paulo poſterior eſt altera Indorum ad Perſas legatio eo potiſſimum nomine accepta quod Dicæris aniculę excrementa obtulerit magno Regi, quæ aqua diluta & epota facile, breuem, & ſine doloris ſenſu præbeat mortẽ. Aliquam Indiæ portionem Regi Perſarum paruiſſe ex tributo conuincitur quod 7 ſingulos annos à Dario ſoluere ceperunt 160 talenta aureorum ramentorum Qui idem Darius Scyarchũ ad perluſtrandam ignotæ Indię partem di-

Xenop. li. 2. Cyro.

Zonaras to. 1.

Xenop. li. 3.

Idem li. 6.

Ammia. Marcell. li. 23.

Ælianus lib. 4. de animalium c. 41.

Herod. l. 3.

Item lib. 4.

Digitized by Google

misit quam & postea domuit. Vnde in Xerxis expeditione sub Pharnazate Artabatis filio militasse leguntur, quod iustam Persarum causam putarent alioquin nec corporibus nec pecuniis affuturi. In Darii vltimi prœliis posterioribus etiã recensentur, ad quos Nabarlanes vnus ex interfectoribus Darii vltimi suis rebus diffidens perfugit.

Herod. l. 7.

Suidas.

Curt. l. 5.

Idem li. 7.

CAPVT VI.

Idem li. 8.

QVO tempore Indiæ pars veteribus cognita certiori modo esse cepit Macedonũ opera. Et quidem apud Mazagas Assacano demortuo Cleopes mater in regno successerat, quæ non muliebriter 30 peditum millibus vrbem tuebatur, non situ tantum sed & opere munitam. Addo vt Alexander hic vulnere accepto se Iouis filium falso dici primũ confessus sit. Regina autem vbi admotis machinis muros quati sensit nihil spei reliquum habens, Macedonis genibus aduoluitur, á quo dubiũ an forma, an miseratione moto regnũ & reginę nomen recuperat. Post hęc Aorũ magna suorum clade suo periculo cepit desertam ab incolis ob pertinaciam Macedonũ. Deinceps quod Indum Omphes regnabat, qui Alexandro occurrens amicitiã & fidem dedit, additis insuper 56 Elephãtis 3000 tauris, Cui an vicissim Alexãder regnũ & Regiũ nomen restituit q̃ erat Taxiles. Hoc exemplo alii quoque populi & Reges accesserũt inter quos Abiasares ad Hydaspem longe lateq; imperans. Porus vero longe aliter non nisi armatus occurrit 85 Elephãtes flumini obiecerat, currus 300 peditum 30000 Ipse Rex sublimi belluæ conspicuus inhærebat. Inter Macedones duo nobilissimi iuuenes dum sępe leuibus prœliis contenditur Symmachus & Nicanor perpetua partiũ felicitate ad spernendum omne periculum accẽsi. Cum his promptissimi Adolescentes lanceis quidem sed nulla re magis quam audacia armati in Insu-

Iust. l. 12.

Arrian. l. 5.

Philo lib. 2.

Philostratus ait eum post Troiana tempora procerissimum fuisse.

Digitized by Google

Insulam tranantes magnam stragem edunt. Abire cum gloria poterant, si modum nosset felix temeritas, sed dum contemptim superuenientes expectant à multitudine obruuntur. Alexander dubius consilii & inops hoc tantum excogitauit vt hostium oculos à custodia insulę cuiusdã nemorosæ, & insidiis apte auerteret, longe abducit equitatũ longe castra metatur, procul suum figit tabernaculum. Die dicta lux hostem quem ne suspicabatur quidem Poro ostendit, qui nihil territus currus & æquitatum obiicit sed inferior hostium virtuti beluas admoueri iubet quarum pondere attritis pluribus acies hostium inclinare cępit, quam Alexander superueniens restituit. Iamque vulnera hinc inde nouem Porus exceperat, nec tamen cedere paratus, adeo vt Taxilis ad se missum fratrẽ & vt sibi consulat amice monentem telo quod ei vnum supererat confoderit. Alexander interim magis instare, & fugientes persequi. Cumq; Porus telis grauatus ex bellua laberetur, Rector eũ descendere ratus Elephantum iubet procumbere in genua ad cuius exemplum cum cæteri quoque prociderent hostis qui aderat cepit vniuersos. Porus exanimis ad Alexandrum ductus cum se regie haberi velle post multa rogatus respondisset curatus Alexandri amicorum numero aggregatus & ampliore regno donatus est. Nec tota nigri cecidit regia Pori. Quem tanti Alexander fecisse dicitur vt morte eius audita grauiter indoluerit. Ex aliis autem Indiæ populis Exidrachos sacrorũ reuerentia & fulminũ vis præseruauit. Ambyrani illita venenis tela seruare non potuerunt, monstrata enim secundum quietem herba sauciis Macedonibus succurrebat. Petram Alexãder vini & niuiũ tectarum beneficio occupauit aliisque alias artibus Mardos & sub agros cũ 80 peditum millibus occurrẽtes fregit, vrbem solus, vt ita dicam, expugnauit. Vrbem enim vacuam ratus insiliebat

Curt. 100. sunt quadrigæ & 4000. equitum.

Tolyd. lib. 4. addit quo modo Pittacum nepotem Eleri circumuenit.

Plut. in apopht.

Claud. ep. ad Hadrianũ.

Claud. Conf. Mallei Thibosit. l. 2.

Philostratus in India ait Alexandrum Orgia celebrasse.

Idem.

Oros. l. 3. c. 18.

Vide Athenæum l. 3. c. 8.

Curtius.

cumq; ab infecta multitudine ſubito obrueretur muri obice poſteriora tutatus, tam diu repulit donec ad clamorem exercitus effracto muro omnis erumperet. Addam vnũ & concludam erat equus Alexandro re & nomine Bucephalus, qui ſeſſorẽ Rege nullũ agnoſcebat, in quem cum infinita circum circa telorum vis conyceretur, ſaucius licet & pene exanguis pertinaciſſimo curſu herum periculo ſubducere feſtinabat, quo facto iam ſuperſtitis ſecurus quodã quaſi humani ſenſus ſolatio exſpirauit in cuius memoriam Alexãder vrbem ædificauit. Ita vnius in duſtria domuit latoſpacioſum flumine Gangem, Et quaſcunque bibat decolor Indus aquas. Atque Pellæus poſt Tethyos æquora victor cõſtitit & magno vinci ſepaſſus ab orbe eſt.

Aulus Gell. li. 5. c. 2.

Alexander in cani memoriam ciuitatem terra Peruam ædificauit aliãque Niciam vide Plut.

Soli. l. 47.

Ouid. 5. faſt. el. 3.

Luc. l. 3.

Sic dictus ab vrbe Alexander.

CAPVT VII.

POST Alexandri mortem Pilon Agenoris filius in Colonias in Indiis conditas mittitur in aliis regionibus relictis qui ab Alexandri tempore præfuerant. Quos tamen Sandricottus erecta in ſpem libertatis India interfici curauit qui contractis hinc inde latronibus factus eſt Indorum Rex Seleuco munera miſit herbam inter cætera quæ ſub pedibus poſita veneré prouocet & extinguat Elephantes, & pretærea 500 & hominum 6000 quibus India tota ſubacta rurſus iugũ accepit. Vnde ad Antiochũ legantur Sopheſeni P. fædere renouato munera. Indi tamen inclinantibus Syrię rebus eam depredati ſunt. Ad Octauianum autẽ de pace legatos miſerunt, & credita eſt India Auguſteo colla triumpho dediſſe Romanumq; vltra Garamanthas & Indos imperium protuliſſe. Quibus tum præfuit Frartes cuius nepos in regnũ vnde exciderat reuocatus Apollonium excepit. Traianus ſi iunior fuiſſet Indiæ petẽdæ arripuiſſet occaſionem Sed ætate & otio deficientibus nequiuit. Antonium autem poſt eum pietas meruit nouo obſequii genere legatos ex India videre.

Iuſtinus li. 13.

Iuſtinus li. 15. Or. l. 2. c. 21.

Athen. l. 1. c. 12. ex Phylarcho.

Iuſt.

Poly. lib. 11. ex Iuſt. 40.

Dio l. 54.

Trop. l. 2. c. 10.

Virg. li. 6.

Philoſt. l. 2.

Dio li. 68.

Aurel. Victor in vita.

Prædictum cum ob præcitatem iuſſo necari ab Alexandro in fuga dormienti Leo ſudorem deterſit & in behum eumtem elephas excepit.

Magnum.

ANA-

Digitized by Google

ANALECTA ANTIQVITATVM INDICARVM.

SECTIO PRIMA.

De Sacris.

Strabo l. 15. DVO Philoſophorum Indis genera Bracmanæ & Germani quorum illi præcipuæ apud eos religionis & famæ.

Picus Mirand. lib. 7. de prac. c. 9. Hic budda viuendi ritum præſcripſit.

Hiero. in Iouin.

Strabo vbi ſupra. Germani ſin vino veſtes ex corticibus, victum ex fructu ſibi quærebant.

Tertul. apolo. c. 42. Syluicolæ exules vitæ & nudi vt alii.

Cic. 5. Tuſc. Frigus & æſtum tolerabant ad flammas ſine gemitu ſe applicabant.

Strabo. Comam nutriebant initiati.

Idem l. 16. Cum Rege incipiente anno venabantur.

Alex. li. 4. c. 17. Alii carnibus abſtinebant lineis amicti ſubdio agentes, humi cubantes.

Philoſt. l. 3. 37 Annos dicti admittebantur ad lectiones.

Nob. l. 44. Gercetæ ſacris interdicebant criminales.

Philoſt. Sternutans, ſpuens, excreans eo die cœtu prohibebatur.

Alex. l. 6. c. 26. Draconem Singerum ſapientem aliqui colebant.

Idem l. 6. c. 4. Ionem pluuialem patrio carmine reuerebantur

Philoſt. Gangem quoq; & Bacchum Herculemque gigãtis ſpecie.

Tertul. in marci lib. 1. Mundum æternum credebant.

Pauſa. Meſſe. Primi animos immortales dixerunt.

Solinus c. 55. Solem intuebantur indeque rimabantur ſecreta.

Helio. l. 2. Animam ſemel ingreſſam corpus deſpuere aut deſerere nefas.

Philo de Abrahamo. Antequam ſenectus aut morbus incurabilis creſcat rogo ſe iniiciebant.

Græcus

Græcus ſermo eis in vſu & honore.

Helio. li. 9. Alex. l. 4. Diis terreſtribus in Cauernis & ſoli edito loco rẽ ſacram faciebant fronde coronati.

Negat Strabo eos coronari. Philo. Annulum & baculum geſtabant.

Immolare media die ora manum ſaltandoque.

Ordine totum ſacrum vide apud Philoſtratum. Victimã præcluſo ſpiritu necabant ne quid mancum Diis offerrent.

Suidas vocat Brachmanas. Brachuones menſibus Iulio & Auguſto ad fœminas ſeparatim habitantes traiiciebant proles 2. enixa abſtinebant, ſterili etiam ad quinquennium & poſt 40 dies remeabant, vinebant ad 150 auicum.

Herod. Euter. Bacchus Ægyptiis Oſyris, Græcis Dionyſius vocabatur. *Euripe Bacche.*

Clientes barbatum colebant. Ouid. 4. me. Virg. 6. Æneid. Pingebatur imberbis tyrſum gerens.

Curru vehi quem tigres trahant comi tentur Pantheræ cicures,

Strabo l. 10. Xenophon in hal. Plut. prol. ſym. Comites habens Bacchos Silenos Tityros, ſatyros, Lenas.

Hedera quercus, abies ſimilax ei ſacra.

Itemque pica & draco, templum eius ex hedera habebat.

Nat. l. 3. c. 13. Gamaritæ in eius ſacris cingula & hinnulorũ pelles.

Virg. in 4. Æneid. Fœminæ funalibus, paſſis capillis, Enoe paſſim clamabant.

Ouid. 6. Met. Vite caput tegitur, lateri ceruina ſiniſtro.

Vellera dependent, humero leuis incubat haſta.

Hæc generatim de Baccho, cætera ſuis locis addemus.

SECTIO SECVNDA

De publicis.

Strabo l. 16. INDI neminem præter Deos adorabant.

Idem ib. Rex in Cãdade pulcherrimus tãtũ eligebatur.

Calius li. 1. c. 1. ex Arria. & Curtio. Cum prodit, miniſtri thuribulis onuſti iter muniebant.

Rex

Rex aurea lectica margaritis pendentibus deferebatur.

Satellites ramos in quibus cantillantes aues circum ferebant.

Regia patens ſemper aureis fulciebatur Columnis.

Negat Athene. l. 10. c. 11. eum inebriari. Cum venaretur Rex aut ebrius cubaret pellices cantum ciebant, & pedes perungebant.

Philo. l. 3. Ex albo verme Regi ſoli oleū fiebat qui ſolus cornu Aſini ſilueſtris bibebat.

Idem l. 2. Vltra 3 dies hoſpes Regi non aderat.

Ante cœnam cum ſuis balneo, diſco, iaculo exercebatur lectoque è ſtramentis vtebatur.

Athena l. 10. c. 11. ex Oneſicrito. Menſa Regi in modum altaris ad genua vſque vbi lancibus cum integris ſæpe Leonibus erant.

Conuiuæ partes ſerio auferebant.

Strabo l. 15. Rex interdiu non dormiebat, nocte mutabat in horas cubile ob inſidias.

Philoſt. l. 15. Rex nigros equos tauroſque immolabat & aureum modium in Gange mergebat quotannis.

Anganes creſcebat.

Ælia. l. 8. c. 10. Rex cum Capitis curæ incumbebat legationes admittebat.

Alexan. l. 4. c. 10. Vltrā triduum hoſpiti diuerſari vno loco non licebat.

Philoſtr. l. 2. Hominum genera Indis Philoſophi, agricolæ paſtores, milites conſiliarii.

Litteras ignorabant omnes conſuetudinum tenaciſſimi.

Alexan. l. 6. c. 10. Filiis patre mortuo tutores duo dabantur peregrini.

Nec vſura nec Syngrapha Indis erat nec depoſitum.

Si quis mutuo depoſitumq; fraudetur non veniebat in iudicium.

Stob. Ser. 44. Sed ſeipſos accuſabant qui credidit & Rex Maximi reum tonderi ſolum iubebant.

Dionys. 2. num. 70 Indus candidis miſcet virides lapillos.

Val. Max. l. 8. c. 13. Indi maxime longæui.

Vir. 2. Geor. Sola India nigrum fert Hebenum.

Mar. l. 1. epiſt. 103. Laudabantur Indi Sardoniches, Simiæ pipere legebant.

Philoſt. l. 21. Inda canis aurum mittit, formica metallis, quod

Trog. l. 3. c. 2. vecti Camelis legunt & niſi curſum anticipent ab eis lanientur.

Herod. l. 3. Quidam Indorum herba viuentes, neminem afficiebant ſupplicio.

Mela. l. 3. c. 7. Apud Cathæos ſponſa ſponſum eligebat.

Strabo l. 16. Cum maritis vrebantur q. aliquæ ſuos necabant vt alios haberent.

Matrimonia miſcebantur, in ſua quiſque pelle quieſcebat.

Infans 2 menſium Regi ſiſtebatur an dignus vita ſit cuius mentum coloribus inungebatur.

Gel. l. 19. Nutriebantur olim arbore tala.

Alexan. l. 4 c. Nemo iſtis locis ſeruus, libertas maxime amabatur.

Suidas de ritibus gentilium Pueri cibum ſumpturi apud gymnoſophiſtas magiſtros referebant quid ea boni egerint, qui nihil, impranſus ad opus remittebatur.

Cæl. l. 31. Carmani in cæna ſanguinem eliciebant amicitiæ ſigno.

Strabo. Sibæ gens pellita & clauo Leones notans ob Herculem.

Arrianus. Paſtores comam à Bacho alere edocti, initiati erant.

Alii capillum raro tundebant, barbam nunquam.

Carbaſinis veſtibus, talaribus ſoleis ſe cõmuniebant.

Caput linteis globatis tegebant.

Potus oriza, cibus ex hordeo, vini niſi in ſacris nullus vſus.

Scaliger in Tartaret exercit. 103. Adamantes in monte Biſingar paludibus venenoſis cincto gignebãtur in quẽ Indi carnes iaculaban-

Plutar. de ore Orbis Luna Indica radix fumigata quidam ore canentes nutriebantur.

Georg. Indica tosta dicta vbi torret sitientes Sirius agros.

Catullus. c. 46. Quidam ægros in nemus deducebãt ibique relinquebant.

Sul. c. 56. *Lucia. de luctu.* Adipe suilla quidam cadauera oblinebant alii epulabantur senes & ægros.

Stob. 15. 123. Carissimam vxorum secum cremabant Indi.

Strabo ex Hero. Mulieres cum vir obierit in certamen veniebãt, quam earum maxime vir amarit victrix prosequentibus suis rogũ inibat.

SCYTHICA.

ILLVSTRISSIMO CAROLO DE LONQVEval Comiti de Busquoii Baroni de Vaux &c. Equiti ordinis de Calatraue, generali tormentorum bellicorum &c.

ET si Musis quietem amantibus cũ Bellona nihil commune videatur, est tamen aliquid Palladi cum bello; quæ nõ magis Tritonia est quam hastifrema. Quid Romanis cum Ennio, Cæsari cum pugillaribus, Byzantino illi cũ Tacito & alteri cũ Suetonio: Otiandũ erat subinde, quiescẽdum nonnũquam; nec otium honestius, nec quies liberalior ea quæ est cum & in literis. Nolo tetricas subtilitates animum magnis occupatum pulsare, alterius nota sunt, quas voco bellatorum litteras: oculis nimirum & animo perlegere maiorum gesta, ibi si quid fortiter, si quid prudenter æmulari, nec tam nudo vocum timnitu, quam vivo ad res præclaras exemplo oblectari. Hanc cum sciam Comes Illustrissime, esse mentem, hæc mea Scythica sub nominis tui vmbra delitescere potissimum volui vt quæ maxime bellica sint maxime barbara, tibi autem cum bello, tibi cum barbaris res est. Qui fide & Rege eiurato libidini suæ verius quam libertati militant. Horum pertinacia tua cõstantia, perfidia fides, tumori tua se sistit magnitudo. Et aspirabat Deus exercituum penes quẽ temporũ sunt momenta. Interim, Princeps inclyte, parua hæc quibus vires & pondus addet tua humanitas, gratami animo accipe ab eo qui se tibi tuisque lubens fatetur deuinctum

Eum non tam ſuo quam ſororis nomine, quæ in Illuſtriſſimæ Matris tuæ ante annos aliquot adſcita familiam ſupra quam morborum vis continua & obſequio non vndequaque apta mereatur, habetur curioſiſſime, cuius cauſam ego ſumere non erubeſcam Illuſtriſſime Comes.

Æternùm tuus

Ioan. Bap. Gramaye.

Scythi-

CAPVT II.

Bactriana.

ETIAMSI Scythiæ terminis hic populus non comprehendatur, tamen quia moribus non abſimilis fuit & ab iis originem traxit hic interferam. Fuerunt Bactriani Iouis Beli tempore, Babylonici *a* imperii pars. Qui Cameſeno humani generis hoſti regnum permiſerunt. Fuit hic Magiæ *b* primus inuentor & poſt mortem Zoroaſtris *c* nomen adeptus præſtigiis ſuis ignaros *d* induxit in *e* dracorem. Vicies centena millia verſuum ſcripſiſſe memoriæ proditum eſt, artesque liberales inueniſſe proditum eſt, 20 autem annis in deſerto vixiſſe caſeo ita temperato vt nō ſentiret vetuſtatem. Cum hoc graue Nino bellum fuit, qui decies ſepties centena millia peditum, equitum millia ducenta, currus falcatos 10600 educens Bactrianum agrum populabatur cui Zoroaſtres comparato 400000. valido exercitu occurrens, pugna commiſſa ſuperior euadit, cæſisque 100000 vſq; ad montes proximos proſequitur fugiētes, donec ferente ſuis auxilium Nino repulſi vrbi quisq; ſuæ ſubſidio fugerunt. Bactria regni caput obſeſſa & Semiramidis plebeiæ tum adhuc arte capta, quæ arcem loci genio munitam præſidio vacuam contemplata, illic victoriæ viam inuenit, vbi aditum nemini patere ſecuri hoſtes opinarentur. Ita arce capta, vrbs dedita, rex victus, regno præfectus datus, in quo non multò poſt exercitum in Indos eductura collegit Semiramis, rebellionem autem cogitantes Arius Niniæ filius perdomuit. Ita in fide manſerunt donec variante fortuna cum imperio Medis ad potius quam ſubiecti ſint. Et ſane his accepta ferenda Arbacis victoria, cum enim aliquot præliis á Sardanapalo victus numerusq; militum cum animo continuis cladibus creſceret fuga in Medos reuertiſſet, niſi Belochi ex aſtris mo-

Hodie Zartarea Zagatea vocatur.

Polonus & alij eundem hunc eſſe volunt, cum in Miſraim Chami filio.

a Beroſius l. 5:
b Plinius l. 30. c. 1.

Auguſt. de ci. Dei.

Plinius ex Ariſtot.

c Id eſt, viuum ſidus quia igne cæleſti conſumtus eſt, vnde quidam eum ſub ignis ſpecie.
d Poſteris cultum affirmant.

Plinius l. 11. c. 42. & inde forſan Agronem dictū ſcribit.
Cælius l. 23. c. 5.
Diodo. l. 3. c. 2. ex Cteſia.

e Pronunciatum hoc volunt cum recens natus rideret cerebrumq; tanoum palpitaret vt manus impoſita reijceretur.
Solinus c. 4.

Cteſias vult'andito Aſtyagem victum eos mox ſe dediſſe.

Statius 3. ſiluarum.

Beroſius l. 5. hæc à Ninia geſta ponit.

Iuſti. l. 1.

Diodo. l. 3. c. 5.

Idem l. 3. c. 7.

Vide Aſſyriaca.

Digitized by Google

Polyænus l. 4.

nito auxilium expectaret Bactrianorum quorum viribus auctus secundo prælio victor euasit. Medio tempore Bacchus Indis comitatus in Bactros profectus fœminas præmittebat, quarum contemtu montibus relictis in plana deductos facile debellat. Ægyptiis paruisse Simandii tempore Bactrianos apparet ex nobili illa in filios à se desciscentes huic genti præpositos Regis bellum, cuius victoria Leoni domestico quem rex dudum aluerat adscribenda validissime pro nutricio suo donec hostem in fugam verteret decertans.

Diodorus l. 2.

Depictum in aula Ægyptia.

CAPVT III.

Sarmatica.

Alias Sarmatæ.

VT Bactriani, & Parthi Scythicæ originis sine vlla putantur controuersia ita & Sauromatæ. Quorum Reges antiqua bellorum fama notissimi celebrantur.

Iustinus lib. 2.

Diodorus l. 5. Polyænus.

Occasio autem huius Coloniæ talis fuit, cum Amazones Græcis in mari cæsis nauigandi imperitæ, nauticorum instrumentorum inopes in Scythiæ oram ventis delatæ essent, primum in palantes equorum greges impetum facientes, plurimos abegerunt. Quibus vectæ obuios quosque petebant, Scythæ quid hominũ genus esset ignari tam diu restiterũt donec earum aliquibus captis compertum est fœminas esse, tum mutato pugnæ genere pugnam detrectantes castra castris apposuerunt. Et quidem obseruato circa medium die earum ad aquam leuandum egressu, vnus palantem vnam offendens familiarius agere cœpit, sociis idem agendi relinquens exemplum. Tandem illectis fœminea arte viraginum animis de matrimoniis agi cœptum. Iam enim illæ Scythico sermoni se assuefecerant. Cumque difficilis fore videretur harum cum Scythicis mulieribus communio ob morum & naturæ disparitatem, placuit alias

Herod. l. 4.

Miscemus.

Traie-

Digitized by Google

traiecto flumine ſedes petere. Hoc factum; & exinde Sarmatæ ſuam trahant originem, qui ideo Græcis ſolœziſare dicuntur, quod fœminæ linguæ Scythicæ exactam notitiam habere non potuerint.

CAPVT IV.

Antiqua quædam alicuius nominis in Scythia.

Iuſtinus li. 2. & 2. SCYTHIS ſummæ gloriæ detur neceſſe eſt, quod nunquam vniuerſim domiti ſint. Quanquam enim à Vegone Ægyptio laceſſiti ſint, ab Aſſyriis tentati à Manachena Iſrahelita ſubiugati

Suidas.

Diod. li. 2. ſcribantur, à Seſoſtre Ægyptio populationibus crebris infeſtati. Hæc tamen omnia exiguam populi partem & littorales duntaxat concernunt. Ipſi vero quanquam falſa ſupputatione 1500 annis

Iuſt. l. 2.
Herod. l. 2. ante Ninum Aſiam ſibi vectigalem vidiſſe ſcribãtur, ſed priusquam ad bella procedamus quæ ordine ſuo & tempore circumſcribi poſſunt, præmittemus quæda hinc inde collecta. Herculi quẽ

Macrob. l. 1. in ſomnium Scipionis. ſupra progenitorem Scythis dedimus ſumma interceſſit neceſſitudo cum Prometheo quodam *a* Caucaſi habitatore, qui cæli contemplator *b* aſſiduis in montibus *c* frequens aſtrorum rationem docuit & obſeruauit bouemque primus immolauit, vir vt prudentiæ ita pietatis eximiæ. Antiqua

b Cic. 5. Tuſcu.
c Alciatus l. 1 emblemate 28.
Plin. l. 7. c. 56.

a Hinc in eaueligatus fingitur, vt Mart. amphitheatri epigra. 7.

Hinc ab aquila depaſci eius iecnora fabu. Vir. 6. Æneid.

3. Olympiade. eſt Abaridis Scythæ memoria Senthæ filii qui deſiderio ſciendi tactus in Græciam abiit legatione

Suidas. ibidem functus cum peſtis totum orbem depaſceretur, reſponſumque eſſet oportere Athenienſes vota facere pro omnibus.

Hinc fabula Apollinis ſagittam è Gracia ad Scythas euolaſſe.

Inter Reges autem antiquos Scythiæ, Agaëtes legitur Cyrnesque maritus alter ſed nomine ſuppreſſo quorum ille Ætæ Panticapei condendi fecit poteſtatem, hic Phryxum cum arte pædagogo captiuum liberauit, Dardanus quoq; cuius filiam Idæam duxit Phineus, & Lyncus homo ad inſidias

Stephanus.

Diod. l. 4.
Idem li. 4.

Hæc eadem ob ſcelus in priuignos à marito necata refertur.

Digitized by Google

compositus & prudens, qui Triptolem hospitem ê Græcia dolo voluit præuenire celebrantur inter Reges. Quemadmodum & Scilurus qui morti vicinus 80 filiis ad se vocatis, fasciculum hastilium singulis confringendum obtulit, & non valentibus vllis fasce dissoluto singula porrexit singulis. Quibus facile effractis egregio ænigmate & nihil minus quam Scythicam barbaricam referente filios ad concordiam hortabatur. De alio quopiam huius tractus Rege scriptum inuenio quem cum singulari certamine interemptum aduersarius victor vellet spoliare, ab equo eius calcibus morsuque laniatus est. Tempore quo Amazones, nouo bellandi genere Asiam petebant Medon Scytharum Rex fuit, qui communi gentis gloria motus Orythyiæ auxilia misit Penelagora filio duce ad vindicandam sororum ignominiam, sed ante prælium dissensione exorta totus ille apparatus etiam Herculi terribilis hostium præda fuit, cum autem plures Scytharum populi Parthenia illa castra sequerentur soli Abii *a* ad prædas se conuertere recusarunt, vnde iustissimi mortalium audire ab Homero meruerunt. Sypili præterea memoria & nomen Amazonico generi terribile scriptores suos inuenit, qui Mopso Thraciæ Regi bellorum socius fuit & Myrinam Amazonum Reginam spoliis Asiæ diuitem & gloria pæne domiti orbis nobilem aggredi ausus est, & vincere potuit, & profligare. Atq; adeo huic vni non modo restitutum regnum Mopsus, sed & seruatum Orientem Asia referre non erubescat. Inter victorias porro Scytharum non vltima fuit illa de tribolis Agricolarum & pastorum ingenio parta, qui iussi pugnæ tempore se conspicuos præbere auxilii aduentantis speciem hosti faciebant, fugæque occasionem.

Ouid. 1. Met. — *Ideo fabulantur eum in lyncem mutatum.*

Plut. in apoteum. — *Fuit hic Neapolis Tauricæ conditor.*

Solinus c. 49. — *Sicallus hic vocatur Iustino.*

Diodorus.

Suidas. — *a Æschylus in Prometheo Sabiri vocat. Curt. albios. quod hactenus liberos suos Alexandro obtulisse tradit. l. 7.*

Diod. li. 4. — *Sunt hæ Africanæ & alterius Geli Amazones.*

Polyænus l. 7. stratagem.

* * *

CA-

CAPVT V.

Quæ circa heroica tempora apud Scythas.

NON Argonautarum tantum expeditione, ſed & multo magis Piladis & Oreſtis amicitia *a* condecoratus eſt Septentrio qui nil veriti fabulas *b* quæ de Scythia feruntur, & nomen inhoſpitæ intactam Græcis viam nauibus inuenerant quæ cum ſcopulis hęſiſſent á ſuperueniente turba naufragio erepti morti ſeruantur Dianæ *c* Tauricæ immolandi quæ ſanguinis effuſione gaudebat. Erat id temporis Iphigenia *d* Oreſtes Soror ab Vlyſſe aiecta à Thoante loci Rege conſecrata & hominum *e* ſitientibus aris præpoſita. Hæc vbi fratrem agnouit inita conſpiratione regem tollit è medio, ſimulachrum lignorum faſce obtectum aufert, ipſa fugæ comes, non prius ſentientibus Scythis, quam extra conſpectum ipſorum aut ſaltem vires in mari proueherentur. Huic amicorum pari qui parum aberant quin victimæ fierent, victimæ ab ipſis Scythis offerantur qui templo receptos liberis ſuis proponunt fortitudinis, & audaciæ exempla, & ante omnia amicitiæ. In bello Troiano non ſimplex Regis Scytharum incidit mentio, cui ab Achille commiſſam Iphigeniam, de qua dixi, traditur, & cum qua idem fuiſſe præterque eam Ceneus ducis titulo inſignitur, ſub quo militauit, qui frigidum ſeptena *h* Tanaim ora pandentem bibit.

a *Cic. 5. de finibus.*

b *Lucianus in Toxari.*

Strabus ſer. 63. ex Dione.

Caſſiodorus variarum l. 5 epiſt. 42.

c *Lucanus l. 3. vocat Scythica regna Diana.*

d *De hoc ſacro Ouid. 3. de ponto elegia. 2. & Euripides in Iphigenia.*

e *Claudianus l. 2. de raptu Proſerpinæ.*

Hero. in Melpomene ait, non Dianæ ſed Iphigeniæ hoſpites Græcos immolari ſolitos.

Lucianus in Toxade.

Didyt l. 1.

Idem li. 2.

Idem l. 3.

h *Seneca Troa. ac. 1.*

CAPVT VI.

Duo Sarmatica exempla.

QVAM ſerio ſibi amicitiam inculcent Scythæ, aliquoties docuerunt, qui Dandamidam & Amiſocam amicitię cauſa exoculatos publicis impendiis & honore aluerunt. Accidit autem hoc modo, Sarcomathæ prædas in Scythia agentes

Amizocam inter alios abduxerant. Quo animaduerſo Dandamidas traiecto Tanai cum redemtionis pretium omnibus ſublatis non haberet, ſe hoſtibus in locum amici offerebat, & illis oculos ipſius poſcentibus eruendos prębens, amici humeris innixus ad ſuos tranauit. Vt autem amico reſponderet Amizotas, ſibimet lumina præripiens maluit calamitatis ſocius, quã imparitatis exemplum haberi. Amoges etiam Reginæ Medo facci Regis Sarmatarum, vxoris fama olim fuit vulgatiſſima. Quæ Mariti ſocordiam pertæſa conſcenſo tribunali ius ipſa dicebat. Ad quam cum Boryſtenitæ fugerent Scytharum finitimorum incurſionibus oppreſſi, cauſæ ſubſcribens iuſſit illos cedere. Quibus recuſantibus mulier cum viro quaſi ſexum mutaſſet centum viginti equitibus aſſumtis 1200 vna die conficiens affuit Boryſtenitis priusquam vllus ſentiret, incompoſitosque aggreſſa facile ſuperat Regia occupata Rege & complicibus necatis filium in regnum reſtituit cum adhortatione caueat alienis inhianda Parẽtis exemplum velle & pœnam debere imitari.

CAPVT VII.

Alia fidelitatis exempla.

ADDAM aliud non minus obſeruandum Arſacomas quidam primarię virtutis legatus ad Boſphoranum Leucatorem miſſus cum Mazæam eius filius deperiret. Rogatus quibus opibus abundaret amicis ſe duobus rabilem reſpondens riſu accumbentium excipiebatur. Domum reuerſus in Lonchare, & Macenta neceſſariis re cõmunicata viſum fuit, illum ad delendam Leucanoris capite ignominiam, hunc ad Machlyenſes quorũ duci Adrimacho copulata erat Virgo proficiſci illam adducturum tertio ad militem cogẽdum domi relicto. Ita Lonchares quaſi Arſaconiæ infenſus Boſpha-

Bosphoranum de collecto milite certiorem reddit suam in omnibus operam pollicitus, cui assertioni fidem facturus in martis æde solus cum solo vt cõscius omnis absit progressus incautum transfigit caput ad amicum deferens macentas non minore industria de cæde Regis certior Adrymachũ adit quasi puellæ sanguine inuectus hortatur Bosphorum petat illum peti illi regnum patere. Credulus dux orat, comitem se præbeat, aut cum vxore quæ heres aspecta plebis tumultum sedare posset sequatur. Macentas longe diuerso itinere sibi creditum piguus in Scythiam deportauit. Quæ omnia postquam patuerunt iunctis viribus in Scythiam duces tendebant, ad 900000 armati sequebantur, quorum impetu cum Lanchares & Macentas saucii premerentur, Arsocanias succurrens non tantum restituit aciem, sed & hostes terga vertentes pacem orare coegit. Taceo Achandam Borystensem, qui Guidanem amicum relicta vxore & liberis humeris sublatum incendio eripuit liberos se recuperasse aut etiam recuperandos incertæ indolis futuros amicum certum vix amissum recuperari dictitans, vt amicis ita Regibus fidi & audientes fuerunt. Quorum vnus generalẽ suorum inies delectum iussit vnumquemque sagittæ suæ aculeum conferre. Quibus collectis ad rei memoriam ahenum confecit, crassitudine digitorũ sex, capax 600 amphorarum quod in Exampæo diu remansit.

CAPVT VIII.

ITAQVE siue à Priamo inuitata, siue virtutis & famæ studio, siue demum Hectoris gratia sumta peltata securi cuius dexteritate tantum valuit, vt eam inuenisse credatur, constitit Iliaco solo cum septuaginta armatarũ millibus, ausa ferox ab equo oppugnare sagittis Danaum rates. Nec semel tantum Danai fugere bipennem Penthesilæa tuam. Hectore autem defuncto discessum parasset nisi Alexandri auro inescaretur. Ita seorsim disposito suorum agmine plus æquo suis rebus fidens cum dextrum cornu sagittarii, sinistrum pedes, mediũ eques & ipsa obtineret, oppositus dextro Menelaus, Vlysses, & cum Leucro Meriones, sinistro Ayates ambo, Diomedes, Agamemnon, Tlepolemus, reliquis cum Achille equitatui obiectis. Qui eam sublimem conspicatus hasta petit, propiusque accedens coma apprehensam equo deturbat. Mox Amazonidum lunatis agmina peltis quasi fulmine icta dissoluuntur. Regina humo allisa non vno vulnere petitur concurrente ad videndum turba. Miraculi enim res videbatur fæminam eo temeritatis ascendere vt cum viris contendere audeat, eo virtutis vt viros superare possit. Adeoque exacerbati in mulierem omnium animi vt semi-animem canibus obiicere constituerint. Æquior in hostem Achilles vltimum funeris obsequium & paululum terræ viragini non inuidebat. Sed Diomedis obstitit pertinacia, qui mediũ quoddam eligens rogata circumstantiũ sententia

Virg. li. 2. *Dares Phrygius vult ipsam à Neoptolemo interfectam mortuo Achille.*

Virg. 1. Æneid.

in

in Scamandrum iussit præcipitari. Hoc indigno tanta virtute supplicio multata est. Cuius nutrix Cleta reddita certior in diuersa loca nauigauit corpus quæsitura. Quæ vento impellente in Italiam delata tædio longi itineris vrbem de suo nomine ædificauit, in qua & regnum obtinuit, donec à Croconiatis occisa est. Præter has superiores nominantur, & Amazonum vna Thalestris quæ eiusdem Troiani belli tempore cum Paride componens Græcos desiit infestare. Clite insuper Amazon celebris.

Isacius in Lycophronis Cassandram.

Guidas.

Vltima autem omnium, quanquam aliqui vsq; ad Cæsarem tempora eorum protrahant imperiũ, fuit Thalestria quæ Magni Alexandri nomine inuitata 300 stipata sodalitio in Hircania occurrens prolis gratia tredecim dies in obsequium desiderii sui impetrauit à Rege, à quo non sine magnis muneribus dimissa est. Nec quicquam memoria dignum à fœminis istis gestum, plane vt atrum desinat in piscem mulier formosa superne, Venusque Martem & virtutem voluptas debellasse videatur.

Curt. l. 6 Iust. l. 12. dicit 14.

ANALECTA.

Celius l. 9. c. 13. AMAZONVM nomen pro pauperibus vſurpatũ, qui ne Mazam quidem habeant.

Euſtathio. Vel quod lacertis vel teſtudinibus veſci ſolitæ.

Sauropatides dictæ; vel quod lacte equino & roris fauis qui fluuialibus calamis innaſcuntur.

Arcus, pharetra, ſagari in bello vtebantur.

Xeno. l. 4. ana. Securim inuenerunt qua & armabantur.

Plin. l. 7. c. 56. Galeas & ſubligacula è pellibus faciebant.

Strabo l. 11. Longis vtebantur haſtis.

Manſuanus. Amazonica peltazarum inuentum.

Pauſan. Atticis. Hederæ folio ſimilis.

Celius l. 10. c. 4. Pectis bellabantur armis.

Virg. l. 11. Equis ſtrenuæ erant.

Pinda. c. l. Olympi. Æreos areus habebant.

Herod. l. 3. Venatu plurimum exercebantur.

Nonnorum. Arcus tendere, equitare, puellæ penſa erant.

Herod. l. 4. Hoſtem ferire adultorum ſtipendium.

Mela l. 3. c. 4. Connubia vitabat genus Amazonium, ſed ne genus intereat mẽſibus duobus verius prolis gratia, poſt ſacra cum viris verſabantur Gargarenſibus præcipue.

Seru. Octa. Cum viris bellicoſis congredi in votis erat.

Strab. l. 11. Virginitas pœna ei quæ hoſtem non percutiebat.

Cur. l. 6. Quanquam virginitatis nomine laudatæ legãtur.

Diel. l. 3. c. 4. Natos ex ſe tollendos curabant.

Iuſtinus. Natarum dextras mammas exurebant.

Iuſt. l. 2. Duæ Reginæ alternatim domi & foris præerant.

Hyginus c. 163. Martem ſummâ colebant religione, eoque ſe natas mentiebantur.

Stat. Thebaid. 5. In Tanai lauari ſolebant Amazones.

Plin. l. 6. c. 7. mulieribus. Sub meridiem binæ aut ſingulæ caſtris egredi ſolebant ad naturæ requiſita.

Strab. l. 11.

COL-

Digitized by Google

COLCHIS.

ILLVSTRES IVVENES CAROLE, ALEXANDER, ANTHONI, AB ARENBERCH.

VObis antiquo celebrata poemate Colchis
Mittitur, ô iuuenes, Albania Iberiaq; ab illo
Quem vos orantem, quem vos perſæpe docentem
Audiſtis, tacite dociles Muſæ primordia veſtræ.
Mittitur autem, vt ſit vobis audiiſſe ſubinde
Quæ legitis, & lecta ſemel repetiiſſe voluptas.
Mittitur hæc vobis, quia Auunculus & pater inter
Belgarum primos, virtutis munere vellus
Imperiale gerunt, Phryxæo pulchrius auro.
Vellere iam Colchis caret, & iam Phaſidis ora
Orbata eſt auibus, ſiluaque & littore muto,
Viles plebæis aſpirant frondibus aurę.
Tranſiit in Belgas, Sequanos & Iberica ſceptra
Virtutis calcar, verę virtutis alumna.
Et vos in patrum poſito veſtigia greſſui
Nunc iuuenes curę bona fundamenta virilis
Ponitis in ſtudiis, ſpesque eſt placitura ſtudenti
Quæ damus Heroum memores illuſtria facta.
Et quod, neſcio quis, gnato moriturus adulto.
Aiebat, veſtrum mente vnusquisque recondat
Tu quæ mox imitere legas nec deſinat vnquam
Tecum Graia loqui, tecum Romana vetuſtas.

Veſter Illuſtres iuuenes quantuscunq; eſt,
quantumque poteſt
Io. B. Gramaye, quem noſtis.

CAPVT I.

Regionis Coloni & Phryxus.

Ptolomæus l. 5. c. 10. tabula 3. Asiæ. Plin. l. 6. c. 5.

QVÆ in duas hodie diuisa regiones, vno cum Albania, Iberiaque Comaniæ nomine, olim Arimana *a*, itemque Lybustica *b* fuit appellata, cuius incolas Lazas *c* esse pæne inter omnes conuenit, qui in Armenia de patriæ nomine vrbem *d* posuerunt. Primos huius Regionis colonos Ægypto *e* venisse, & ex Psammetichi exercitu esse, qui vel fatigatus, vel alioquin iussus ibi resederit, ritusq; *f* vtrique genti communes, vt circumcisio Lini *g h* operæ aliaque loquuntur, vita & lingua simili cogunt fateri.

Mengreliani & Lazici iunctim vocantur.

Maiere.

a *Niger ex Appiano.*
b *Stepha. ex Lycophrone.*
c *Procop. & Agath.*
d *Ptolomæus.*
e *Diodo. l. 1.*
f *Herod. li. 2.*
g *Strabo l. 11.*
h *Linum Sardonicum vocatur quod ex Colchide.*

Quanquam Phasianos Heniochorum coloniam quidam scribãt eorum qui Antropophagi vocantur, quam postea Milisii occupantes, ita hospitales reddiderunt, vt hospitibus cibi affatim, & abitum parantibus 3 minas largirẽtur. Reges suos Colchidem habuisse, ante heroica tempora certum est, sed ignotos: nisi ex quo Phryxus qui Leucothoæ fanum erexit eo peruenit. Erat hic Athamantis *a*, & Nepheles filius, Helles frater, cuius forma, cum Inus nouercæ animum occuparet, nec tamen sui copiam faceret, tale quippiam improba libido excogitauit. Semina *b* frumenti aliorumq; leguminum ne nascerentur corruit, vatesque largitionibus corruptos, iussit sterilitatis remedium enunciare filiorum Nepheles *c* immolationem. Quo comperto Phryxus *d* vt erat Astrologiæ peritissimus naui conscensa quam opibus non contemnendis instruxerat, sorore etiam ne sacrificio superesset & Crio Pædagogo adductis abnauigauit. Hæc autem est aurato vellere dives ouis Cumque inter Sigæum & Chersonnesum inter freti æstuantis angustias veherentur, siue casu è naui incautius prospectans, siue itineris tædio confecta, siue

Heraclides de politiis.

Strabo l. 11.

Mela l. 2. c. 11.

Pindaro dicitur Demetica, Hippia Gorgopira, Sophocli Nephele, Phereudi Themiste.

a *Natalis l. 6. c. 9. itemque Boccatius.*
b *Apollodorus l. 1.*
c *Hyginus c. 19*
d *Pausa. baoticis.*

Lucia. de Astrob.
Pindarus Pythiorum ode 4.

Hinc fabu. eum ab ariete in talum elevatum, à Ioue misso.
Cuius velo formam arietu insertam aut prora, vt Diodorus hat quia grece sonat arietem fabula locum dedit.

Ouid. ep. Hypsi.
Flaccus li. 1. car. orphei.
Diodo. li. 5.
Hellanicus.

Digitized by Google

Herod. polyhimnia.

Ouid. epiſt. Leandri.

Manilius l. 4. aſtronomicorum.

ſSuidas l. 2. rerũ Theſſalicarum.

Vt Pauſanias in atticis. vt Apollodo l. 2. argonauticam.
Val. Flac. l. 1.

Dyoniſ. in Argo.

videbitur in Scythicis.

Pauſanias.

Dionyſ. Mitilenus.

ſiue aliter incommodo viæ mortua Helle in mare proiecta & ſecus littus *t* ſepulta nomen ſuum freto reliquit. Frater ad longi itineris moleſtias accedente Sororis facto in *v* Brixaba promontorio aliquandiu conquieuit: Donec finitimorum armis, & 8 Pædagogi monitu in Pontũ iter direxit. Hoſpitioq; exceptus à Dypſato Phyllidis filio, forſan 7 arietis immolandi rationem monſtrauit, cum deinceps *b* generi honos habitus ſit, & quotannis Ioui *t* Phryxio id eſt fugæ fauenti, vel *d* Laphyſtio vnus mactetur. Phryxum autem alii *e* hoſpita viua inter & attonitæ ſolennia menſæ, mactatum *f* ſcribunt, Ætæ Colchorum Regis manu aut opera, quæ Argonautis fuerit belli occaſio. Alii contra ab Æta captum & Tigroni *g* Scytharũ Regi genero donatum; à quo benigne habitus ipſe, & in regni ſpẽ educatus eſt. Crius vero quod forſan Regum voluntati reluctaretur, vel 4 timeretur alias, Scythico more aris admotus eſt. Cumque oraculo didiciſſet Rex fore vt non ante regno pellatur quam *h* Arietis vellus aduenæ rapuerint, illud inauratum in Martis fano è quercu ſuſpenſum dedicauit fortiſſimis quibusq; ad eius cuſtodiam lectis.

Aurei fabulam velleris ad Chymica artis inuenta trahit Calius l. 7. c. 2. ex Suida quam tamen Strabo l. 11. ad torrentes auriferos quod Barbari tabulis perforatis & lanoſis pellibus excipiunt, alii autem ad caprae magni precii qua translapſi Plinio dicũtur, referunt.

8 Hinc eſt in fabulis Arietem humana voce tum hortatum.

7 Non conſentiunt Poetae alii arietem Phryxeum Marti, alii Mercurio immolatum canentibus

ſ Gãbrus hic Diodoro vocatur.

4 Hinc fabulantur arietem immolatum & ad eius cuſtodiam pellis tauros ignivomos & draconẽ adhibitum.

CAPVT II.

Ætas.

Diodo. l. 5

o Eumelus Poeta

q Hacalis. l. 6. c. 7.

p Cic. 3. de nat. Deo.

r. Soſibius & Timenax in Scythis.

SED quoniam in Aetæ mentionem incidimus operæ pretium eſt paulo altius eius originem repetere. Ex *o* Oriente vir quidã non obſcuri nominis Græciæ locis quondam imperauit filijſque. Perſeo, & Aetæ regnum reliquit. Quorum *q* hic non contentus, acquiſitis à parente terminis in Cytæa Colchorum vrbe *p* Idyam vxorem accepit principis *s* maritimi filiam paulatim ad totius regionis aditu facto dominationem. Ex hac nati Medæa, & Abſyrthus: hic ob formæ elegantiam Phae-

1 aliis Aretae vocatur, aliis Aetas ſcribitur,

s Ideo ſol vocatur Heſiodo Theogonia.

s Ideo Oceanus appellari conſuenit.

Phaetontis nactus appellationem à populariḃus, illa ob mitius ingenium, & paternæ inhoſpitalitati contrarium ſolis ſacrificiis præfecta patrique inuiſa fuit. Cæterum vel terra ipſa venenorũ x fertili, vel Circes amytæ doctrina magicis rebus imprimis ſtuduit; adeo vt ſola z reddidiſſe dicatur fæminas dirum genus. Cuius malæ y herbæ & manus faciunt ad omne ſcelus quæ reluctantem curſu deducere Lunam nitatur & tenebris abdere ſolis equos, Lemniadum fœminarum. a Zelotypia capta compoſito pharmaci 6 genere graueolentiã eis procurauit, quod & demum ſeruarunt cerţo anni tempore aut ſeruare videntur. Hæc 7 Ephemerium poculum occulti ignis virtute immedicabile inuenit. Præter alia infinita quæ ſatius eſt ignorare, quam ſcriptis committere. Interea b Peliæ fratris 6 pauenti progeniem Diuumq; minas in metum venit. Æſone natũ Iaſona periclis obiectare. Iuuenem itaq; propior iubenti hortatur Phryxi q iniuriam vindicare & auratũ vellus Graio redderet holo. Qui nec moratus 8 Peliaco prognatas vertice pinas mercenariorum opera comportari iubet loco viginti à Iolco 9 ſtadiis qui Pegaſas inde dictus eſt. Malum 3 autem ex nemoris Dodonæi oraculis inclyti quercu exſcidi curauit, totum autem 4 vehiculum trireme fuit remorum qui hinc inde 30 erant numerum prodens regentium 2 facie diligenter abſcondita, quod tum primo inuentum auctoris ſui nomen h Argo aſſumpſit. Hæc nauis 1 prima miſcuit a ignotas temerato littore gentes per non tentatas (niſi myoparonibus b forſan quæ littus tantum legebant) c prima cucurrit aquas, prima d terrentum ignotas hominem proiecit in vndas. Fama tam inuſitatæ molis 2 delectos totius Græcię e Heroes exciuit, ex quibus gloriæ, & laborum in partem 54 Iaſon aſſumpſit quorum præcipui 3 Hercules, Telamõ, duo pignora Lædæ Caſtor & Pollux, Typhys, Atalanta

x Plinius.

z Seneca Hippo. actu. 2.
y Tibullus l. 1. eleg. 2
d Ouid. epiſt. Lypſipiles & de medicamine faciei.

6 Myrtilus Lr Leſbicarũ.

7 Nicander in Alexipharmacis.

6 Val. Flac. l. 1.

Pares Phrygiæ.
8 Catul. Nuptiis Pelei.

9 Strabo l. 9.

3 Claudianus de virtutibus Ciliciæ.

4. C. 2. de nat.
5. Theocritus in Hylam.
Eyd. 13. epiſt. 7.
Caſſiod. l. 5. variarum epiſtolarum epiſt 17.
a Luc. l. 3.

b Diodo.
c Ouid 3. triſtium.
d Luca l. 6.

e Virg. in genethliaco
Ouid.

o Val. l. 1.

9 Epimeni. ait Abſyrti ſenioris matrẽ fuiſſe Cassiopeiam Aſterodiã Oceani & Thetiot ſiliam Cic. autem 3. de nati. Abſyrtũ ait Egialenum à Pacumo vocare, Medea autem matrem vocat Andrum Tem Hecatem. Heraclides Nearam Dioniſ. Eurylitẽ, Ouid epiſtola Helena Ixſeam.

7 de Magorum viribus in elementa vide poſt alios Delrium.

a Hymenæus, Stetichorus id tribuit veneri nata ex contemptu ira.

b Regiũ Theſſaliæ.

q Hercateus regni à Pelia ablationẽ, Diodorus cauſam præcipuam ponit gloriæ cupiditate.

f Hinc Flaccus nauem fatidicam vocat & Licophũ garrulam picam. Lucianus in gallo loquacem.

h Suidas Aliij à celeritate nomen deriuant.

1 Eius nimirum generis ob cuius artificium & ſumptus Palladi & Iunoni ope vſi dicuntur Argonauta.

2 Extant horum nomina. præter Argonauticõ ſcriptores apud Sophoclẽ in Lemniadibus Eſchylum in Ciberis.

Digitized by Google

f Statius Thebaide 3.
o Vall l. 1.

lanta; nèc carmine defuit Orphæus, nec *f* sæpius in dubiis auditus Iasone Mopsus. Plane Pelia mittente profectus comites habuerit *l* primos telluris Achiuæ *m*, primæ Dominus leuis carinæ. *n* Intacti cum reclaustra freti coeuntibus Argo armatum scopulis audax irrumperet æquor 4. Primo *o* Lemnum adiit inde præteritis Athamanditos vndis Cyzicō *p* appulit, tum *q* Mysorum scopulis ferunt applicuisse ratem: vbi ob Hylæ infortunium amisso Hercule, coacti sunt postea Minyæ Mulieris ductu, & veneficiis salutem quærere, & velleris Phryxi gloriam futari magis quam acquirere. Cęterum ex Mysia per Bebrycum fines delati, *b* Tyaneas cautes vix euaserunt. Tiphi *c* ancipitē montis vitante ruinam.

3 Hercules est Ille qui Græcus vocatur ab historia.

4 fabulantur Glaucum Deū maris biduo nauem comitatum.

l Ouid l. 1 de ponto eleg. 3.
m Martialis l. 11.
n Claud de bello getico
o Flac. l. 2.
p Idem l. 3.
q Propertius l. 2. eleg. 20. & latius Missam.
a Plutar in politicis.
Flac. l. 4.
b Luca. l. 2.
c Claud. de getico.

1 fabulantur eum statim cautes has in mare proiecisse.

CAPVT III.

Iason in Colchide.

q Ouid. 7. meta.
d Diodorus l. 5.
Vale. l. 5.
Flac. l. 7. omnes pugnas in Colchide commissas describit.

VBI autem contigerunt *q* tapidas limosi Phasidos oras, à Phryxi liberis hospitio honorati Argonautæ & ab Æta etiam donec causa aduētus patuit. Multa superanda erant. Robore & furore armati custodes, qui perpetua statione ad luci locique vbi aureum vellus dedicatum erat, aditus excubabant. Præ omnibus *d* autem immanis latrocinii executor Sacerdos, cui speciosum religionis nomen prætexebat, hospitum capita nescio cui Deo suspendens 4 armatorum stipatus satellitio. Hic draco est quem ferunt Poetæ custodem Scythici fuisse luci, illi tauri spirantes *g* naribus ignem quos coegit insuetos ferro proscindere campos, dracone Lætheı gramine succi sopito idem hospitum insidiarumq; ignaro. Hęc omnia Iason Medæę *l* beneficio superauit, quæ Argonautas præter omnes ipsum mirata est, & validos nec *m* ratione superandos concepit ignes *n* Ignota tauris illigaturum iuga perunxit amoris pharma-

3 Variant hic scriptores aliis humaniter exceptū primo & postea insidiis petitum, alius hostiliter repulsum asserentibus.

4 Hi dentes sunt quos Draconi tribuunt fabulæ quibus satu galeis densique virum seges horruit hastis.

f Mart. l. 12. epigrām. 53
g Vir. 2. georgicon.
Ouid. ibi supra.
l Medæa apud Euripidē & Senecam.
m Ouid. & Flac. l. 7.
n Horatius. Epod. ode. 3.

l traditum id à Mopsi & Idmone vatibus vt Val. l. 1.

Digitized by Google

Procop. l.1. el.20.

co; ita vt omnes eius proditione adamantina subiuga miserit, & insomni dente creati terrigenæ missa magicis è cantibus ira cognato tãtos implerint sanguine sulcos, ipsa vt inexpertis quod primum fecerat herbis expauerit Medæa nefas. Cui vicissim omnia *a* fallax promisit Iason, & imposita *b* celeri puppi cum præda *c* auexit. Ad quæ reputanda cum frustra missis caduceatoribus *d* captam *e* de littore prolem non ferens ætas insequeretur, illa vltorem *f* metuens regnique fugæ ense suo fratrisque *g h* Absyrthi quem secum abduxerat ceruice parata expectauit, & tandem vt insequentẽ moraretur, fratris eiusdem dissecti *i* membra sparsit, quibus colligendis occupato patre integrum ei sit se subducere, huius *k* munere de Polia Iason triumphauit. Et postquam Veneris *l* non potuit furta tacere suæ, venitque *d* in Æsonios altera nupta sinus; coniugis *b* admissum temerataque iura mariti per *e* natos suos vlta crudum animo facinus filios *a b* coram populo trucidans concepit, & delibutis *r* vlta donis *l* pellicum serpente fugit alite. Quorundam tamen alia est opinio credentium ipsam Iasoni reconciliatam, paterno regno vnde Persis opera Ætas pulsus erat, restitutam. Vt vt est in Asiam reuertisse fere omnes consentiunt, & Mediæ nomen persuadere videretur, & Ariæ monumẽta & illud extremum quod scribitur. Iason reuersus Ætæ inanem Regiam videns, & Colchos & vicina loca nouis cultoribus instruxisse.

Luc. l.2.

a Ouid. ep. Helena.

b Idem ep. Hero.

d Herod. l. 1.

e Statius Achilleide.

f Ouid. 3. trist. eleg 9.

g Luc. l.10.

i Cic. pro lege Manilia.

k C. Pedonius mercenatii abitu.

l Ouid. 2. trifium.

d Idem 3. de arte.

h Idem 2. de arte.

e Ausoni. epigram. 121. Martialis. 3. epig. 20. & 25.

a Hor. de arte poe.

r Hor. epodi. ode 3.

Timonax l. 1. Siculorum ait desponsatam ab Æta Medeam Iasoni in Colchide cuius monumentum sint horti Iasonij. Timæus l. 2. Italicarum in Corcyra vult factum cuius memoria sit Apollinis sacellũ vbi primo nupta sacrificarent quod exinde. quotannu fieri solet.

c Antimachus 3. Argonautison ait Iasonem cum Medea noctu vellus aureum furatos, Dionys. Milesius eam vellus ad nauem detulisse.

h Iuxta Absyrtides Insulas illud factum vult Strabo l. 7.

Acusilaus autem ait abductum à sorore iuxta tomos laniatum & Apollonius lib. 3. in regia necatum.

Pherecides li. 7. in pugna ad littus Colchicum captũ ab Argonautis.

b Æl amus l.1. negat necasse liberos, dicẽs: Corynthios Euripidem ad id fingendum induxisse.

i Apollodo. lib. 1. peplum fuisse, Dailochus scriptũ, alij coronam & vestem fuisse volunt naphtaperunctas, vt Plin. l. 2.

Tacitus l. 5.

CAPVT IV.

Status Regionis post Iasonem.

Strabo l. 11.

POST hæc Reges varii in certas prouincias distinctam Colchidem occuparunt.

Colchi sub propriis Regib.

a Herod. lib. 3.

Persis *a* quamuis subiecta tributi tamen immunis quinto recurrente anno 100 pueros, totidemque.

Digitized by Google

que virgines magno regi offerebat muneris loco. Commisso inter duos fratres *b* prælio Græci, qui Cyro opem tulerunt in Colchorum fines delati ab aliis hostiliter, ab aliis amice excipiuntur. Post Alexandrum Colchia Ponticis Regibus inuadun-tur, à quorum Rege Mithridate desciuerunt, & tũ se imperata facturos promittentes si regis filius eis rex detur. Mithridati *c* autem hæc regio subiecta à quopiam amicorum eius gubernata fuit, vnde ei non exigua naualis rei accessio. Inter Præfectos autem qui huc sunt missi Mirophernes fuit matris Strabonis *d* patruus. Pompeius victo Mithridate Aristarchum regulum Colchorum appellauit, Oltace eiecto capto & in triumphum ducto, mortuo Mithridate Polemon Rex Ponti Colchidem obtinuit & post eum vxor Pythodoris, permittentibus forte aut dissimulantibus Romanis qui Pompei virtute *e* huc peruenerant.

Xeno. li. 4. de expeditione Cyri.

Appia. in Mithridatico.

b *Nempe Artaxerxem & Cyrum.*

Colchis sub Persis.

Eadem sub Ponti Regibus.

c *Eupatori.*

Eadem sub Præfectis.

d *Ipse teste l. 11. Appia. & scriptores gestorum Pompei.*

Eadem sub Romanis à quibus proprium Regem accepit.

Eadem à Regibus Ponti recepta.

e *Florus l. 3. c. 5.*

ALBANIA.

Plin. l. 6. c. 10. Ptolomæus l. 5. c. 12. tab. Asiæ 3. Solinus c. 20.

HÆc ex re nomen habens regio, quod albis capillis homines nascãtur 26. diuersilingues cõplexa populos Galatarum gens quibusdam scribitur, ipsis ad Iasonem se ducentibus. Pastoraliores olim & Nomadico generi proximi, nec ad bella inepti fuerũt, vt qui 60000 virorum, 20000. equitum educere potuerint, vt quotidianis vicinorum impressionibus vrgeantur. Canibus autem quos regio fert eximios vtuntur in bellis, quorum duos Alexandro Magno miserunt, qui nec Leoni quidem cederent. Orætes c. Mithradatici belli tempore huic præfuit à Pompeio in triumphum ductus, quanquam idem Albanis ignouisse scribatur, & Orodem remuneratum esse ab Albania sua aureum lectulum aliaque dona mittentem & Zobærem præter hos superiores à Canidio Crasso domitum, & in belli societatem assumptum scriptorum confirmat auctoritas.

Alphonso Guiria: Castaldo Chiphire: Nigro listracha appellatur.

In Pompeium.

Solinus.

c Oræses alib vocatur.

Appianus Mithridatico. Dio l. 37. & 36. Flo. l.

Dio lib. 49.

IBE-

IBERIA.

Ptol. l. 5. c. 11. tab. Asiæ 3.
Strabo l. 11.
a Geneſis 10.
b Vide Plin. l. 6. c. 10.

c Tzetza.

d Mela.

Hodie Georgiani vocantur.

HÆc Thubal *a* Hebræis dici putatur à primo huius tractus Saturno prouincia cuius gentes *b* complures, inter quas Abaſci *c* Alani, Georgi maxime celebres, & ipſi qui nomen ſuũ vulgo offerunt primo Colchi *d*. In hanc regionem antiquo tempore delatus Dionyſius victoriæ ſuæ adiecit, Præfectum ei relinquens Panam quendã vnde regionis pars nomen Spaniæ accepit, quod communius reſeruauit, hinc in Europæ *e* occidentalem *f* tractum ducta colonia. In hanc etiam Iaſon *g* ſecunda expeditione conſedit, quæ poſteriori æuo demum innotuit & Rex Artoces Iberiæ cũ à Pompeio totus in triumphum traheretur oriens etiam ceſſit maieſtati Romanæ, & in ſilua quadam obſeſſus liberis obſidibus pacem componere coactus eſt cum eo, quem opprimere dolo non ſemel cogitarat. Poſt hunc Pharnabazus imperauit, qui à P. Canidio Craſſo victus & compulſus eſt ad Antonii amicitiam & bellorum Albanici Parthicique ſocietatem.

Auctor de fluminibus ex Soſthene.

e Ortelius in theſauro.

f Priſcianus ait ex Hiſpania in Aſiam ducta colonia.

Artoces alii Arſaſes, Arthocus, & Artheces.

g Tacitus l. 3.
Eutropius l. 6.
Dio l. 37.
Appianus in Mithradatico.
Flo. l. 3. c. 5.

Dio lib. 49.

Huic Mithradates filius ſucceſſit 2. filiorum vnum eiusdem ſecum nominis, alterum Pharaſmenem relinquens, quorum ille pulſo fratre regnum ſolus inuaſit. Cui tamen per Tiberium reconciliatus in obtinenda Armenia ſocius fuit: Poſtquam à Caligula in vincula coniecti, à Claudio humaniter habiti, & dimiſſi ſunt. Tandem Mithridates poſt euitatas Parthorum inſidias, Romanorum iram, fratris odium in nepotis perfidiam incidit. A Radamiſto enim Pharaſmanis filio, eodemque ſuo genero poſt obſidionem dedititius factus cõ-

Dio l. 58.

Tacitus l. 6.
Dio l. 60.
Tacitus l. 12.

tra datam fidem non ferro, aut veneno sed cum vxore & liberis humi deiectus multa grauique veste coopertus intercluso spiritu necatur. Ita ab eo occupata Armenia, vnde tamen breui Vologæsis virtute, & subditorum impatiētia pulsus fuga difficili in Iberiam elapsus, à patre hactenus conniuente donec Romanos timuit trucidatur.

Vide Parthica & Armenica.

Vxor huius Zenobia maritum fugientem comitata, cum se hostibus ludibrio fore vereretur honestam mortem maritum orat. Ille acinace vulneratam & vt putabat mortuam Araxi iniicit, quæ à pastoribus inuenta vulnere obligato curata, à Teridate honeste habita consenuit. Pharasmenes interim bellum Alanorum mouens, Mediæ Cappadociæ, Armeniæ finitima vexabat. Sed Alani Vologæsis muneribus corrupti, & Flaui Ariani, qui Cappadociæ præerat, metu quieuerunt. Pharasmenes cum coniuge accusatus á Vologæse Romam venit, vbi nouo modo auctum ei regnum, erecta equestris statua, sacrificare in Capitolio permissum. Reuersus Arsacem Parthum per ministros proprios trucidauit. Orodem eius fratrem vulneratum prælio fudit, & tandem bellicæ rei gloria clarus fatis concessit: in quo veterem Iberiæ historiam termino.

Dio l. 69.

ANA-

ANALECTA ANTIQVITATVM ET CONSVETVDINVM: Colchidis, Albaniæ, Iberiæ.

Ex Strabone l. 11.

Albani

SOLEM, Lunam, Iouem præcipue colebant, Lunæque ſacerdos à rege ſecundus erat, à quo ſerui quidam, vates errabundi, ſacra cathena capti, annum alebantur, tum ſacra haſta per latus in cor adacta Deæ mactabantur; ex quo futura ſe præuidere putabant. Sacerdotes etiam Iberi 2. poſt regem ordine curam finitimorum habebãt.

Celius l. 18. c. 27.

Strabo l. 11. Vide hiſtoriam.

Leucotheæ fanum celebre erat à Phryxo conditum, Ioui Laphyſtio vel Phryxo quotannis aries mactabatur.

Idem ib.

Rex Iberis eligebatur vnus ſanguine propinquior, alter qui iuri & exercitui præeſſet, qui primus ordo erat recentiores Colchidis Reges rubris calceis, mitra, corona aurea, veſte deaurata oblonga, ab Imperatore donabantur, chlamidem autem porphyriam ei geſtare non licebat, ſed albam dumtaxat. Reges Colchidis triumphantes quotannis ex ſubditis aliquos currus iungebant. Iberæ fœminæ quotannis telas ſuas oſtẽdebant. Iberis tertius ordo militum erat & agricolarum. Quartus vulgi cui ſenior per familias præerat.

Agathias l. 3.

Plin. l. 33. c. 3.

Strabo ſer. 5.

Horat. Epod. od. 3.

A Celio L. 18. c. 30.

Senes etiam Albani inprimis venerabantur. Phaſianum linum vt tenuiſſimum ita præſtantiſſimum. Venenorum ferox eſt Iberia. Iberi anno quadrimeſtri vtebantur. Gens aſpera belli Heniochi. Homines à puero ſano, glaucis oculis, & nocte cernentes æque ac interdiu erant in Albania.

Lucanus l. 3.

Plin. l. 7. c. 2.

Celius l. 27. c. 24.

Iber-

Iberi auaritiæ cauſa ſemel per diem cibum ſumebant.

Marcellinus l. 23. Caſpiis ventre monente, quod inciderit edebatur.

Stobæus ſer. 5. Iberi zona ventrem metiebantur.

Alex. l. 3. c. 10. Iidem mortuos vulturibus exponebant obeliſcos

Stobæus ſer. 13. tumulo imponentes tot, quot hoſtes defuncti

Ælianus l. 4. manu ceciderant.

Strabo l. 11. Colchi defunctos arboribus ſuſpendebant pellibus inſutos.

Albani. Mortuorum curam, aut omnino memoriam habere nefas. Quibuscum omnes theſauros recondebant.

Strabo l. 11.

Celius l. 10. c. 21. Caſpii ſeptuagenarios fame necabant, lecto in ſolitudine expoſitos, qui ſicito rapiebantur, felicitatis argumentum id iudicabant.

* *
*

ANALE-

ARMENIA.

GENEROSO AMPLISSIMOQVE DOMINO DOMINO DVOPIE DE VIGNIſe, ſou Maigoie S. Halen, literarum Mœcenati vnico.

Vir Ampliſſime Vir generoſe.

MERITA *in litteras tua, & quam non ſolus noui humanitas, ſæpius aurẽ mihi vellicant: gratiæ agendæ erant, aguntur cum referendo non ſint. Excuſabit ſcio innata tibi facilitas vile tenuitatis noſtræ officium, & animi non immemoris chartam indicem patrocinio ſuo dignabitur. Fortunæ vitium eſt quod opes, ætatis, quod deſit, quahonorari poßis à me, authoritas. Eſto, tamen aliquid prodire tenus, Dignare veris mei fructus, ideſt, flores tuis oculis, dabit autumnus aliquid ſolidius, quod æſtatem tulerit ætatem ferre poßet. Vnaq́ me in gratorum numero pone, ſiquidẽ bene putat qui beneficii meminiſſe bonã gratiæ partẽ eße putat. Hæc pauca: Nolo enim tu⁹ tuorumq́ laudator modo exiſtere, cui ſufficiat & abũde ſit bona tua pace Amplißimi nominis tui titulo Armeniacorũ meorũ frontem poſſe inſignire. Dicãt qui cum fortuna luctãtur tuo vincentes beneficio, dicant qui mũdo exules huic, alteri militant, tua viuẽtes in clariſſima vrbis Leodicenſis luce munificentia, dicant litterarũ literatorũque cohortes tua vigentes liberalitate. Ipſa ſi linguæ vſum haberent compita, templa, ſcholæ, grata conſpiratione in tuas ſe laudes effunderent. Pori (quod tui nominis ſcriptor ait) ab Alexandro capti votum erat vt regiè haberetur, tui à fortuna vt generoſe, ideſt liberis nepotibusque felix, qui virtutem ſuam inter primas cu-*

CAPVT I.

Ptolomeus l. 5. c. 7. tab. Asiæ 1.
a Plinius l. 6. c. 9.
b Apdia 2. Cinilium

ARMENIÆ nomen late patuisse, omissa vulgari in *a* maiorem & minorem diuisione nemo diffitebitur, *b* qui cis Euphratanos, & trans Euphratanos scribi videt, & si vacat recentioribus manum & mentem adiicere nota est Iustiniani amplitudinis testis quadripartita *c* sectio. Syriæ tamen adscriptam conuincere videtur *d* Leuco Syriæ appellatio, Arabiæ adhæsisse communis vtrique *f* affinitas. Ex duabus autem *n* interior maior alterius collatione, secunda Europæorum respectu Per sarmenia *o* quia Persis obuersa, magna iure dicitur, non ad alteram tantum sed & omnes Asiæ Europæque Regiones comparata, eo quod orbe aquis merso huius montes primi diluuium excusserint, reliquiasq; infelicis mũdi nauemque quæ commune naufragium euaserat iugo suo exceperint. Glorietur quantumlibet Cyprus *oo* Troode suo & saxo quod pluuiæ elicendæ colitur & circumfertur ob arcæ quam in eo quieuisse volunt memoriam, Armenia veteris instrumenti, & antiquorum fide testimonio potior est, cum in montibus Ararath hæsisse arcam vno ore fateantur. Et si incolæ audiendi sunt, à maioribus sibi traditum referunt in montis inaccessi quẽ designant, iugo, Arcæ reliquias esse immo videri etiamnum. Vt vt est in huius planitiem Noachus cum suis descendit, hinc colonias in omnem terram dimisit, ipse quoque peregre abiturus, Scytham hic cum Araxa Matre Regem constituit Sabatium *o* Sagam sacris præfecit, Indeq; factũ quod Scythæ, Saci, Safaceni dicti fuerint. Sabatiũ porro regni & opum amplitudine nemini inferiorem Babilonici Reges Monarchiæ aditum facientes in fugam, inde etiam in exilium coniecerunt. Vltimisque Nini annis Armenia quamuis Assyriorũ

Turcomannia Mercatori

c Eustatius.

Regionis diuisio & nomina

d Proco. l. 1.
f Strabo l. 1.
n Eunapius 1 liber notitiarum
o Euagrius l. 5. c. 7.

Item antiquitas.

oo scriptores historiarum libri nominatim Lucianus c. 3

Beroſus l. 3. Gordieum montem vocat. Ptolomeus Gordios quem alii Armenia alii Phrygiæ attribuũt

Genes. 8.
Mayntius de Tartaris c. 3
Venetus l. 1. c. 19.

o Hoc patria lingua Sacerdotem sonat.

Beroſus l. 4.
Eusebius.

Armenia sub propriis Regibus Assyriis subiecta.

6. Herodo l. 3. imperio ſubiecta Reges nihilominus ſuos habuit, qui populum rei 6 pecuariæ ab antiquo ſtudentẽ gubernarunt. 8 Barzanes Sabatii filius enim cum ſe viribus imparem ſentiret, cum muneribus Nino occurrens, regnum meruit retinere, ita tamen vt Commeatus & militem ei teneretur ſuppeditare.

Diodorus. l. 3. c. 16

CAPVT II.

Saracena vocatur Armenia pars quod quidam in Saracena abythe contendunt.

ARMENIAM deinceps variarum gentiũ Coloniis auctam, & mores, & nomina & ſcriptorum docet authoritas. Arcus geticis neruis intendere Scythicum quid loquitur, vt taceam Sucarum in eius medio nomen. Armorum forma & tympanorũ Aſiam refert & Phryges, quorum Coloni aliquibus putãtur. Auſpiciorum celebritas vicinos Chaldæos loquitur. Nomen ipſum Armeniæ vt cætera prætereamus ſi Antipatro fides eſt, ex Europa & Rhodo nauigauit, vnde Armenus Coloniæ Dux oriũdus putatur. vulgo tamẽ ex Theſſaliæ eiuſdem nominis vrbe veniſſe creditum qui Iaſoni militauit. Cuius comites Acileſinam quæ ſub Sophinis erat habitarunt. Nec citra fundamẽtum, cum Iaſonia his locis conſpiciantur monumenta & Parmænionis templum & Araxi eius opera in Hircanũ pelagũ viam factam hiſtoriarum fide conſequitur. Fluuius quem dixi à Rege huius Prouinciæ nomen aſſumptum reſeruat, cum prius Halmus diceretur. Mutationis cauſa talis redditur: Regi cum Perſis graue bellum erat & diuturnum, Interque moras iubetur duas ex pulcherrimis filias immolare oraculo, ſi quidẽ rem velit ex voto ſuccedere. Ille ſuis parcens alterius viri nobilis et primarii aris admouet. Mieſalcus occiſarũ Pater grauiter ferens iniuriam ex inſidiis Tyranni filias adortus vtramque interemit. Quo dolore Rex ſibi inſuper metuens in flumen ſe præcipitem dans hoc ſaltem effecit ne taceretur. Bachi tẽpore Armenia-

Lucianus l. 4.
Strabo. l. 11.
Herod. l. 7.
Iuuenal. ſatyr.
Apud Stepha.
Strabo l. 11.
Plutar. de fluminibus c. 23

Hic Armenia fluuius ex Aban monte proſiluẽs Lucano l. 7. Armenius, Horatio l. 1. Carmedus Claudiano Scythicus, Seneca Nineus, Statio lib. 5. ſil Ferus, Lucano l. 1. Barbarus vocatur.

dem Plut. de flaminibus l. 24. ex Theophile l. de pillu. & l. 3. Aſi ſtomui

Digitized by Google

Armenia etiam celebris fuit, in qua Alphæsibæam ille amauit iter in Indiam parans. Cumque inter amantem & amatam flumen Medium conatus eius eluderet, vt quod ob rapacitatem nec ex ponte ferret nec natatorem, Tigridis (animal est Hircanis Armeniisque familiare) opera ad hanc rem vsus perhibetur. Et ne res ea silentio inuoluatur Sollax fluuii nomẽ in Tygridis transiit quod hodieque manet. Temporibus Troianis Armeniæ nomen tacitum fuit, nisi Erembos toties à veteribus appellatos eosdẽ esse velimus. Armeniæ Rex nominatur, sed de regni tempore nihil compertũ habeo, Sanatruces, corpore quidem mediocri animo autem ad omnia magna nato, ad resbellicas præcipue, frugalitatis nomine nulli Romanorum aut Græcorum postponendus.

Virgilius.

Hinc fabulant eum in Tygride versum transisse.

Vide Strabo. lib. 1.

i. est prone fluens aly a sagitta id nomen esse aiunt qua hoc nomine appellata

Suidas.

CAPVT III.

TRANSLATA Assyriorum ad Medos dominatione Armenii si paruerint, Medis paruisse magis videntur, cum Nabugodonosor magnus ille huc vsque imperasse legatur, & Senna Cheribi perẽptores à filii huc potissimum cõfugerint, fratri Assar. Haddo bellum indicentes. 7 Tributum autem Medo in singulos annos pendi consultum Tyaxari primũ negarunt. Cuius nepos Cyrus futuræ magnitudinis iaciens fundamenta cum copiis mittitur, iugũ rebelli prouinciæ repositurus. Timebatur hostis præsertim in sua patria, militũ munere & opibus valens satiusq; visum nihil cogitantem aggredi, & si res postulet profligare. Collectus erat à Medo exercitus hostis nomine suppresso. Armenia petebatur venationis titulo ab equitatu, & ne de apparatu certiores reddi possent incolæ dimittantur in omnem partem latronum specie qui obuios capiant, aut fugẽt donec Chrysanta duce pedites adueniissent, tum audentior

Armenia sub medis

Megastenes 4 Iudiciorum apud Iosephum l. 10. c. 10

Adramelech & Sar Assarvocantur.

7 50 talentorum erat

Xenopho l. 1. de institutione Cyri.

Herodot. lib. 1.

Ariarathen profugum ſuis opibus in regnum Cappadociæ reduxit. Vltimus autem omnium Orontes fuit, qui vicario nomine prouinciam administrabat genere nobili à 7. Perſis oriundus, ex Hydarne nimirum, quod argumento eſt non infimo loco, prouinciæ huius rem æſtimatam. *Secundum eius nominis.*

CAPVT IV.

Polybius. EX Ducibus Antiochi Magni Artaxias, & Zadriades Regis ætate contempta ſibi creditas Armeniæ partes inuaſerunt, ita vt duorum alter Sophenæ Amiſenæ Odomatidi, alter circa Artaxata imperaret, fruſtra bella mouente Antiocho. Aditi autem regni poſſeſſionem à Romanorum amicitia, & finium productione auſpicati Medis Caſpianam & Phanuitem & Baſoropedam abſtulerunt. Iberibus Pæadri circum montanam, Chorzenam, Gogarenum trans Cyrum, Chalybibus, & Moſinæſis Paræneta m & Xerſenem, Cataonibus Aniſinam, & Regionem ad Antitaurum, Syris Tamonitam. Ne miremur Antiochum tantæ virtuti parem non fuiſſe, & regis nomen permittere coactum eis, qui ne Romanam quidem ſocietatem in magnis habuerint. Cum Artaxias non dubitarit iuratum Romani nominis hoſtem Hannibalem hoſpitio excipere, qui ne ipſe quidem ingratus duabus Armeniam vrbibus ornauit, vrbes Regis Artaxæ nomine. Interim in Syriæ regno alter Antiochus ſucceſſerat, nominiq; non ſtudens reſpondere Armenos aggreditur.

Armenia ſub Rege. Anno 3790.

Strabo l. 11.

Hieron. in Danielis 11.

Plut. Luculle.

Stephanus.

Artaxata, & Artaxiſata.

Illuſtris nimirum vocabatur.

Vide Syriaca.

Nec alienus à pugna Artaxias collecto milite occurrit. Iuſto autem prælio temere magis præcedentis fortunæ memoria, quam prudẽter cedunt Armeni, retractus è fuga Artaxias in cuſtodia detinetur. Hac victoria, ſiquidem Syro aliquid ex Armenia acceſſit, ad exiguum tempus fuit, nec enim tulit Poſterorum Artaxiæ magnanimitas Syros imbelles imperare non quietura donec in imagini-

Interrupta Regum Armeniæ ſeries & continui in prouincia motus.

Polybius.

nibus ſuis victrix Syria victa legatur. Quo tempore toti Aſiæ Parthus inhiauit, ſenſit & vicinum malum Armenia cui aſſidua fuit cum barbaris contentio. Quam nec Romanorum authoritas dirimere, nec potentia ſuperare, nec tueri potuit felicitas. Alcyonia ſæpe fuerunt & inani fœderum nomine adumbratæ legationes, ſed his innata feritas moræ illis gloria pacis erat impatiens.

CAPVT V.

Strabo li. 11.

Reſumta Regum familia & regnum vindicatum.

PARTHI igitur, quibus omnia obſtare videbantur facta irruptione in Armeniam Tigranem Regii ſanguinis obſidem abduxerunt. Qui 7 vallibus in prætium datis liberatus maiore ſpiritu data repetere, regni fines propagare, & hoſtem nõ contemnenda clade afficere cæpit. Nec contentus hoſtem propulſaſſe animum quoque ad maiora erexit. Armeniam minorem ſui iuris faciens, Artame, qui poſtremus ex Zadriadis ſtirpe ſupererat cæſo. Hoc rerum ſucceſſu Mithridatis affinitate, cuius filiam Cleopatram coniugem habebat illuſtrem Syri dignum iudicarunt, quem ſuo regno præficerent. Venit Tigranes exſtirpataque omni Seleucidarum ſtirpe, pulſo Antiocho, Cleopatra quæ res nouas moliri videbatur Seleuciæ capta, & non multo poſt interfecta Syriæ regnum per multos annos poſſedit. Syriam excepit Phœnicia & Cilices quæ vno quaſi bellorum impetu redactæ ſunt in poteſtatem.

Alii Artane.

Eupatoris Ponti Regis.

Strabo.

Vide Syriaca.

Vide Medica.

Ariobarzanes inſuper Mydiæ Rex Mithridatis impulſu eiectus, verbo dicam, quotquot erant circumcirca Reges imperata facere cogebantur, & ne de victoria ambigamus ex 12 à ſe deletis vrbibus colonos in vnam Tigranocertam à ſe exſtructam, à ſe nominatam deduxit. Iudæa reſtabat, quam trecentis armatorum millibus aggreſſus, repulſus eſt non vi ſed pecunia, Alexandriæ muneribus

Atropatenſis.

In Cappadocia.

Ægeſippus l. 1. c. 12. ait Cleopatra Ptolemaide obſeſſa muneribus eum victum. Ioſep. l. 13. c. 24.

Vidua tamen.

Digitized by Google

bus placatus, & retrocedens, quibus non parum momenti addebat Luculli, qui nunciabatur aduentus. Quo tamen ita exalperatus est, vt eius nuncium mox præceperit trucidari. Omniaque ducens suæ inferiora potentiæ Regem Regum se appellabat. Ex victis à se regibus Zarbienum cum vxore & liberis necauit, alios ad vile obsequii genus, contemto regiæ maiestatis fastigio, ministros elegit quatuor stipatorũ loco habuit ita vt equiti pedites assisterent tumẽti, sedenti & responsa danti consertis inter se manibus astarent. Hæc summa fuit felicitatis eius, quam in opprobrium fortunæ conuertebat. Post hæc variis cladibus affectus nõ nisi bona regni parte multatus euasit. Cum enim Ariobarzanem contra Romanos tueri conaretur adductis peditum 250000, equitũ 50000 inconflictum à Lucullo vix vigesimam Tigranici exercitus partem, adducente duobus præliis fusus fugatusque est. Parthorum auxilia Armeno non erant cum quo vetus erat de Corduenne regiuncula cõtentio, & causis ex populatione hinc inde se offerentibus, crescebant inimicitiæ. Quæ causa est cur Parthus Luculli legationẽ præ Armeniaca lubens susceperit, exorto inter vtrumque bello vicinam Tigranis magnitudinem quam Romanorum fidẽ magis suspectam habens. Hac occasione Lucullus de Partho securior, audentior erat, & primo quidem ad Tigranocertam commisso prælio inferior cedit Armenus vrbe Cilicum dissidiis hosti patefacta & diademate in Ro. potestatem redacto. Nec contentus imperator in Armeniam repulsum altero prælio debellat non obstante nefestæ diei religione, quam se candidam redditurum aiebat. Cæsa ex Tigranis exercitu 100000, & ipse Rex superioribus cedens prouinciis Armenia se continere satis habebat. Interim in Luculli locũ Pompeius successerat, cui arma in Tigranem sumendi non simplex fuit occasio. Cum ipse & Mithrida-

Plut. in Luculle.

Gordyanorum.

Fastus insolentis exemplum.

Causam belli Romani alij res in Syria gestas assignant.

Dio frag. l. 35.

Idem l. 36.

Plut. in vita.

Dio l. 35.

Liuius l. 98.

In Mesopotamia.

Ad Artaxata.

Plutar. apoph.

Pri. Nonas Octob. ob eas sum Scipionis exercitum.

Athen. l. 12. c. 11.

Plut. in vita.

Lucullum Tigranis opibus in luxum prolapsum ait.

Appia. Mithrid.

Dio l. 36.

nice Lucullus recuperauerat exceptis. Filius Tigranes qui nulla comitate patrem supplicem dignatus fuerat à Pompeio ad cœnam cum patre vocatus cum cunctaretur, grauiter offendit: grauius tamen cum Sophenes regionis in finibus Armeniæ quam ei Pompeius adiudicauerat pecuniam erogare recusaret. Vnde in liberam custodiam primum, postea etiam cum incolæ nisi à Tigrane libero iuberentur, se daturos negarent, in arctiorē missus occasionem dedit, vt patri sua ditio adderetur, ipse in triumphum ductus, & L. Flauii custodiæ traditus moreretur.

Finer regni Armeniæ immunuti.

Strabo li. 11. refert Pompeium Tigrani imperasse 6000. talenta argenti quæ illemox viritim distribuit militi quinquagenas dragmas, centurioni millenas, Chiliarchis talentum.

CAPVT VI.

HOc modo Tigranes nouo more à Romanis restitutus, sociorum numero aggregatus, rex appellatus, inter Pompei etiam priuatim amicos habitus est, qui ei Corduenam Regionem de qua vetus fuerat cum Parthis Armenio controuersia, deuictam à se contra fœdus dedit, quæ deinceps bellorum materia fuit, his Pompei munificentia possessionem, illis belli regniq; iure terminos suos vindicare studentibus, commisso prælio alterna victoria fuit, Pompeio neutris opitulante, donec 3 viros misit qui de finibus inter Reges litem deciderent, quibus arbitris res compositæ sunt, neutra partium refragante.

Armenia sub Romanorum clientela.

Plut. in Pompeio.

Tigranem enim stimulabant, non impetrata auxilia, Parthus Tigranem saluum esse volebat, cuius olim si res ita ferret auxilio in Romanos veteretur. Vtrique satis constabat vter alterum superasset, quod is & Romanos sibi infensos habiturus, & ad resistendum imbecillior esset futurus. Ita rex quam pater felicior, cum Tigranes filiorum maior rebellionis impietatem Romæ luat, alter ab & cū illo in prælio occubuerit, tertius cum inter venandum lapsum forte patris Cydarim suo capiti imposuisset mortem meruisse visus est, Sariasten cū

Tacitus.

Appianus.

Lucanus,

amicis in patrem ita consenserit vt omnes dextris sanguinem mitterent, eumq; inuicem sorberent, pater his malis defunctus octuagenario maior quiete tantisper imperauit.

Val. Max. l. 9. c. 11.

CAPVT VII.

QVI postquam inter viuos numerati desiit Armenis præfuit Artanasdes filius eius solus ex omnibus patri fidus, nec ineruditus, cum eius nomine Tragœdiæ circumferantur, cui Parthus bellum indixit quod euenit veritus ne Crasso, qui Parthicam expeditionem tum meditabatur, suppetias ferret. Ita inter Romana Parthicaque arma medius hærebat Armenius. Nec cum Parthis modo sed & cum Medorum rege eiusdem secum nominis publicas fouit inimicitias, vnde & M. Antonium in Syria tum & in Parthos se parantem, veteris amicitiæ merito impulit Medum bello persequi, fecit Antonius sed Armeniacis viribus præter opinionem destitutus, Artanasdes enim se subduxerat repetita diuersis itineribus Armenia. Vnde offensus Romanus compositis in Media rebus, odio dissimulato regem perfidum, animo vindictã prosequebatur. Aperto Marte rem aggredi motus maioris videbatur, quam vt inter tot aduersa impendentia Imperator sustinendo esset, ad dolos itum regem in Ægyptum inuitabat, suspecta erat causæ ignoratio, dubium procul à patria iter. Regem Nicopolim euocabat, desponsandæ filio suo eius filiæ prætextu: anteactorum conscientia metum, præsentia ita repentini fauoris dubitationem iniiciebat, saltem in castra loco Artaxatis vicino congrediatur imperat, pertinacis fuisset negare, tumidi diffidere. Venit ergo sed reditu ad suos interdicto, liberum enim Cæsareo filio in eius locũ Rege appellato Antonius secum retinuit, parum esset retinere nisi paulatim etiam aureis vinculis eum mancipasset, parum & hoc fuisset spiranti & speranti.

Iosepho Artabazes vocabatur, l. 15. c. 4. & l. 1. bell. c. 3.

Plut. in Crasso.

Artimirides Floro abbreuiatori Liuij, Straboni Artuasdes.

Liuij epitome 130. Plut. in vita.

Dio l. 49.

Strabo l. 11. Artanasdem ait M. Antonio 6000 equorum cataphractorum ejecisse comitatum in mediam futurum.

Oros. l. 6. c. 17.

Liuij epit. 131.

Plut. Antonit.

Ex Cleopatra.

Oros. argenteis.

Digitized by Google

Tacitus l. 2.

sperati nisi post actiacam victoriam profugus imperator non contentus in triumphum Ægypti abduxisse. Medio tanti regis capite Medi regis fauorem venaretur. Ita Armenia ad Romanos rediit Artaxa Artanasdis filio ad Parthos confugiente, quorum ope regnum facile recuperauit Romanis ob memoriam paternæ cædis infensus. Augusto quia fratres in bello captos repetenti negauerat, Arsacidis acceptus quorum ope se regnumque tutabatur.

Dio Artabazem vocat quo necato Tigranes à Tiberio substitutus fuit.

Dio l. 49 & 50.

Artaxias alias. Ioseph. l. 15. c. 4.

Anno V. C. 734.

CAPVT VIII.

SED ad exiguum fuit ista maiestas, nam propinquorum scelere sublatus locum fecit successori antequam Tiberius Tigranem fratrem Roma adducens præ foribus esset. Ita exigui meriti fuit Tigrani pro concione diadema imposuisse, quamuis rem magnam se fecisse Tiberius gloriaretur. Sed nec Tigrani nec liberis eius diuturna fuit possessio. Cum ille procerum malignitate deturbatus, ad extremum etiã reus à Tiberio capitis supplicium expenderit, illi breuem & ingloriam dominationem adepti, ne nomine quidẽ tenus noscantur.

Armenia sub tyrannis & inter Parthica & Romana arma hæret.

Sueto. c. 9.

Dio l. 54.

Tacitus li. 9.

Idem l. 5.

Eadem sub Parthis iterum.

Adeo vt Phraati via facta sit iterum Armeniam reducendi, Artanasde quem Augustus regem submiserat non sine clade Romano: deiecto. Quem Caius cum legionibus Roma missus coegit Armeniam missam facere de propriis sollcitum. Idem compositis rebus Ariobarzanem ex Medorum genere prouinciæ imponit quo morte fortuita absumto stirpem eius Armeni non tolerauere, tentaque fœminæ imperio, cui nomen Erato, eaque breui pulsa incerti solutique & magis sine dominis, quam in libertate, profugum Vononem recipiunt. Qui tandem à Germanico reiectus tandem fraude oppressus periit.

Artaxe 2. filio.

Dio l. 55.

Tacitus vbi supra.

Hæc de alia minori Armenia quidam capiunt cum Dio Artaxem Arsacem substituunt.

Ioseph. l. 18.

Suet. Caligula c. 1.

Digitized by Google

pus & Occasionem indulgens deperdita recuperãdi. Recuperauerat felix nisi victoria insolenter vsus suos in se armasset, defectionis memoriam deditioni spontaneæ anteponens, & seuere magis quã prudenter in eos animaduertens. Quod ægre ferentes Armenii tumultu ad Regiam facto, interficiendum quærebant: equorum qui ad manum erant pernicitas saluti fuit, quibus ereptus ad Iberos incolumis euasit. Zenobia huic vxor erat, fugæ comes patiens, donec vterus (grauida enim erat) & viscera agitatione insolita concuti cepta vires aduenerunt. Quid agat? maritum deserere amor, sequi dolor prohibebat, mortem orat; honestius futurum marito teste perire, quam alienæ libidini reseruari. Rhadamystus cum amore & fama diu luctatus, tandem destringit Acinacẽ vxorem vulnerat, morte gloriosa, captiuitatis ignominiæ eam exemturus, & ne corpore quis potiatur Araxi fluuio semianimem iniicit, quam placida illuuie spirantem, & vitæ manifestam Pastores aduertunt, & dignitate formæ haud degenerem reputantes vulnus obligant, cognitoque nomine & casu Artaxata deducunt, vnde publica ad Teridatem (is erat Vologæsi frater Armeniæ præfectus) cura à quo regio more habita permansit.

Ab Iberis recuperata.

Tacitus l. 12.

Exemplum indolis generosæ in fœmina.

Armenia sub Parthis.

CAPVT X.

INTERea harum rerum fama Romam delata ad Neronem peruenit, visumque est de imperii maiestate Ducibus electis, Rhadamysti causam tueri: placuit præ cæteris Domitius Corbulo, in quem præter generis claritudinem singulari prudentia fortitudine reique militaris gloria florentem militum studia ferebantur. Et sane dignum se probauit, nec obstante, quod Parthus nuper obsides dedisset, certoque constaret eum Teridatem fratrem regni à se dati expertem esse non passurũ, aut alienæ potentiæ id donum habere, sui tamen

Idem l. 13.

4. belli Romani initia.

Roma-

Digitized by Google

Romanique nominis dignitati consultum sciens si parta olim Lucullo Pompeioque recipiat. Primum mollibus initiis mox aperto agmine Armeniam inuehitur. Teridates per litteras Corbulonem alloquutus, vbi blanditiis minacique Arsacidarum nomine nihil profecit & Volandum arcẽ regionis facile immitissimam nullo milite omisso à Corculone occupatam à Cornelio Flacco legato & Isteo Capitone castrorũ præfecto 3. vna die expugnatas, ita vt cæteræ metu & sponte incolarum se dedere, quam extrema pati mallent, cum videret, nec prælii quod disposita acie simulabat minas sibi succedere, procul in Mados se recepit, nec difficulter Corbelo Artaxatis potitis ciuibus deditionem facientibus quod saluti fuit, vrbi tamen ignis immissus, eo quod sine valido teneri nõ posset ob mœnium magnitudinem: nec id virium ei tempore Romanis esset, quod firmando præsidio & capessendo bello diuideretur. At si integra incustoditaq; relinquatur, nulla ex eo gloria aut vtilitas quod capta esset sequeretur, Artaxatis Tigranocerta petitur: qua deleta metum hosti intẽderet, si parceret clementiæ, famam adipiscereturhoc vsu venit: Legati enim ex vrbe in castra missi nunciatum portas patere, intentos populares ad iussa simul hospitale munus auream coronam offerebant. Nihil itaque ciuitati detractum quod promptius obsequium integri retenturi crederẽtur, fortiter se habuit Imperator præsidio regio illic loci expugnando, seuero ius, qui latebras insederant tanquam diffidentes, ora exitus specuũ sermentis virgultisque completos igni exurens. Generose Verulano legato cum auxiliis præmisso cũ Teridati spem omnem ademit. Dum hæc aguntur Tigranes ex Cappadocum nobilitate Archelai nepos, à Nerone ad capessendum Armeniæ imperium delectus superuenit, quod obses diu fuerat Romæ, vsque ad seruilem patientiam demissus.

Bisardus l. 3.

Restituta Romanis Armenia.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XI.

CVIVS aduentu non parum commotus Teridates, & ob Teridatem Vologæses qui priuatæ domus ſua tueri de alienis certare regiã laudẽ dictitans, & quamuis æquitate quã armis, cauſa quã ſanguine parta maioribus retinere malit, negante tamen Romanorum ambitione, quod cunctatione deliquit corrigendum. Præſertim cum Ro. imperio ſuo modum facere ignorent, etiam Tigranes non contentus Armenia Adiabenorum ditionem vicinam ſubiugarit, in quem Moneſes vir nobilis miſſus eſt. Qui occupato in tuenda Syria Corbelone, Tigranocertæ Tigranem obſidet ſed fruſtra: iam enim ante proni ſi commeatus, militum robur præſidio, Nicephorius amnis partem murorum ambiens, & qua fluuio diffidebatur ducta ingens foſſa, obſidionem tolerare & expugnationem impedire poterant. Ad pacem itaque ventum eſt quæ per Caſpium centurionem & Regem transacta, ita vt prius legatos ea de re Romã mitti placeret, miſſi ſunt, & dum Nero callide moram facit Lu. Ceſennium Pætum in Aſiam mittit, qui collatis cum Vologæſe ſignis data acceptaque clade inſigni retroceſſit, legionibusque in Armenia per Vaſacem equitatus præfectum Pætus fædus impetrauit, magis quam iniit, certis formulis quibus & Nero annuit. Harum præcipuæ erant vt Ro. legiones obſidio liberarentur, miles Armenia cedat, caſtra & commeatus Parthorum maneant.

3. qua Armeniam vidit Regum familia à Cappadocibus.

Theodoſius & Xiphilinus ex Dionis l. 62.

Tacitus li. 15.

Suetonius Nerone ca. 39. ait in Armenia ſub iugũ miſſas legiones quod alii vulgo iactatum reuera ſic ſe non habuiſſe aiunt.

Praditum cum equus conſularia geſtans inſignia in transgreſſu pontis Euphratis ſponte retroceſſiſſet, hoſtiaque fugiſſet & pila militum arſiſſet.

CAPVT XII.

VIX ad reſpirandum fuit illa quies: vere enim appetente Vologæſes dubium quo animo legatos cum mandatis Romam mittit, qui nunciant Partum totius iactata ſuper poſſeſſionem Armeniæ omittere, & quamuis Dii potentium populorum Arbitri non ſine ignominia Romani nominis

Digitized by Google

Parthis eam tradidiſſent non ſubterfugere tamẽ Teridatem, niſi ſacerdotii religione teneretur à Romanis Romæ diadema aſſumere, facturum idem ſi velint in Syria coram legionibus. Rideri ſibi videbatur Nero quod peterent hoſtes, cuius Dominí eſſent, itaque re in Senatu agitata placuit bello ignominiam delere. Cui hoſtium gnarus Corbelo præficitur ne cuius alterius inſcitia iterum peccaretur. Aduenientem legati exceperunt pacis ſtudia belli malis præferentes. Satius quippe videbatur Teridati intactũ vaſtationibus regnum dona accipere,& Vologeſi ſocietate quã armis Romanos agnoſcere. Die præfinita datis vtrimque obſidibus Teridates in caſtra Corbelonis cũ paucis progreſſus cæſis victimis de more imagini ſubiicit, magnis apud cũctos animorum motibus, reputantes illo ipſo quo hæc agebantur loco, paulo ante debellatas Romanorum legiones. At nunc Teridatem oſtentui gentibus quanto minus quam captiuum. His itaque peractis non contentus Teridates in vrbis conſpectu ſui obſequii ꝓgreditur relictur⁹ monumentũ. Et fecit Neroni ad genua accidẽs ab ei⁹ manu diadema reſumpſit.

Nunquam ſimilem triumphum vidit poſt Auguſtum Roma; ita vt aurea dies dicta ſit quo hæc Teridati obuenerunt, Reuerſus ex vrbe Rex fabris adductis Artaxata reficiens Neroniam appellauit. Non multo poſt Alani, gens diu ignota, poſt populatam Mediam Armenos quoque attentarunt occurrentique Teridatem laqueis pæne ſuis viuum abduxerant, qui ipſe ſatis habens euaſiſſe regnum ſuum depopulandũ reliquit, Barbaris tamen retro cedentibus integrum fuit Teridati Armeniam repetere ſed gloriæ & famæ expertẽ, quẽ tamen breui & quaſi per otium recuperauit.

Zonaras to. 2.

Armenia Regum 4. familia Parthica Romanis volatibus.

Dio. l. 63.
Sueto. Nerone c. 13.

Cum Vologeſe & Monobazo liberis qui & obſides.

Plinius l. 33. c. 3. de aureo theatro tũc ſtructo.
Ægeſ. l. 5. c. 31.

CAPVT XIII.

ITA aliquantiſper ſub tutela Romani Armenia nominis delituit, vſq; ad Exedarem, qui ſe ſpõte cum

te cum abdicasset periculi imminentis metu, aut abdicare coactus esset Parthorũ imperio Losdroes inaugurationis ius in se transferens Parthamisirem fratris filium diademate ornat. Insolentius id Traiano visum & vindicta dignum, ita vt nulla legatorum ratione habita recta in Syriam Armeniãque contẽderet. Samosatis potitur, Satam & Elegiam vbi peruenit Parthamisire copiam sui fecit. Qui dum auulsum capiti diadema ad pedes proiicit, dum reponere iubeatur expectans, quid am miles, quod in prẹliis fieri solet, constanti voce Imperatorem salutat. Quem clamorem contumeliã interpretatus supplex fugam circumspiciebat, quam in tentorium admissus cum à Traiano nihil pacatum respõderetur prẹ ira exiliens inibat. Sed retractus tantisper, ne rerum quæ priuatim inter ipsos acta erant, ignari diuersa confictis fabellis adiicerent, donec eadem publice pro Tribunali Traianus repetiit. Armeniam nempe iuris Romani esse & præsidem deinceps habituram. Tum comitatũ abire liberum permisit, Armeniis sibi reseruatis. Qui tamẽ à Cosroe nõ multo post Antonio Traianæ gloriæ inuidente, retracti sunt in potestatẽ. Et ꝓgressus ad maiora Cosrois successor Vologeses relictas ad Elegiã à Seueriano Romanorũ legiones telis confixit. Plura patraturus nisi Cassiũ quẽ Verus ei oppositum inuenisset & à quo fugatus præter alia Artaxatis cessit. Seuerius autẽ non nisi parte Armeniæ media pacem à Vologese redimere potuit. Inter hos motus Reges suos nihil ominus habuit Armenia, quorũ vnũ Caracalla cũ liberis dissentientẽ amice ad se vocatũ fraudulẽter sustulit vxore & regno ꝑ summũ nefas in se translatis, quæ successor Macrinus Teridati cũ diademate restituit. Ita inter Romanorũ Parthorumq; arma ꝙ subinde dixi media hærens Armenia permansit vsq; dum resuscitatũ est per Artaxarẽ Persarũ nomẽ, in quo veterẽ historiã termino sequentia Mediæ reseruaturus.

Xiphilinus & Theodosius ex Dione 68.

Vltimus Rex Armeniæ ex 4 familia.

Pacori.

inde optimi cognomẽ Traiani.

Eutrop. l. 8.

Armenia in Prouincia forma.

Oros. l. 7. c. 15.

Dio. l. 75.

Idem l. 77.

Digitized by Google

SECTIO ALTERA.

De reprimata.

Strabo l. 11. VESTIS Armeniis eſt Theſſalica.

Herod. l. 7. Armati ſunt Phrygum fere modo.

Statius 1. ſilu. Arcu horrenda fugaci Armenia.

Lucanus li. 8. Quæ geticis neruis ſuos arcus intendebat.

Vide hiſtoriam.

Claud. 2. belli ſtil. Conſertis manibus aſtare ſeruitutis ſignum.

Crine decoro Armenius.

Hero. l. 1. in Clio. *Io. Bohemus l. 2.* *Calius Rhodius.* Naues orbiculatas pellibus, tectas ſtramentis, ſtipatas doliis. Palmularum vino onuſtas, in quibus vnus ad minus Aſinus qui in portum proiectis merces aſportet, duo nauarchi, quorum alter introrſum pallium trahit, alter exterius pellit, in Aſſyriam mittebantur, vbi diſtractis mercibus, & lignis nauigii, nec enim aduerſo flumine nauigari poteſt, cum Aſinis reuertebantur.

Plin. l. 36. c. 7. Marmoreis ſignis poliendis cotes optimas fert Armenia.

Idem l. 33. c. 5. Chryſocolla Armeniæ laudatiſſima.

Scaliger in Cardanum. Lapis Armeniæ pallidus quem alii terram rubram vocant.

Plin. l. 31. c. 2. Fons eſt in Armenia nigros lætiferosque alens piſces.

CHRONICON INCHOATI tertii & illustrioris in Armenia regni.

Anno 3790. PRÆPOSITI ARMENIIS ARTAXIA ZADRIADESQVE SCEPTRA NOVI AMIOCHO DISSIMVLANTE GERVNT.

Chronicon Florentissimi Armeniorum regni sub Tigrane.

Anno 3886. PHÆNIX & CILICES SYRIA & MINOR ARTAMECÆSO VNI TIGRANI SVBDITVR ARMENIA.

Chronicon inchoati in Armenia pacifici regni per Parthos.

Anno 4013. ARMENIÆ EX PARTHIS REGEM NERO DAT TERTIDATEM.

Chronicon redactæ in prouinciæ formam.

Anno 4068 VLPIVS ARMENIAM ROMÆ SVBMITTERE TENTAT.

Chronicon recuperatæ à Parthis.

Anno 4089. QVAM MOX HAVD MVLTO SIBI PARTHIA DIVNGERE PERGVNT.

PHÆ-

PHÆNICIA.

CLARISSIMIS D. D. I. B. FERDINANDO DE BERTHY D. IN BERTHEM, BRABANTIÆ A SVMmis consiliis, & Theodoro Consilio Principum à sanctioribus secretis, fratribus germanis, & cognatis meis mihi merito obseruandis, Punica mea & Arabica cum amicissima salute mittit Louanio Nonis Quintilibus Anni 1602.

I. B. Gramaye.

IEMPORIS *non male collocati rationem verius quam ingenii specimen apud vos profiteri in parte desideraui, idque natura & ratione duce, quarum illa sanguinis communione, hæc studiorum quali quali Sympathia, mutuum quiddam nobis indidit. Vos ij estis quibus nos & nostra aliquando curæ fuisse summa animi gratitudine memini. Vos iidem iustitiæ atque adeo mundi vestri ne pereat seruatores. Quo omnia iuris studia, quibus me iam aliquot annis dedi, primario collimantur. Vos Reipublicæ Ecclesiæque cuius ego membrum sum, Mæcenates, literas & qui eas amant, amatis, in his fortè an ego censebor. Cui etiamsi facultates summæ tantum cauea, animus certe Orchestra est. Dabitque aliquid insuper ætas & studium. Interea libum hoc nostris Themistæis extra ordinem & secundario labore vobis oblatum, vbi per curas licebit, attrectate. Nolim enim quasi stomacho vestro dignum triclinio inferatur.*

Ab adoleſcente adoleſcentibus conſcripta ſunt hæc nouia quæ tamen doctiorum oculos ſubire exempli magis quam dignitatis gratia optarem. Addet mihi calcar, ad vlteriora vt gradum faciam inducet. Deus interim vos viuos & ſaluos generi veſtro & Reipublicæ ſaluis præſeruet.

* *
*

Totus veſter

Ioannes Baptiſta Gramaye.

CAPVT

CAPVT I.

HVIC regioni à Palmularum copia nomen quidam faciunt, alii à rubedine quia ex mari rubro hęc profecta sit colonia, quamuis aliqui eorum è Syria aduentasse legãtur qui templum Veneris apud Cithæra condiderũt, alii ex Ægypto. Si vtrosque libet conciliare, dicamus, Phænices ob terræ motũ egressos primo Assyrium stagnum, tum in continente Sidonem condidisse vrbem à piscium copia sic dictam. Inde ab Ascalonitarum & vicinis regibus vexatos Tyrum muniuisse loco qui ante Sarra à piscis quodam genere dictus est. Has autem migrationes ita vetustas aliqui imaginantur, vt à Phænicibus primum prælii & regni vsum descendisse scribere non dubitent. Assyriis tamen subfuisse, si quidem fuerint, fuisse non dubitem asserere, quanquam rei nauali fiducia qua præ cæteris omnibus excelluerunt, iugum excussit, vltimumque à Sarete Assyriorum Rege iterum domitos non negarem.

Stephanus ante dicta Rabbothe colpite Chua.

Diodorus l. 4.

Strabo. l. 8.

Herod. l. 7
Idem l. 1.

cum Iustino l. 18.

Plin. l. 5. c. 12. & 19.

nisi à Sidone primo genito Canaan sic dictum velimus.

festus.

P. Mela l. 1, c. 12.

Berosus l. 5.

50 die Said.

50 die Suri forte dicta à Thur quod Phanicia variam significat vt Plutar & Sylla.

CAPVT II.

EX Ægypto oriundi Phæniciam qui occuparunt Lybia Epaphi filia gemelli ex Neptuno nati Belus fuit Agenor, quorum hic ducta in Syriam colonia Sidonem Tyrumque occupauit verius quam *o* condidit. Huic Damno Belif. & Argiope vxores fuerunt, proles Isea & Melia patruelibus Danao & Ægypto nuptæ, Europa à Cretensium Rege nauigio tauri specie insignito aut Tauro duce classis rapta, quæ nomẽ suum tertiæ orbis parti communicauit, & Astartæ deæque Syriæ nomine apud Sidonios colitur. Huius frater Cadmus à patre ad inquirendam sororem missus ducta in insulam Theristam colonia, Thebis tandẽ

o Vt Curtius lib. 4. & Grauius vt alii

Anno 500

fabula. hanc Ioue 10 specie tauri mutato raptam Ouid. 2. Met.

Astereth in sacris Ouidius 3. Metam.

Fedrenus hanc Tyrum vocat. Fulgẽt. lib. 1.

Martialis l. 11. e. 1.

Diodorus & Herodo. l. 1.

Appollodorus l. 2.

Palaphatus.

Theocritus ey. 20. describit raptum.

Seneca Her. fu. act 2.

author de æquinoctij pluret Cadmos numerat.

Digitized by Google

Romanique nominis dignitati consultum sciens si parta olim Lucullo Pompeioque recipiat. Primum mollibus initiis mox aperto agmine Armeniam inuehitur. Teridates per litteras Corbulonem alloquutus, vbi blanditiis minacique Arsacidarum nomine nihil profecit & Volandum arcẽ regionis facile immitissimam nullo milite omisso à Corculone occupatam à Cornelio Flacco legato & Isteo Capitone castrorũ præfecto 3. vna die expugnatas, ita vt cæteræ metu & sponte incolarum se dedere, quam extrema pati mallent, cum videret, nec prælii quod disposita acie simulabat minas sibi succedere, procul in Mados se recepit, nec difficulter Corbelo Artaxatis potitis ciuibus deditionem facientibus quod saluti fuit, vrbi tamen ignis immissus, eo quod sine valido teneri nõ posset ob mœnium magnitudinem: nec id virium ei tempore Romanis esset, quod firmando præsidio & capessendo bello diuideretur. At si integra incustoditaq; relinquatur, nulla ex eo gloria aut vtilitas quod capta esset sequeretur, Artaxatis Tigranocerta petitur: qua deleta metum hosti intẽderet, si parceret clementiæ, famam adipisceretur, hoc vsu venit: Legati enim ex vrbe in castra missi nunciatum portas patere, intentos populares ad iussa simul hospitale munus auream coronam offerebant. Nihil itaque ciuitati detractum quod promptius obsequium integri retenturi crederẽtur, fortiter se habuit Imperator præsidio regio illic loci expugnando, seuero ius, qui latebras insederant tanquam diffidentes, ora exitus specuũ sermentis virgultisque completos igni exurens. Generose Verulano legato cum auxiliis præmisso cũ Teridati spem omnem ademit. Dum hæc aguntur Tigranes ex Cappadocum nobilitate Archelai nepos, à Nerone ad capessendum Armeniæ imperium delectus superuenit, quod obses diu fuerat Romæ, vsque ad seruilem patientiam demissus.

Bisardus l. 3.

Restituta Romanis Armenia.

CA-

CAPVT XI.

CVIVS aduentu non parum commotus Teridates,& ob Teridatem Vologæses qui priuatæ domus sua tueri de alienis certate regiã laudẽ dictitans,& quamuis æquitate quã armis,causa quã sanguine parta maioribus retinere malit, negante tamen Romanorum ambitione,quod cunctatione deliquit corrigendum. Præsertim cum Ro. imperio suo modum facere ignorent, etiam Tigranes non contentus Armenia Adiabenorum ditionem vicinam subiugarit, in quem Moneses vir nobilis missus est. Qui occupato in tuenda Syria Corbelone, Tigranocertæ Tigranem obsidet sed frustra:iam enim ante proni si commeatus,militum robur præsidio, Nicephorius amnis partem murorum ambiens,& qua fluuio diffidebatur ducta ingens fossa,obsidionem tolerare & expugnationem impedire poterant. Ad pacem itaque ventum est quæ per Caspium centurionem & Regem transacta, ita vt prius legatos ea de re Romã mitti placeret, missi sunt, & dum Nero callide moram facit Lu. Cesennium Pætum in Asiam mittit, qui collatis cum Vologæse signis data acceptaque clade insigni retrocessit, legionibusque in Armenia per Vasacem equitatus præfectum Pætus fædus impetrauit, magis quam iniit, certis formulis quibus & Nero annuit. Harum precipuæ erant vt Ro. legiones obsidio liberarentur, miles Armenia cedat, castra & commeatus Parthorum maneant.

3. qua Armeniam vidit Regum familiæ i Cappadocibus.

Theodosius & Xiphilinus ex Dionis l. 62.

Tacitus li. 15.

Prædictum cum equus consularia gestans insignia in transgressu pontis Euphratis sponte retrocessisset,hostiaque fugisset & pila militum arsissent.

Suetonius Nerone ca. 39. ait in Armenia sub iugũ missas legiones quod aliis vulgo iactatum reuera sic se non habuisse aiunt.

CAPVT XII.

VIX ad respirandum fuit illa quies: vere enim appetente Vologæses dubium quo animo legatos cum mandatis Romam mittit,qui nunciant Partum totius iactata super possessionem Armeniæ omittere,& quamuis Dii potentium populorum Arbitri non sine ignominia Romani nominis

Digitized by Google

Parthis eam tradidissent non subterfugere tamẽ Teridatem, nisi sacerdotii religione teneretur à Romanis Romæ diadema assumere, facturum idem si velint in Syria coram legionibus. Rideri sibi videbatur Nero quod peterent hostes, cuius Domini essent, itaque re in Senatu agitata placuit bello ignominiam delere. Cui hostium gnarus Corbelo præficitur ne cuius alterius insciti iterum peccaretur. Aduenientem legati exceperunt pacis studia belli malis præferentes. Satius quippe videbatur Teridati intactũ vastationibus regnum dona accipere,& Vologesi societate quã armis Romanos agnoscere. Die præfinita datis vtrimque obsidibus Teridates in castra Corbelonis cũ paucis progressus cæsis victimis de more imagini subiicit, magnis apud cũctos animorum motibus, reputantes illo ipso quo hæc agebantur loco, paulo ante debellatas Romanorum legiones. At nunc Teridatem ostentui gentibus quanto minus quam captiuum. His itaque peractis non contentus Teridates in vrbis conspectu sui obsequii ꝓgreditur relictur⁹ monumentũ. Et fecit Neroni ad genua accidẽs ab ei⁹ manu diadema resumpsit.

Nunquam similem triumphum vidit post Augustum Roma; ita vt aurea dies dicta sit quo hæc Teridati obuenerunt, Reuersus ex vrbe Rex fabris adductis Artaxata reficiens Neroniam appellauit. Non multo post Alani, gens diu ignota, post populatam Mediam Armenos quoque attentarunt occurrentique Teridatem laqueis pæne suis viuum abduxerant, qui ipse satis habens euasisse regnum suum depopulandũ reliquit, Barbaris tamen retro cedentibus integrum fuit Teridati Armeniam repetere sed gloriæ & famæ expertẽ, quẽ tamen breui & quasi per otium recuperauit.

Zonaras to. 2.

Armenia Regum 4. familia Parthica Romanis volatibus.

Dion. l. 63. Sueto. Nerone c. 13.

Cum Vologese & Monobazo liberis qui & obsides.

Plinius l. 33. c. 3. de aureo theatro tũc structo. Ægesi l. 5. c. 31.

CAPVT XIII.

ITA aliquantisper sub tutela Romani Armenia nominis delituit, vsq; ad Exedarem, qui se spõte cum

te cum abdicasset periculi imminentis metu, aut
Xiphilinus & Theodosius ex Dione 68.
abdicare coactus esset Parthorũ imperio Losdroes *Vltimus Rex Armeniæ ex 4 familia.*
inaugurationis ius in se transferens Parthamise-
rem fratris filium diademate ornat. Insolentius id
Pacori.
Traiano visum & vindicta dignum, ita vt nulla le-
gatorum ratione habita recta in Syriam Armeniã-
que contẽderet. Samosatis potitur, Satam & Ele-
giam vbi peruenit Parthamisire copiam sui fecit.
Qui dum auulsum capiti diadema ad pedes pro-
iicit, dum reponere iubeatur expectans, quid am
miles, quod in prẽliis fieri solet, constanti voce Im-
peratorem salutat. Quem clamorem contumeliã
interpretatus supplex fugam circumspiciebat,
quam in tentorium admissus cum à Traiano nihil
pacatum responderetur prẽ ira exiliens inibat. Sed
retractus tantisper, ne rerum quæ priuatim inter
ipsos acta erant, ignari diuersa confictis fabellis
adiicerent, donec eadem publice pro Tribunali
Traianus repetiit. Armeniam nempe iuris Ro- *inde optimi cognomẽ Traiano.*
Eutrop. l. 8.
mani esse & præsidem deinceps habituram. Tum
comitatũ abire liberum permisit, Armeniis sibi
reseruatis. Qui tamẽ à Cosroe nõ multo post An-
tonio Traianæ gloriæ inuidente, retracti sunt in *Armenia in Prouincia forma.*
potestatẽ. Et ꝓgressus ad maiora Cosrois successor
Vologeses relictas ad Elegiã à Seueriano Roma-
norũ legiones telis confixit. Plura patraturus nisi
Oros. l. 7. c. 15.
Cassiũ quẽ Verus ei opposuerat inuenisset & à quo
fugatus præter alia Artaxatis cessit. Seuerius autẽ
Dio. l. 75.
non nisi parte Armeniæ media pacem à Vologese
redimere potuit. Inter hos motus Reges suos nihil
Idem l. 77.
ominus habuit Armenia, quorũ vnũ Caracalla cũ
liberis dissentientẽ amice ad se vocatũ fraudulẽter
sustulit vxore & regno p summũ nefas in se transla-
tis, quæ successor Macrinus Teridati cũ diademate
restituit. Ita inter Romanorũ Parthorumq; arma
ꝙ subinde dixi media hærens Armenia permansit
vsq; dum resuscitatũ est per Artaxatẽ Persarũ no-
mẽ, in quo veteré historiã termino sequentia Me-
diæ reseruaturus.

Digitized by Google

SECTIO ALTERA.

De reprimata.

Strabo l. 11. VESTIS Armeniis est Thessalica.

Herod. l. 7. Armati sunt Phrygum fere modo.

Statius 1. silu. Arcu horrenda fugaci Armenia.

Lucanus li. 8. Quæ geticis neruis suos arcus intendebat.

Vide historiam. Consertis manibus astare seruitutis signum.

Claud. 1. belli gil. Crine decoro Armenius.

Hero. l. 1. in Clio. *Io. Bohemus l. 2.* *Calim Rhodius.* Naues orbiculatas pellibus, tectas stramentis, stipatas doliis. Palmularum vino onustas, in quibus vnus ad minus Asinus qui in portum proiectis merces asportet, duo nauarchi, quorum alter introrsum pallium trahit, alter exterius pellit, in Assyriam mittebantur, vbi distractis mercibus, & lignis nauigii, nec enim aduerso flumine nauigari potest, cum Asinis reuertebantur.

Plin. l. 36. c. 7. Marmoreis signis poliendis cotes optimas fert Armenia.

Idem l. 33. c. 5. Chrysocolla Armeniæ laudatissima.

Scaliger in Cardanum. Lapis Armeniæ pallidus quem alii terram rubram vocant.

Plin. l. 31. c. 2. Fons est in Armenia nigros lætiferosque alens pisces.

CHRONICON INCHOATI tertii & illustrioris in Armenia regni.

Anno 3790. PRÆPOSITI ARMENIIS ARTAXIA ZADRIADESQVE SCEPTRA NOVI ANTIOCHO DISSIMVLANTE GERVNT.

Chronicon Florentissimi Armeniorum regni sub Tigrane.

Anno 3886. PHÆNIX & CILICES SYRIA & MINOR ARTAMECÆSO VNI TIGRANI SVBDITVR ARMENIA.

Chronicon inchoati in Armenia pacifici regni per Parthos.

Anno 4013. ARMENIÆ EX PARTHIS REGEM NERO DAT TERTIDATEM.

Chronicon redactæ in prouinciæ formam.

Anno 4068 VLPIVS ARMENIAM ROMÆ SVBMITTERE TENTAT.

Chronicon recuperatæ à Parthis.

Anno 4089. QVAM MOX HAVD MVLTO SIBI PARTHIA DIVNGERE PERGVNT.

PHÆ-

PHÆNICIA.

CLARISSIMIS D. D. I. B. FERDINANDO DE BERTHY D. IN BERTHEM, BRABANTIÆ A SVMmis consiliis, & Theodoro Consilio Principum à sanctioribus secretis, fratribus germanis, & cognatis meis mihi merito obseruandis, Punica mea & Arabica cum amicissima salute mittit Louanio Nonis Quintilibus Anni 1602.

I. B. Gramaye.

TEMPORIS *non male collocati rationem verius. quam ingenii specimen apud vos profiteri in parte desideraui, idque natura & ratione duce, quarum illa sanguinis communione, hæc studiorum quali quali Sympathia, mutuum quiddam nobis indidit. Vos ij estis quibus nos & nostra aliquando curæ fuisse summa animi gratitudine memini. Vos iidem iustitiæ atque adeo mundi vestri ne pereat seruatores. Quo omnia iuris studia, quibus me iam aliquot annis dedi, primario collimantur. Vos Reipublicæ Ecclesiæque cuius ego membrum sum, Mæcenates, literas & qui eas amant, amatis, in his fortè an ego censebor. Cui etiamsi facultates summæ tantum cauea, animus certe Orchestra est. Dabitque aliquid insuper ætas & studium. Interea libum hoc nostris Themistæis extra ordinem & secundario labore vobis oblatum, vbi per curas licebit, attrectate. Nolim enim quasi stomacho vestro dignum triclinio inferatur.*

CAPVT I.

HVIC regioni à Palmularum copia nomen quidam faciunt, alii à rubedine quia ex mari rubro hęc profecta sit colonia, quamuis aliqui eorum è Syria aduentasse legatur qui templum Veneris apud Cithæra condiderũt, alii ex Ægypto. Si vtrosque libet conciliare, dicamus, Phænices ob terræ motũ egressos primo Assyrium stagnum, tum in continente Sidonem condidisse vrbem à piscium copia sic dictam. Inde ab Ascalonitarum & vicinis regibus vexatos Tyrum muniuisse loco qui ante Sarra à piscis quodam genere dictus est. Has autem migrationes ita vetustas aliqui imaginantur, vt à Phænicibus primum prælii & regni vsum descendisse scribere non dubitent. Assyriis tamen subfuisse, si quidem fuerint, fuisse non dubitem asserere, quanquam rei nauali fiducia qua præ cæteris omnibus excelluerunt, iugum excussit, vltimumque à Sparete Assyriorum Rege iterum domitos non negarem.

Stephano ante dicta Rabbotho colpite Chna.

Diodorus l. 4.

Strabo. l. 8.

Herod. l. 7
Idem l. 1.

cum Iustino l. 18.

Plin. l. 5. c. 12. & 19.

nisi à Sidone primo genito Canaan sic dictum velimus.

Festus.

P. Mela l. 1, c. 12.

Berosus l. 5.

50 die Said.

50 die Suri forte dicta à Thur quod Phanicia variam significat vt Plutar & Sylla.

CAPVT II.

EX Ægypto oriundi Phæniciam qui occuparunt Lybia Epaphi filia gemelli ex Neptuno nati Belus fuit Agenor, quorum hic ducta in Syriam colonia Sidonem Tyrumque occupauit verius quam o condidit. Huic Damno Belid. & Argiope vxores fuerunt, proles Isea & Melia patruelibus Danao & Ægypto nuptæ, Europa à Cretensium Rege nauigio tauri specie insignito aut Tauro duce classis rapta, quæ nomẽ suum tertiæ orbis parti communicauit, & Astartæ deæque Syriæ nomine apud Sidonios colitur. Huius frater Cadmus à patre ad inquirendam sororem missus ducta in insulam Theristam colonia, Thebis tandẽ redi-

o Vt Curtius lib. 4. & grauius vt alii

Cedrenus hanc Tyrum vocat. Fulgẽt. lib. 1.

Martialis l. 11. e. 1.

Diodorus & Herodo. l. 1.

Appollodorus l. 2.

Palaphatus.

Theocritus ey. 20. describit raptum.

Seneca Her. fu. act. 2.

auctor de equinoctio plures Cadmos numerat.

Anno 300

fabula. hanc Ioue 10 specie tauri mutato raptam Ouid. 2. Met.

Astereth in sacris Ouidius 3. Metam.

Plinius l. 7. c. 56. reditu desperato consedit græciamque 16 litteris punicis donauit. Tantali frater Phænix patrio in regno permansit & à se nominauit, qui Bithiniam condidisse putatur. Huic Phænici Hercules primam obtulit purpuram quam ex cruentata canis sui maxilla primus obseruauit & allectus pulcherrimi coloris tẽperamento & grati ruboris aulici permixtione ad inuestigandum animum adiecit, conchamque reperit, cuius sanguine crines lactei bis terue ebrii formam induunt & colorem, quæ regnantem descernit à populo. Antiquissimus apud Tyrios habetur hic Hercules iam inde-

hinc reperisse putatur

Suidas in voce Hercules

Cassiodorus variarum l. 1. epist. 2.

sub Minoe eum fuisse vult Suidas.

Herodotus l. 2. Euterpe. à condita Tyro, alius à Thalio quem insuper tem-

Paul. ad Eliar. Tyrum ait à Thesis coli.

Strabo. l. 16. plo & Sacris dignantur, quod forte is dux Phæ-

Herod. l. 6. nicum fuerit qui ad Europam perlustrandũ missi

c Solinus c. 8. Nolam à Tyriis esse. Thasum condiderunt. Iidẽ Ioniæ partem à se no-

castra Tyriorum vocatur

Thucydides l. 6. minatam possederunt, variasq; in Iberiam, Siciliã,

Inde forsan Tyrus instabilis Lucano l. 3. huius Homerus, non Tyri meminit.

Diodorus l. 6. Sardiniam colonias miserunt, Hispaniæ insuper

Strabo l. 1. longe lateq; *o* Gadibus conditis imperauerunt. Et

o Curtius l. 4. coloniis certe Tyrii Sidonios vicerunt, quamuis

Martial. l. 4. c. 19. Tyria Sidon. Sidon antiquitate sua glorietur. Licet tamen vtrãque Phænicum metropolim pari honore insigniamus.

Strabo l. 16.

CAPVT III.

VT Historiam prosequamur Phænicis superioris filius fuit Cepheus qui amplum in Æthiopia regnum obtinuit, filia Astypalæa, quæ amplo

Strabo l. 14.

Plinius l. 4. c. 12.

Coorum oppido vniq; ex Cycladibus insulæ nomen suũ reliquit, ex qua nati insulas diuersas pulcherrimis instruxerunt coloniis. Domi Belus præfuit qui res præclarissimas gessit virtutemq; suam cum regno in Cyprum extendit, de quo paulo infra cum de Tyriorũ regibus speciatim, in Heroicis

Seruius ait eum Methrẽ cognominatum ex veritate necesse est a Belo ponere.

Hom. Odissea 4. ora. Vlyss ad Tele.

Troianorum temporibus etiam Phænicia innotuit, cum Alexander eo se contulerit ante captam vrbem, Menelaus vero eo profugerit postea. Ille quidem cum retulit magnis Helenam natalibus

Herodus l. 2.

Plutarchus in Homero Iliade δ.

ortam

Digitized by Google

ortam, Sidona appulit, indeque picturata & Xenii loco mulierũ arte elaborata retulit pallia. Sed ingratus post omne humanitatis & officii genus Regem, qui haud dubie ex Phœnicis filiis aut posteris fuit, interemit, thesauris omnique gaza ablata. Vt nemo miretur Phalim qui post hunc Sidoniis præfuit in Priamum græcis & Menalo hospiti auxilia misisse & Phalam alterum Sidoniorum ducem, cum Troiæ opem ferre cogitaret, ciuiũ manibus interfectum. In Sacris autem Asor reprehensus quod habitatores Sidonis non sustulerit. Et propter Iudææ vicinitatem donorum eius expers omnino non fuit Phœnicia. Nota sunt Christi in finibus Tyri & Sidonis conuersatio, Helisæ in Sarepta & alibi miracula.

Dictys l. 2.

Homerus odysseam 4.

Dictys l. 4.

Iudicum 1.

Virgilius Teucrum ait ad Belum venisse Sidonem, sed tẽpora nõ conueniunt.

Iosephus l. 8. c. 18.

3. Regum c. 16.

CAPVT IV

TYRIORVM plurimi Reges exstiterunt, nec scriptoribus rerum suarum carentes, nisi temporũ iniuria periissent, ex nominatis autẽ primus, vt puto, est Abibalus Tyri Rex, (Aliis Abeimalus) qui Samuelẽ Palestinorũ auxilio oppugnauit, quibus victis credo postmodùm amicitiã coluisse cum Iudæis Phœnices. Cum Hyramus Dauidi scribatur amicissimus cui ad exstruendam regiam in mõte Sion ligna cedrina, fabros, cementarios, artifices subministrauit. Nec Dauidi modo sed & Salomoni familiaris permansit, cum quo inuicẽ positis Ænigmatibus certabat, ipse autem Abdemoni Tyrii iuuenis in soluendis difficilioribus opera & ingenio vtebatur. Cum Salomon pulcherrimum toto orbe templum moliretur per hunc ligna, artifices, operarii & 120 talenta oblata sunt. Nec inferior Salomon 20 oppida Galilææ oppignorat ei quæ vbi lutosa & deserta Hyramus obseruauit vltro postea restituit. Recepit autem præter hæc annuatim 20000 coros tritici, 20 coros olei. Classi

Iosephus l. 1. in Appionẽ.

2. Samuelis c. 5.

aliis Iromus, Hieromus, Hieromenus, Zonara Chiramus dicitur.

1. paral. c. 15.

Suidas.

Iosephus l. 8. c. 7. ex Menandro, Dione Historia schola.

3. Regum c. 24.

72000 coron. inde hac pars Galilææ gẽtium dicta, & oppida Cabul, id est, displicere.

3. Regum c. 9.

Regum c. 5.

Digitized by Google

3. Regum. c. 9.

quæ à Iudæis in Ophyr quoque triennio mittebatur Tyro classiarii, nautæ, gubernatores mittebãtur. Huic vicini tributa pendebant quæ Euchei negantes domiti sunt. Hæc externa. Domi non minus clarus fuit Hyramus qui Tyrũ ampliorem fecit muniuitque, templum Iouis Olympii destruxit, Herculis condidit. Huius filia Salamoni in matrimonium cessit, filius Baleazarus in regno successit quod per manus ad Abdastartum ex 2 filiis natu maiorem trãsmisit qui à 4 nutricis suæ filiis dolo sublatus præmatura morte occubuit. Ex 4 quos dixi percussoribus maior regnum obtinuit, donec Deleastarti filius Astartus patrui regnum, noua virtute recuperauit, quod Astathymo fratri reliquit, qui ipse à tertio fratre Phelyto necatus est. Sed non diu lætatus paricida à nepote Inthobalo patris necẽ vindicante trucidatur. Qui ex Sacerdote Astartę vindex patrię necis factus regnum auitum reducit & in se transfert. Nouoque Israhelitas fœdere sibi iungens Achabo filiam Iezabel despõdet. Post hunc Badezotus regno potitur cui Metrinus successit & dein Tyro siue Belus cantatissimus ille poëtarũ operibus, qui maris imperio potitus opimam vastauit Cyprum & imperata facere coëgit. Hic pulcherrimas in mare dimisit & terrã colonias, inter quas Vtica nobilis portu nobili inter Africæ primas. Huic filius Barcha illustris familię vnde Hanibales orti, ppagator, filia Anna diuinos in Latio nacta honores, itemque altera Dido cui maritus fuit Sithæus ditissimus auri Phœnicum & Herculis Sacerdos. Huius thesauris inhiabat Pygmalion, Rex Didonis frater ad venationẽ inuitatum venabulo traiecit vel vt alii fugientem ad aras cõfodit. Quo cognito Dido assumptis Barca & Anna iuuenibus & thesauris clam se subducit fratris tyrannidi, Assumptisque ex Cypro 80 virginibus in Africam delata, mercata solum facti de nomine Byrsam taurino quantum posset circũdare

aliàs Tyticei.

Iosephus.

aliis Baleastartus alii Bazorus — vixit 43. reg. 7. Anno 2962. obiit. vixit 20. reg. 9. reg. 12.

Iosephus l. 1. in Appionẽ. — vixit 54. reg. 12. Anno 2993 obit.

alii Aserimo alii phellis — vixit 54. reg. 9. 8 menses reg. vixit 50. annos.

alii Eiobathes Ethbaal in S S. — vixit 68 reg. 32, obiit Anno 3037

3. Regum. c. 16.

aliis Bazotus alii Margenus. — vixit 45 reg. 6. vixit 32. reg. 9.

Omittitur hic à Iosepho. — regnauit 8. annis

Virgilius 1 Æneis

Ouidius 3. fasto.

Silius l. 4.

Virg. 1. Ænei.

vt Cedrenus. vt Iustinus l. 18. — vixit 56 reg. 40. obiit Anno. 3117.

Appianus Lybico. Sueto in Nerone. c. 31.

Silius l. 1.

Virgilius.

Digitized by Google

Orosius l. 4. c. 6.
Strabo l. 17.
Suidas.

dare tergo Chartaginem condidit à Charta Phæniciæ oppido nuncupatam. Vbi procorum vi cõpulsa prioris mariti curam gerens maluit se rogo impositam ferro transuerberare quam ad secundas nuptias transire. Pygmalion interim sceptra Tyri obtinens regni terminos auxit & descendit, Carpasiam in Cypro condidit aureamque oliuam in templo Iouis Gaditani consecrauit.

Stephanus Philostratus l. 3. de vita Apollonii

CAPVT V.

Ouidius l. 4. Meta.

vide Babilonica

QVIS huic in regno successerit, hactenus non legi, nisi q̃ Orchamus qui Achemenias vrbes rexit septimus à Belo numeretur. Elulæus Gittæos deficiẽtes domuisse, quo tempore Salmanasar rex Assyriorum Phænicię imminebat, cum quo amice transactum primo. Sed cum Sidon, Arce, Palætyros à Tyriis deficientes classe 60 nauium à 12 Tyriorum victæ esset, quinquennali obsidione Tyrii pressi sunt ab Assyrio, cumque aquatione priuarẽtur puteis effosis obsidionem facile tolerarunt. Sub hoc bonã Phæniciæ partem Olophernes deuicit, Elulęo Ithobolus succesſit quẽ Nabugodonosor 13 annorum spacio obsedit. Quo tempore Tyrii assumptis thesauris & suppellectili Chartaginem & alias Ægæi Ioniique maris insulas petierunt, vrbemque vacuam Babilonicus Imperator deleuit funditus. Restitutam tamen non multo post Tyrum suspicari licet cum Baal Rex Ithobali subiungatur. post quem Enibalus, Cheldis, Abbarus pontifex Mittonus & Gerastus Iudicum titulo præfuerunt. Dignitatem & nomen regium Balatorus restituit. Interiecto deinde tempore euocati Babilone leguntur Merbalus & post eum Iromus qui imperio potiti sunt. Sed Tyrii paulatim attritis & imminutis viribus à seruis oppressi sunt qui conspiratione facta omnem liberum populum cum dominis tollentes, lares eorum occupant

Anno 3287.

Iosephus l. 9. antiq. c. 14.

Iudith. 2.

Iosephus l. c. 11.

Ieremia. 25. 27. 47.

predictum Ezechiel. 28.

Anno 3345.

Iosephus in Appionem l. 1. c. 4. ex Dione, Menandro, Ephesio, Berosoe & aliis

reg. 10. annos

annos 7. mens. 3.

reg. anno. Anno 3362.

reg. 4. annis reg. annis 20 Anno 3406.

pant, rempub. inuadunt, vxores ducunt, & quod ipsi non erat, liberos procreãt. Vnus è tot millibus erat qui miti ingenio senis domini paruulique infantis fortuna moueretur. Occisos interim simulans, cum de re communi cõsulentibus placuisset, eum ex suo corpore Regem eligi qui solem oriẽtem primus vidisset, super hac re latentem Stratonem, id Domino nomẽ erat, seruus consulit. A quo doctus in occidentem respicere, reliquis ad ortum spectantibus, primus editissimis tectorum culminibus fulgorem vidit & ostendit. Non seruilis ingenii ratio visa: requirentibusque authorẽ de domino confitetur. Tunc intellectum ingenua seruilibus ingenia prçstare, malitiaque seruos nõ prudentia præstare. Igitur venia seni filioque data velut numine seruatum illum Regem deligunt, qui imperium ad filium & tum ad nepotes transmisit.

Iustinus l. 18.

Mart l. 10. c. 16. Tyrõ improbam vocat vel ob seruos hos vel ob fucum purpura.

Arrianus l. 2.

CAPVT VI.

PAVLO ante Persarum tempora Adryes Ægypti Rex classe comparata Phænices subiugauit Sidonem euertit. Succedente autem Cyri dominatu se ipsos dediderũt. Qui tãti semper apud Persas fuerunt vt inter omnes Reges primus Sidonio locus decerneretur, secundus Tyrio; subiecti tamen fuerant Phænicum, id est, Tyri & Sidonis Reges, ante Persas Assyriis, tum Medis, nouissime & Babiloniis, cum ad vtrumque Regem Hieremias lignea vincula mittere iussus sit, indicio nimirum captiuitatis & desolationis futuræ ob impietatem merito ipsi impendentis, quod se profano idolorũ cultui mancipans Hebræos sannis & ludibrio exciperet. Frequenter in Phænicia diuersari solitos magnos Reges indicio est Paradisus Sidone, & opibus tum floruisse, quod in descriptione tributi Cypro & Palestina adiunctis ad 700 talenta annuatim damnati sunt præter frumenti & piscarium

Dio. l. 2. c. 2. hic Hephra esse putatur Ierem. 44.

Herodo. l. 3.

Idem l. 4.

Anno, 3356.

Hieremiæ 27.

Diodo. l. 16.

Herod. l. 3.

Digitized by Google

rium prouentum & quidē in re nauali non contemnendā ſemper operam Magnis Regibus impenderunt. Dario totam Hellesponti oram, Iones, Cypriosque ſubiecerunt, Miltiadis filium in Perſide ei ſiſtentes. Iidem in cantatiſſima Xerſis expeditione præclare ſe habuerunt. Sidonii nauali certamine apud Abydum inſtituto palmā retulerūt. Phęnices cum Paleſtinis trecentas naues ſubminiſtrarunt. Interq; duces præſtantiſſimos recenſentur Tetramneſtus, Sidonius, Mopen, Tyrius. In aliis certaminibus in recuperatione Ioniæ, Hellesponti inſularum primas ſemper obtinuerunt, donec ab Euagora Cyprio oppreſſi ſunt, expugnata Tyro, ſpoliata Sidone, quo cedente rurſus in Perſarum poteſtatem relapſi.

Herodo. l. 5. & 6.

Herodo. l. 7.

vide Perſica.

Plutar. & Iſocrates invita

CAPVT VII.

PAVLO poſt Mentor Sidonis Rex ab Ocho Perſarum rege defecit, Tyriorum Aradiorumque viribus fultus Satrapas Syriæ & Ciliciæ in fugam vertit. Immutatus vero per Tennem Rhodium patriam Perſis prodidit-vbi incendio 40000 interierunt vrbe delet vile tamen conſecutus eſt proditor præmium Ochi iuſſu interemptus. Ipſe vero poſt res in Ægypto præclare geſtas Aſiæ maritimæ præſes factus eſt. Alexandro paulo poſt rerum potiente. Strato Sidoni præfuit homo luxui & temulentiæ deditus, regno priuatus ob Darii familiaritatem, qui cū pauidus hoſtium aduentum expectaret ab vxore ne viuus in poteſtatem veniret necatus eſt, quæ ne marito ſuperſtes eſſet eodem ſe mox gladio transfodit. Hephęſtioni permiſſum vt quem eo faſtigio dignum iudicaret eum regē appellaret. Cum multi regiæ ſtirpis iuuenes magna ambitione illud expeterent, quidam etiam faſtidirent, electus communi ſuffragio Ballonymus veteris nomine hoſpitii notus Hephæſtioni,

Anno 3618.

Dio. l 15. Anno Philippi 10

Troſius l. 3. c. 7.

Curtius l 3.

Athaneus l. 12. c. 24.

Diodoro Rex Tyri vocatur Anno 3633.

Hieronimus l. 1. contra Iouianum.

Curtius l. 4.

Curtio Abdolominus, Abdolomius Iuſtino, Plutar. tho Alonymus.

Diodo. l. 17. ſtioni, longa quidem cognatione regiæ ſtirpi annexus, ſed ob inopiã exigua ſtipe ſuburbanum colens. Hic igitur oblatis regni inſignibus diademate cingitur, ab Alexandro poſtea confirmatus hominis prudentiam ſuſpiciente.

Iuſtinus l. 11.

Iam Phænice tota Macedonum erat, Tyro excepta, quæ Regis ſocietatem facilius quam imperium latura videbatur. Cui aureã per legatos coronam mittit. Sed cum ille Herculi ſe ſacrificare velle dicens vrbem ingredi pararet, prohibitus eſt, nec iram tenuit cuius alioquin impotens erat. Ita Tyrii ad obſidionẽ ſe comparantes diſpoſitis per mænia tormentis, diuiſis per officinas artificibus. Adeo nihil hoſtium minis territi vt non erubuerint caduceatores ad ſe miſſos contra gentium ius præcipites dare. Tum Macedones ad obſidionem ſe conferentes arbores & ſaxa freto iniiciũt, quod inter Tyrum & Phæniciam eſt, vrbem continenti committere ſtudentes, quod alia via adiri & capi non poſſe videretur. Vaſto mari moles ingeritur, vidẽt Tyrii paruis nauigiis opus, vt putabant, irritum ſpeculantes. Cum aquã emineret congeries illa, obſeſſi longius circumlatis Myaparonibus in littus expoſiti onera vectantes obtruncabant. Aggeris latitudo cum vrbi propinquaret, telis ciues operas impediebant. Aduerſus quæ cum 2 turres in capite molis erectę eſſent coriis hinc inde diſtẽtis. Illi nauem ſaxis arenaque onuſtam, pice & bitumine illitam, vẽto exponunt, qua machinis ſuccedens flammam corripiens omnia diſiecit nocteque inſequenti ventus vehementior totum à profundo maris illiſit in molem crebrisque fluctibus compages opes verberatæ ſe laxauerunt & aqua medium interfluens rupit. Alexander mox aliud opus inchoat nihil exẽplo territus, integris arboribus freto immiſſis quorũ plurimas falcibus ſuccidentes Tyrii vrinatores opus tardabant, acceſſit tamen Alexandro animus ex claſſe & auxiliis

Curtius l. 4.

Plutarchus Alexandro.

Polyænus l. 4. ait Alexãdrum primo corbem portaſſe quem omnes ſecuti

Arrianus l. 2.

quæ

quæ ex Asia & Græcia aduentabant vnde iunctis nauibus Tyrum cingebat vna parte. Iamque adeo mœnia subibat, sed incolæ cornuos & clypeos æneos igne tostos & arena plenos deiicientes nihil intentatum relinquebant. Apollinem quoq; ne vrbem desereret aurea cathena vinxerant, somnio cuiusdam territi. Forte Rex in diuersam partem classem deduxerat relictis in littore aliquot nauigiis minoribus quarum 2. Tyrii cœperunt, donec ad clamorem reliquis aduolantibus prælium committitur, in quo Tyrii nauibus penè omnibus destituti sunt & cum ariete mœnia pulsarentur, portumque hostis teneret, ciues in diuersa diuisa aliis templorum asyla petentibus, aliis liberum mortis arbitrium foribus occlusis, domi, aliis non inultã mortem foris quærentibus, omnes, exceptis qui ad templa confugerant & Sidoniorum furto ad 15000 subtracti sunt sæuitiæ, necati sunt, sex armatorum millia intra vrbes munimenta iacebãt, 2000 in quibus occidendi defecerat rabies crucibus affixi peringens littoris spacium pepẽderunt. Legitur ex posteris Stratonis Azelmicus qui cum Antophradate Persa nauigauit ad aram Herculis confugiens vita donatus est, & regno restitutus, quod ex posteris Stratonis esset. Ita seruile germine exstirpato & rebellibus domitis genus ciuitatis nouum, nauamque vrbis faciem quodammodo introduxit. Philotas interim regioni quæ circa Tyrum est præsidere iussus est.

Oros. l. 4. c. 6.

Iust. l. 11. proditione.

Polyænus lib. 4. captam vult cum ciues Alexandrum abiisse rati vrbem reliquissent.

7 obsidionis mense.

Vt famina.

Iustinus li. 11. per proditionem ait Tyrum captam.

Omen huius cum sanguinis riui formacib. & cruor in pane appareret.

Iusti. eos ait seruos fuisse natos ex iis, qui dominos necauerant.

Arria. l. 2.

Iust. l. 18.

Curt. l. 4.

CAPVT VIII.

Theocr. eij. 17.

Iust. l. 15.

Pausa. Attici.

ALEXANDRO mortuo Ptolomæus partem tenuit Phænicidos oræ, imo ipsam totam ab Antigono, dum in Africa occupatur, subiectam, victo Demetrio qui à patre ei datus erat rector recuperat.

A Ptolomæis autem desciscens Theodotus

præfectus Syriæ opera Panetoli captam Tyrum cum vicinis vrbibus Antiocho tradit. Sidonem nec ipſe, nec Antiochus aggrediendam putarunt ob commeatus & præſidii copiam. Bellis Syriacis in Regum Syriæ poteſtatem & poſt Armeniæ ſubinde veniſſe vix ambigo Phæniciam, reliquã quorum occaſione ad Romanos tranſierit. Quam Cleopatræ Antonius dedit, vbi Cæcilius Baſſus mercaturæ titulo latuit, & vnde in Syriæ præfecturam euaſit Sexto fugato.

Polybius l. 5. *Magn.* *Ex Appiano.* *Plut. in vita.* *Pompei milit.* *Dio l. 47.*

Tantam autem fortitudinem Tyrus exiguo tempore recuperauit, vt Labienus Syriæ domitor hic victoriarum ſuarum metam ponere debuerit, quanquam omnibus tentatis quæ ad oppugnationem facere exiſtimabat. Hæc Hannibalem nuper profugum exceperat, hinc Cleophas ad Punicum bellum nepotum excitus prece ſocia arma ferebat Eoa tumidus pharetrati militis ala. Hæc cum ſocia Sidone ſeditiones auſa eſt excitare Auguſto triumphante, qui ea propter ſuperior vtrique pœnas irrogauit.

Idem l 48. *Liuius annali 33.* *Silius li. 7.* *Dio l. 54.* *Plutar. Demoſt.* *Archius Tyrius tragicus.*

ANALE-

ANALECTA ANTIQVITATVM PVNICARVM.

SECTIO PRIMA.

Sacra.

Euſeb. orat. Conſtant. SATVRNO olim humana victima Phænices litarunt.

Strabo l. 16. Herculis antiquiſſima & Tyriis religio.

Herod. li. 3. Deos quosdam, quos Palaicas vocãt in prioris nauium pigmæi circumferunt.

Cic. 1. de diuin. Tyrii Iouem inſuper venerantur.

Herodia. l. 5. Sol Phænicibus Heliogabalus vocatur.

4. Reg. c. 11. Sigonius in Sulpitium. Aſtarthes Sidoniorum Dea eſt, quam cum Aſteroth aliqui confundunt.

Suidas. Beli etiam apud Phænices Dei nomen.

Euſeb. li. 10. de prepara. Euange. Myſteria & ſolennitates ſacrorum ex Phænicia per Cadmum in Græciam venerunt.

Proper. l. 2. c. 27. Herod. l. 5. Quæ ſi ſtella homini commoda quæ ne mala Phœnices primi obſeruarunt.

Macrob. l. 1. c. 21. Suibus ideo abſtinent impuras reputantes.

Adonim ſolenni luctu Phænices proſequuntur.

Veneremque quorum ſacra ad ſolem referunt.

Heliod. l. 4. Herculi Tyrio Phænices epulationem faciunt ſolemnem parta victoria, aut præmio reportato.

Polidorus l. 1. c. 16. Phænicibus ſapientiæ leges Ochus tradidit.

Alexan. l. 2. c. 8. Solis ſacerdos veſte auro, purpura varia, manulcata, ad pedes fluxa, corona aurea incedit.

Alii veſte purpurea Regibus propria ornantur.

SECTIO SECVNDA.

Publica & quæ ad militiam.

Idem l. 4. c. 23 NISI Regiæ ſtirpes nemo Sidoni imperat.

Digitized by Google

Laertius in Thalete. Thelidarum à Cadmo familia nobiliſſima.
Sozomenus l.2.c.3. Ad Terebintum Mambre locus eſt vbi annuæ omnibus gentibus nundinæ frequentantur.
Diodorus in Alexandro. Sidon, Tyrus, Aradus, quæ Tripolim conſtituerunt vrbes celeberrimæ fuerunt.
Philo legati. Caij. In quarum vna præſes morari ſæpe ſolebat.
Plinius l.5. Bellicas artes reperiſſe putantur Phænices.
Tibullus li. 1. c. 7. Prima ratem ventis credere docta Tyrus.
Herodo. l.7. Galeis, thorace lineo, ſcutis vmbone carentibus in bello vtuntur Phænices.
Alexan. l. 4. c. 11. Qui cum telo concioni intereſt capite luit Tyri.
Euſeb.1.prapar. Venandi piſcandique modum Phænices repererunt.
Plin.l.7. c.56. Lapidicinas Cadmus primus iis monſtrauit.
Aliter Vegetius. Funda etiam & baliſta horum inuentum eſt.
Plin. l.7. c.56. Onerarias naues Hyppias Tyrius excogitauit.
Cymbas Phænices de quibus legendus Tibullus.
Strabo li.1. Vrſam ad nauigationes primi obſeruarunt.
Idem l. 16. Imo Aſtronomiam totam & Arithmeticam iis tribuunt.
Athen. l.6.c.8 Vnde etiam totam rem nauticam à Phænicibus profluxiſſe traditur.
Celius l. 18. c. 34. Phænicum mores generatim percurrit.
Lucianus Icarome. Phænix ſcortator eſt.
Laertius in Thalete. Quod forſan creditum quia ea ſemper ſolent nauigare.
Plato 4. de Republ. Phænices natura facti ad cogendam pecuniam q.
Nonius ex Ciceron. primo mercibus auaritiam ſuam exportarunt.

SECTIO TERTIA.

Priuata & inuenta.

De purpura Seneca Natural. li.1.c.4. PHÆNICVM eſt littera verbiloqua, qui primum auſi manſuram rudibus vocem ſignare figuris.
Caſiod. variarum c.1.
Plin. l.5. c.36.
Solinus, Mela, Ælianus.
Critias Athenæo. l.11.c.29
Lucanus l.3. c.25. Cęterum cum literas inueniſſe Cadmum aut Phænices dicimus, de 16. duntaxat capimus, quas non inuenit, ſed potius Græcis tradidit.

Pur-

Taucirollus l. 2. Purpuram vulgo vendere vetitum lege.

Murex vere colligitur, mutuoque attritu quendam lentorem velut ceræ emittit. Cuius color in ſucco eſt.

Vitruuius l. 7. de architectura c. 13. Color auſterus in glauco & iraſcenti ſimilis mari.

Conchilia cum ſunt lecta, ferramentis circa ſcinduntur: è quibus plagis purpurea ſanies excuſſa in mortariis terendo comparatur, & quod ex concharum integumentis, quæ aliis teſtacea operimenta dicuntur, eximitur, oſtrum eſt.

Plinius l. 9. c. 11. Idem lib. 11. c. 37.

Strabo l. 6. Athen. lib. 3. c. 7. Lingua purpuræ digitali longitudine, qua omnes teſtas perforare poteſt, voracitas autem capturæ eius cauſa eſt.

Lucanus l. 10. Celebratur præterea Sidonium filum.

Martialis li. 8. c. 48. Statius 3. ſiluarum. Seneca Oeta o. Horat. Arcus l. 4. ode 9.

Abolla, Thorus.
Acanthus, Mitra.
Ahenum, Vellera.

Catullus c. 62. Seneca Oedip. Actu 2. Tibullus l. 4. c. 2.

Athen. l. 4. c. 24. Sambucam Phænices repererunt ſtridulo ſono, quam ab Adoni Gingri vocant.

Nablium etiam vel vt alii Hydraulis horum inuẽtum eſt.

Plinius l. 36. c. 26. Vitrum ex nitri effuſione in Phænice primo ortum.

Eutropius l. 1. Sidonius menſuras & pondera inuenit.

Plinius l. 7. c. 56. Auri metalla & conflaturam ad pangæum Cadmus.

Homerus Iliade. ζ Mulierum opera Sidone laudatiſſima.

Calius l. 16. c. 3 Phænices cadauera ad occaſum vertunt.

Pierius lib. 28. Hieralyphicum eſſe ait guloſi & maledici. Piſcatores ſiquidem magnum concharum numerum naſſis colligunt, & fune alligato in mare demittunt.

Atque vbi lingua per iuncos protenta conchas inuadit purpura, illæ ſe contrahentes mordicus comprimunt.

Plinius l. 9. c. 36. Ita maiores capiuntur, minores vero captæ vno ictu ad ſaxum alliduntur, quo ſi exanimentur, ſanguis nigricans ille roſę ſimilis in candida ve-

na reperitur in faucibus, quo in vasis plumbeis cocto, modico vapore & longinquæ fornacis cuniculo panni inficiuntur semel aut sæpe.

Cassiodorus. L. Sacri effatus 6.

Si autem Conchylio purpuræ trito adiicias nonnihil de cocto colore, ita vt simul liquetur, reducta inde materia liquida Encaustum dicebatur quo soli Imperatores ad scribendum vsi.

C. de diuers. rescrip.

Calius lib. 7. c. 31.

Libarium hoc atramentum dictum docet.

Virgilius Tyriis mos est gestare pharetram
Purpureoque alte suras vestire cothurno.

Virg. 1. Æneid.

ARABI-

Digitized by Google

ARABICA.

CAPVT I.

Plin. l. 5. c. 11. & l. 6. c. 28.

Diodorus l. 6. c. 10.

ARABIA late patens in tres partes vulgo diuiditur, quarũ quæ vbertate præstat ex re felix appellatur. Quanquam olim talis non fuisse perhibeatur à scenicis & qui in tabernaculis agebant habitata, nullo frequens exterorum commercio. Hanc alii cum Panchaia alii cum Sabæis confundunt aut saltem confusam fuisse asserunt. Altera ex re deserta vocatur inferior, *a* caua *b*, aspera *c* quam Scænitarum *d* esse nõnulli, & Cedar toties in sacris repetitam volunt. Tertia à Metropoli Petræa, Nabataea *e* aliquibus esse poetarum, Throsim *f* Hebræorum, putatur, aliquibus secundæ *g* Arabiæ & Tertiæ *h* Palestinæ titulo depingitur. Sub his tribus partibus & præter has etiam plurimæ gentes habitãt. Erembos vocatam vniuersam gentem & Syris armeniisque affinitate quadam iunctam, ex Homero & veterum libris nõ infeliciter quidam augurantur.

Plinio beata. Hodie Aiman. Saracenis autem vt Pineto placet Mamortam.

Hodie Beriara vt Villanouanus.

Hodie Barraab vt Ziegierus.

Seruius in Virgilium.

Plinius.

a *Ptolomæo.*
b *Aristide in Ægyptiacis.*
c *Seruio.*
d *Eustatio.*
e *Straboni.*
f *B. Aria in apparatu.*
g *Tyrio l. 11. c. 26.*
h *Procopio.*

Strabo l. 2.

CAPVT II.

Gene. 10. Ioseph. l. 1. c. 12. Berosus l. 4.

INTER primas colonias fuit Arabia quo se Chusi progenies recepit Sabes, Arabus, Petræus, à quibus & nomina & diuisionem regio mutuauit. Sabo autem Gogus filius successit, cum nouis à Noa coloniis felix patria augebatur. Ariæus Arabum Rex victoriarum Nini pars magna fuit, eius in omnibus bellis socius & director. Testantur munera quibus abeuntem á se dimittens totius Asiæ victorias huic adscripsit. Ita Assyriorum rebus

Noan & Laneas eal. lib. 5. dicti esse volunt.

Diod. l. 3. c. 1.

Digitized by Google

bus ſtuduit magis quam ſubfuit externis enim armis inuicta ſemper fuit, quod ad laudem facit Arabia.

Alibi Thracia. Natalis l. 5. c. 13. Lucianus dialogis. Alius eſt India, ſed vt de loco, ita de nutricibus variant. Diodorus l. 4.

Tempore Lycurgi Arabum Regis Bacchus matri perituræ aut pereunti ſubtractus in Nyſa huius regionis vrbe natus, clam educatus eſt in ſpecu nymphis, ibidē adultus imperauit vini & olei vſu monſtrato: quare omnibus acceptus diuinos honores conſecutus, qui Deorum ſacra & cultus rudes edocuit. Nec Baccho tantum ſed & Hercule celebris eſt Arabia, qui Antæum gygantem iſtis in locis ſuperauit, in quibus poſtea Typhone fratre ſuperato Iſis Ægypti regnum adiit. Ex Ægypto autem non ſemel tentata Arabia ſed irrito fere conatu. Menanis regis tempore Guefactus Vecchoridis ſapientis pater cum exercitu in hæc loca delatus, fame & ſiti enectus fuiſſet niſi vili cibo ab idiotis emendicato occurriſſet, quem ipſum accedente famis condimento omni regum luxui præponendum aſſerebat. Melius Seſoſtris, qui cum coæuis huc excurrens parte eius ſubactæ indolis ſuæ & virtutis tyrocinia poſuit. Melius Amaſis qui virtutis & animi Arabici memor, exercitum promaturus Deos à tergo locabat, ratus, quod erat, animos maiores futuros reputantibus ſe Diis fore fortes ſpectaculo.

Antimachus. Fabula: Hinc matrem fuiſſe fulminatam. Fabulantur Meri montis, & Ioui cui mons Meros ſacer, inſutum femori Bacchum. P. Mela l. 3. 7.

Ouidius 3 faſto. Diodorus l. 1. Idem l. 2. Tzetzes l. 4.

CAPVT III.

MEMORATVR quorundam Chaldæorum in Arabiam excurſio, qui profugi Gerrham ibi vrbem ædificarunt, domibus murisque ex ſale pluuiis macerato confectis. Ammani quoque Lothi filiæ inualuit his locis nomen & imperium vtraque in Nabataeorum præmio confirmata & ad poſteros transmiſſa. Myrinę inſuper Amazonū reginæ quæ bellis ſuis & victoriis etiā Arabes implicuiſſe memoratur. Iob in Arabia vixiſſe putatur etiam inſigne illud patiētiæ exemplar, qui primus ape-

Strabo l. 16. Suidas. Diodo. l. 7. Hiero. in finibus Idumæa & Arabia ait habi. Suidas.

Eum non extitiſſe Talmud ait c. 4. f. 3.

Digitized by Google

aperuit ingens illud, & totum terratum orbem includens ſtadium, legem naturæ, agnitionem Dei & omnem iuſtitiam complexus prædiues opibus: atque eo illuſtrior, quod his neque integris corrumpi, neque amiſſis potuit deprauari. Nam per exutus bonis, filiis orbatus ad extremum diris vlceribus affectus adduci non potuit vt doloris impatiętia aliquatenus delinqueret. Mercedem denique diuini teſtimonii conſecutus ſanitati redditus omnia quæ amiſerat in duplum recepit. Arabiæ cum Iudæis frequentia bella memorantur & vix vnquam alterutra quieta fuit & ſecura prouincia. Ex Patriarchis Abraham, Ducibus *a* Moyſes, Iudicibus *b* Gedeon, Regibus *c* Oſias & ipſe Saul virtutem ſuam per Arabes ſparſerunt aliqua parte ſubiecta. Salomonis autem æuo alta pax fuit, cuius fama commota Regina Saba Arabiæ haud dubie cum muneribus eius ſapientiam admirata venit. Munera autem erant 20 talenta auri, radix balſami & immenſa aromatum copia. Sed hæc exigui temporis res fuit, nec totam tangens Arabiam, cuius aliquam partem omnino intactam, aliquam Iudæis etiam vſque ad extrema tempora infenſam obſeruo.

Ambroſius de interpellatione l. 1. c. 2. & 4.

Auguſt. lib. 18. de ciuit. cap. 47.

Ioſephus.
a *Philo in vita.*
b *Suidas.*
c *Sulpitius.*

Caſiodorus l. 10. c. 4.
3. Regum c 10.
Ioſe. l. 1. vult eam Æthiopia fuiſſe.
Contra Auguſtini Chidimenſis epiſt. annota. geneſeos.

Figura Magorum qui Chriſtum natum adorarunt.

CAPVT IV.

BABYLONIIS Arabes ſubditos fuiſſe partim, argumento eſt Sennacherib Arabum regis titulo donatus. Poſt quos regem eorum Aſſyrii ſub initia Perſarum imperii debellarunt. Vnde & contra Cyrum & Medos Maragdus Arabum 10000 equitum miſit, currus 100, præter funditorum infinitam copiam. Sed victus cum Aſſyriis in fuga ab Hircanis cæſus eſt, in Arabiam Megabyſus miſſus. Cambyſi poſtea in Ægyptum cogitanti Phanes Halicarnaſſæus transfuga auctor fuit Arabum ſocietatem tentandi, per quos ſolos ſtet tuta in Ægyptum expeditio. Quod ipſum ar-

Herodo. l. 2.

Xeno. l. 1. Cyro.

Idem li. 2.

Idem li. 4.
Idem l. 8.

Herod. l. 3. Thalia

Digitized by Google

gumento est Arabes vniuersim non paruisse Persis, cæterum subinde fauisse, vt modo, cum aquã locis arentibus, prospexerint. Hi soli Dario restiterunt, vt qui subacti à Cyro & Cambyse in seruitutem redacti nunquam fuissent, ideoque tributi immunes vixerint, muneris tantum loco quotannis 1000 thuris talenta magno Regi offerentes. In Xerxis exercitu dux eis datus est Arsames qui ex hac prouincia auxilio veniebant. Cum victor Asiæ Regionibus insultaret Alexander Macedo, siue quod 30 ex operariis ante Tyrum trucidassent, siue quod legatos soli ex omnibus ad se non misissent, siue quod victa quæ hactenus victorem non viderat Arabia, diuinos honores sibi promitteret, animum & militem ad eam subigendam adiecit, obstructoque lacus cuiusdam orificio aditum sperabat faciliorem, sed sperabat tantum: nec enim vnquam tota potiri imo ne adspicere quidem tãtum vnquam potuit, partem tamen sibi adiunxit, quæ post eius mortẽ Ptolomæo sorte obuenit. Cũ ad vrbem Rabatamussalam in Antiochum colligeretur exercitus, occasio Syris oblata est agrum Arabicum vastandi & vrbem petendi quæ ob defensorum multitudinem inexpugnabilis, impedito vbi aquatum veniebant riuo, se dedere coacta Nearchum cum præsidio accepit. Exindeque Syris adhæserunt ad quorum Regem Ziclam victus Alexander confugiens à Diele dynasta occiditur caputque trunco auulsum Ptolomæo mittitur.

Hostites tantum fuerunt dicti.

Herod. li. 7.

Curtius l. 4.

Strabo l. 16. ex Eratosthene.

Iustinus li. 13.

Polyb. li. 5.

A Ptolomæo.

Plutar. in Demetrio tum aut frustra Nabalæi bello tentasse.

Philometor.

Epiphanes.

CAPVT V.

SYRIA autem & Ægypto parricidialibus bellis implicita, animus Arabibus accreuit. Quorum rex Hierotimus fiducia 600 filiorum quos ex pellicibus sustulerat diuisis exercitibus nunc Ægyptũ nunc Syriam infestabat, magnumque Araburn nomen, gentis antea imbellis, finitimorum viribus exanguibus, fuit. Horum opera non semel ad mutua

Iustinus l. 39. in fine.

tua vulnera tum alii tum Gryphi filii abusi sunt. Quorum princeps Zisus Philippo ad fratris obsidionem tulit suppetias. Frequentes insuper fuerunt Iudæorum in Arabiam & contra excursiones ita vt tempore Regum Syriæ opportunum fuerit subinde aliquam eius partem obire. Zabadæi à Ionatha domiti, ab Aristobolo Galaaditæ & complures Arabiæ vrbes, quem Obedeas Rex egregie circumuenit. Antipatro Idumæo confœderati Arabes fuerunt, qui & Arethæ regis auxilio Hircanum induxit ad regni sperare fastigium, ad quod vincente Scauri auaritiam Pompeii æquitate tandem deuenit, quamuis Aretha ab ipso debellato & in triumphum ducto, quem domitus cognouit Arabs. Cum eodem Aretha graue fuit Antiocho Seleucidarum vltimo bellum, in quo & ipse Rex & exercitus omnis partim ferro partim inedia periit. Qua victoria auctæ Arabum opes Cælesyria & Damasco, qua tamẽ cedere coactus, Scauro aduentante quem pecunia à suis finibus auertit. Vt non immerito Romanum nomen extimuerint & euertere cogitarint.

1. Machab. c. 12.
Ægesi. l. 1. c. 9.
Ioseph. l. 14. c. 1.
Idem l. 2. belli c. 3.
Dio l. 37.
Lucanus lib. 2.
Dionysius.
Ægesi. l. 1. c. 11.
Ioseph. l. 13. c. 21.
Idem l. 1. c. 18.
Idem.
Anno 3880.

Exemplo erit Abgarus Rex, qui Crasso exitii causa fuit, cum ignarum viam in planitie arida hosti exposuisset Parthorum rebus nouo doli genere studens, in quorum gratiam & Herodem recipere recusauit, quod tamen egregie Herodes vindicauit. Quanquam varia fuerit eius in Iudæos mens & Arabum similiter, quorum procurator Sillæus, quod latrones Iudæam populatos remittere cunctaretur, ab Herode bello petitus est & coram Cæsare accusatus sed prævalente Syllæi gratia.

Appianus Syriaco Plut.
Ioseph. l. 14. c. 13.
Idem l. 15. c. 7.
Idem l. 16. c. 8.
Ægesip. l. 1. c. 40.
Strabo l. 2.
Alii Philarchus.
Bocchus hic Ægesippo vocatur lib. 1. c. 29.

CAPVT VI.

ONadus eo tẽpore rex erat Romanis volentibus, quo mortuo Dineas regnũ inuasit eo nomine ira m Cæsaris meritus quo incosulto regnare

Post Aretha dictus.

Digitized by Google

Ioſe. l. 16. c. 9. præſumſiſſet, ſed hanc miſſa plurium talentorum corona frangere conabatur, Syllæum multis nominibus accuſans, quaſi Onadum veneno ſuſtuliſſet, ingenuas ſtupro cognouiſſet, alia indigna patraſſet. Quibus nihil minus quam fidem Cæſar adiecit muneribus repudiatis bellum parans. Sillæo tamen parum conſtans fauor fuit, à Nicolao inſuper Herodis legato male audienti, cuius oratione perſuaſus Cęſar Sillæum damnat, Aretham Herode commutaſſet niſi ſenem & de liberis ſuis male ſentientem munere indignum exiſtimaret. Ita confirmatum Arethæ regnum Arabiæ, qui ad maiora animum adiiciens Sillæum noua criminatione inuiſum reddere non deſiit.

L. 1. belli c. 28. *Dioni Obſidan.*

Idem c. 11.

Idem l. 17. c. 3.

Cum altero quoque Herode fœdus iniit filia in matrimonium data. Quæ cum inceſtis nuptiis chorum ſuum dehoneſtari & exteras in eius partem recipi indignaretur, Macheronta, qui regni paterni Iudaicique limes erat ſecedendi petit licentiam, & facile impetrat. Ibi patris copias, & quæ ad iter neceſſaria videbantur paratas habebat. Initoque cum Herodis exercitu certamine Arabes victores euadunt. Mox querelæ ad Tiberium deferuntur & Vitellius ad vindictam Arabico bello præficitur cuius conatum Tiberii mors intercepit.

Ægeſ. l. 1. c. 27.

Idem l. 18. c. 9.

Præter hos autem ſupra dictos alii inſuper Arabiæ Reguli leguntur, vt Alchandonius quo Lucullus ſibi adiuncto omnium, quæ à Tigrane gerebantur, certior fiebat, qui poſtea in Craſſiana expeditione recitatur. Antonius etiam poſt Craſſum Nabatæos nuper Romanis ſubiectos Cleopatræ donauit, Lyſaniæque commiſſam, Ituræam Cleopatræ liberis. Iamblichum Regulum in tormentis necauit, cui tamen perſuaſi à Didio Reges poſt auxilia negarunt. Ab Auguſto poſt Antonium Ælius fuit gallus, quem vt ſupra tetigi miſerat, Sabus Nomadum rex excepit, & alii Reges ita fugarunt.

Dio li. 35.

Idem l. 47.
Plut. in Antonio.

Dio l. 47.

Idem lib. 50.
Idem l. 51.
Strabo li. 2.
Dio li. 53.

Opera Gabinij vt ait Appi. & Ioſe. 1. belli. c. 18.

Digitized by Google

runt, vt amisso penè exercitu primus & vltimus, quem intima Arabia vidit Romanorum scribatur, qui nec totam quidem vidit ad Athulorum duntaxat progressus.

Exercitus Ælij galli orbi & eorum vitio consumptus est.

Dio l. 54. Propertius l. 2. c. 10. Dio l. 59.

Ab Augusto autem Iamblichus superioris necati filius patris recepit principatum, quem domus intactæ tremit Arabiæ. Caius Soëmo Ituræorum regnum dedit. Eam autem Arabiæ partem quæ ad Petram est Palma Romano adiecit imperio. Quæ post aliquod tempus Seueri opem implorauit, cuius præfectus Picam & Reanum quod sibi mox non occurrissent Anitus interemit.

Dio l. 68.

Ex eiusdem 75.

Ex 79.

Eutrop. l. 8.

Dio li. 68.

Aliam autem Arabiæ partem in prouinciæ formam Traianus redegisse videtur, qui Agarenos subiugare non potuit.

ANALECTA ANTIQVITATVM & RARORVM ARABIÆ.

SECTIO PRIMA.

De Sacris.

Arria. l. 7. ARABES cælum & Dionysum colunt tantum.

Alex. l. 6. c. 4. Venerem Alyttæ nomine venerantur.

Euseb. de laudibus Constantini. Eidem puerum quotannis immolant Quem demum sub ara sepeliunt.

Diod. l. 20. de insulis. Panchæi Tryphillium Iouem colunt, cuius templum ibi augustissimum, & circum domus sacerdotum, qui stolis lineis, mitra auro cõtexta, sandaliis ornati, delitiis vacant, summo apud omnes loco.

Philost. l. 2. Augurantur Arabes quia corde & hepate draconis vescuntur.

T. Mesius l. 2. c. 3. Cutem inter sua hyeroglyphica habent.

Vide historiam. Bacchi cultum primi Arabes monstrarunt.

Boemus l. 2. c. 1. ex Diodoro. Eorum quæ ab Arabibus leguntur pars certa soli cedit, cuius radiis accendenda permittitur.

Pars autem ea sacra ad eos vsus hasta secernitur.

Apud Panchæi. Sacerdotes autem Rempublicam gubernant, & vectigal percipiunt, extra locum sacrum non eunt.

Ex albo lapide. Templum est 2. iugerum capacitate, & circum illud ager sacer 200 stadiorum.

Cyprianus. Magos & Astrologos Arabes habent.

Tertullianus. Arabes de resurrectione securi sunt.

Opria. de circumcis. Circumcidi solent.

Tertull. apolog. 23. Diasarem colunt, Adoneum existimant.

Lucanus li. 9. Arabũ beatis gentibus vnus est Iuppiter Hamon.

Scaliger in Catalectum p. 195. Magia vetus Arabum aduersus Crocodilos est.

SE-

SECTIO SECVNDA

De publicis & bellis.

Alexander l. 4. c. 23. NOBILIOR ad regnum Sabæorum adſpirat, qui ſi extra ſeptum conſpiciatur lapidibus obruitur.

Plin. l. 12. c. 14. Sabara Sabæorum regni caput eſt, Panara Panthæorum, Petra Petrææ.

Dio. l. 53.

Strabo. l. 16. Apud quoſdam non filius, ſed qui primus alicui nobilium naſcitur Rege inaugurato ſuccedit in regno.

Diodorus c. 10. de inſulis Panchæi 3. habent ordines, artificum, agricolarũ militum, quibus cum ſumma poteſtate Sacerdotes præſunt.

Heliodorus l. 10. Legati, Arabum Regibus vel tributi vel muneris loco offerre ſolent aromatum copiam.

Calius l. 15. c. 8. Arabes impexi intonſi ſunt & ſqualidi.

Ægeſippus l. 5. c. 25. Ad auaritiam propendentes.

Athan. l. 6. c. 6. Rege vulnerato ſe quoque ſimili vulnere afficiunt.

Io. Boemus. In fœdere Dionyſum & Vraniam inuocant.

Herod. l. 3. Plerique eorum tondentur in rotundum tempora ſubradentes.

Idem ibidem. Et in fœdere tertius quiſpiam acuto lapide volam vtriuſque contrahentis ferit, & flocco ex vtriusque veſtimentis ſumpto, ſanguine 7 lapides tingit, tum ſequeſter pro altetutro vadatur.

Polydorus Virgil. l. 2. c. 15.

I. Boemus l. 2. c. 1.

Virgilius 2. georgicon Ithuræos taxi torquentur in arcus.

Suidas. A cum pedibus neruo inſiſtentes tendunt.

I. Bohemus l. 2. c. 1. Sagittaque eſt viri longitudine, iaculatores fere ſerui.

Polydorus l. 1. c. 4. Equorum, qui non ſunt ibi, deſiderium, camelorũ copia aufert.

Plinius l. 7. c. 56. Adulter apud Arabes capite plectitur.

Alexander. l. 6. c. 10. geniealum. Medicinam primus Arabs reperit.

Fratres in hæreditate filiis præferuntur, quia natu grandiores.

Regum

Boemus l. 2. c. 1. Regum cadauera in ſtercu liniis ſepeliunt.

Diodorus. Strabo. l. 16. Nabatæi eum qui rem familiarem minuit, multant, qui aliter, honore afficiũt.

Athenæus l. 12. c. 4. In thurifera regione Rex voluptatibus vacans, quotidie 15 talenta Babilonica conſumit, Indicum ſi quis male iudicet, reus cathena ferreã feneſtram quæ in ſummo Regiæ eſt attrahit & Rex alterutrum re inſpecta morte addicit.

SECTIO TERTIA.

De priuatis

Solinus c. 36. SCENITÆ in Caſſio monte tentoriis ſuccedũt cilicinis, ſuilla abſtinentes.

Alexander l. 2. c. 21. Sus autem ibi nedegere quidem poteſt.

Celius l. 18. c. 36. Nabataei filios ſeruorum more educant.

Hiero: quæſt. Nabatęorum generatim mores collegit.

Plinius l. 31. c. 7. Theriſtrum Arabicum muliebris plii genus.

Strabo l. 17. Maſſis ſalis aqua ferruminantes domos Carrhis faciunt.

Chriſtoph. Verga. Strabo l. 16. Sunt autem iſtis locis foſſiles Sales.

Polydorus l. 5. c. 4. & Boemus l. 12. c. 1. ex Herodoto. Arabes bis tantum quoque triduo edunt.

Pauci ſunt ſerui ibi, conuiuæ 13 muſici 2 fere ſunt, pocula vltra 11. nemo bibit.

Publica auctione vxores quidam emunt.

Vxor toti familiæ vna, ad quã qui adit, poſito præforibus baculo, quem omnes habent, reliquos arcet.

Nox autem maiori natu ſeruatur.

Cæterum nulla affinitatis ratione habita omnes admittunt.

Artes in familia quaque perſeuerant ſemper.

Strabo l. 16. Virgil. 2. georg. Solis eſt thurea virga Sabæis.

Plinius l. 12. c. 14. Solinus c. 36. Quam apud Minæos 3000 familiarum tantum incidunt,

Herodotus l. 3. Sacræ ideo dictæ, quod meſſis tempore nec funeribus polluntur, nec fœminis miſcentur.

Thus

Thus autem legentes ſtoracis ſuffitu colubros arcent.

Caſiam vero, quam aliqui cum Nardo confundunt, pellibus præter oculos ſe obligãtes, alatos quaſi veſpertiliones paludibus innaſcentes vitant.

Plinius l. 12. c. 19. Solinus c. 36. paulo ab Herodoto variat

Cynnama vero, qualia hodie non repetiuntur, cũ aues in nidos locis editioribus conuehant, Arabes carnẽ loco propinquo proponunt, qua per Cynnamulgum in nidum qui latẽs eſt, deportata, ille cadit & cum eo collecta ſarmenta.

Myrrhæ Sarmentis ignem exſternunt, fumo cæteroquin noxio ſtoracis cremati odore occurrẽtes, Myrrha etiam comæ tinctæ.

Io. Baemus l. 2. c. 1. ex Herodoto Diodoro, Plinio.

Stracte autem myrrhæ gutta eſt præcioſior.

Debæ gens paſtoritia quæ frequenter inter glebas temere iacentes auri pilas reperit, quibus lapillis affabre interiectis monilia conficiunt.

Hirci barba & bituminis ſuffitu leuant Sabæi fragrantiam, quæ alioquin ſtuporẽ ſenſibus ingereret.

Diodorus l. 3.

Garræorum omnis fere ex auro ſuppellex eſt.

Strabo. Dio.

Spelta, palmulis & butyro olei vice vtuntur.

Subligacula, Sandalia, tunicas Nabathæi gerunt.

Xenophon. l. 1. de exped.

Dolor qui ex capite in cruta deſcendit frequens iſtis locis, cui oleo vino mixto medentur.

Ouidio 10. metam.

Terra eſt diues & fere omnium ferax.

Catullo c. 11.

Palmiferi Arabes vocantur.

Tibullus l. 2. c. 2.

Molles etiam, aut, quod idem, teneri.

Claudi. 1. de ſtilic.

Eſt mitra velatus Arabs.

Idem 4. Honorii conſu-

Dociles vocantur Sabæi.

Propertius. l. 3. c. 12.

Multi paſtor odoris Arabs eſt.

Tibullus l. 4. c. 2.

Cultor odoratæ diues Arabs ſegetis.

Propertius l. 2. c. 29.

Quiaè gramine odores ſunt.

Seneca furentis c. 4.

Quanquam & alios arboribus legant.

Silius l. 3.

Superbæ Arabum telæ vocantur.

Plutarchus dradio.

Arabes mures necant, quod animal diis putant eſſe inimicum.

Tertullianus de velandis virginibus

Mulieres faciem totam ita tegunt, vt vno oculo liberato contentæ ſint, dimidia lucem frui malentes, quam totam faciem proſtituere.

Iſidorus li. 6. c. 4.

Obſidianus lapis niger precioſiſſimus olim hic naſcitur.

Scaliger ad Cardanum exercitat. 104.

Mumia ſepulchrorum ex Mirrha & aloë conſtans Arabibus in vſu ad condienda corpora.

CYPRIA.

IDONIGRAMA-YO A PRINCIPVM NOSTRORVM CONSILIIS ET GENERALI EORVNDEM PER GELDRIAS ET Zutphaniam Quæſtori fratri ſuo ſalutem et vniuerſam Cypri hiſtoriam auſpicalis Doni loco mittit Calendis nouis Anni hoc Decimo ſeptimo ſæculo ineunte te primi.

QVI Iunonium aliquid aut Mercuriale aut certe Thalaßicum mittere debuiſſet, niſi Samus, Arcadia, atque adeo ipſa Italia, Europæ deberentur. In Aſia autem præter Cyprum Venetam, nihil tibi conuenientius, qui eam ſemper coluiſti, cui olim Nephaliæ fiebant, quemque Cæleſtrem Plato diuinus appellat. Accedit Cyprii æris & opimi, quæ & ipſam Romam ceperunt, fama; quã forte præcurrere haud iniucũdum eſt tibi ſub cuius manibus & fide Gaza principum conquieſcit. Vt taceam veræ pietatis exempla quæ ſi non in hac veteri certe in Media & noua hiſtoriis abunde inuenies. Oblectabunt autẽ ſpero nõ ſuæ ſuo ſed magis meo nomine, in quo contemplaberis ſollicitudinis tuæ, quã iuuentuti meæ impendiſti fructum aliquem & memoriã cum gratia animi ſignificatione. Quæ eſt et erit, dum ſpiritus hos reget artus maxima. Ita crede, & Vale, & me ama.

CAPVT I.

Plinius li.2.c.88.

CYPRVM olim continenti adhæsisse auulsamque magni maris violẽtia, quod toto vndarum impetu cilitus, Phænicamque perstrinxit, scriptorum persuadet authoritas; præsertim non semel prædæ similis legantur vestigia. Quibus inductus Cyprũ Insulis subtrahens, in hunc Asiæ locum reposui cui Amathus Athamantis, Paphos, Salamis, Citheræa oppida temporibus quæque suis illustria nomẽ dederunt. Aspeliæ, etiam Spechiæ, Mionum vel quod coincidit, Meionum appellationem in Cypro inueni, cuius causa hactenus mihi non lecta, macariæ vel, si interpretari libet, beatæ, epitheton cæli soli temperies causauit. Cryptæ quod adnauigantibus instar aliarum eminus non appareat, Cerastis vel ob Arboris serpentisque ibi notorum frequentiã vel ob duos illic primæ magnitudinis montes, qui procul intuẽtibus cornuum speciem referunt, vel tertio ob tumores quos in capite habeant incolæ, qui & ipsi aliquid cornibus simile repræsentant. Ipsum vero Cypri vocabulum, vt græcas *a* nec sine ingenio, nec abs ratione confictas præteream notationes, vel à Veneris cognomẽto vel à Cerines vrbe, vel demum ab arbore huic Insulæ cum sola Ægypto cõmuni, sterili illa quidẽ sed cuius folia aqua ad ignẽ decocta pulcherrimũ inducãt colorẽ, deducere licebit. Quod vbi semel assumpsit post tot barbarorũ incursiones, qui Asiæ non statũ modo sed & nomina inuerterunt, in hæc vsque tempora retinet. Diuisa est à Geographis in 3 quasi regiones quarũ duæ Moitanæ, tertia plana, à græcis in regna nouem quę in vnam tandem coaluerunt, à Venetis in prouincias duodecim.

nimirum Syria.

De Sicilia Iustin. l. 4. Beotia Herodo. Tyro Ouidi l. 15.

à populis nimirũ Spechiũ & Mionibus, qui ante venerem in Cypro fuerunt vt Phito Steph.

Suidas.

Hesichius

vnde fortasis est quod Ophiusa vocatur.

Stephanus.
Horatius 3. Car.
Plinius.

Xenagoras li. 2. de Insulis

hinc fabula est apud Ouid 10 meta Cyprio in iuuẽcos mutatos esse.

Calius l. 30. c. 1.

Plinius l. 12 c. 23 aliter

Venus enim Cypri, dina & Cyprus & Cypria vocatur

Stephanus Lusynanus cap. 2. 33. historia.

Strabo l. 14.

CA-

Digitized by Google

CAPVT II.

Iosephus li. 1. capite 11.

ANNO à diuisione linguarum & gentium altero, 7 Cethin ex 72 vnus cum familia hanc

Esaie. cap. 23. Hieremi. 2

insulam occupauit vrbeque ædificata ei nomen suum posteris regnum decedens reliquit. Quibus Ninus, qui Cerinem vrbem exstruxisse, & Semiramis, quæ o Amathuntem præualuerunt. In quarũ

vide Iudaica ex Genesi & Iosepho.

posteriore Assyriorum prætor diuersari & ius dicere solebat, donec Agyptius Pharao tẽpore sextennis illius, & notæ ex sacris inediæ, Assyriis insulam eripuit, Ægyptiorum autem dominatui Ar-

Stephanus.

gus eam subtraxit, Actæ Argiuorum Curiæ, & epidauri ædificatore Argiuis Pigmalion, Sycionius, qui Galga in sedem regni exstructa, non linguam tantũ ex 72 principibus vnã cum græca aut Semigræca mutauit. Sed fabularũ inanitati insuper initium statuit. Quas incolis arrisisse nemo mirabitur, qui Cyprum à Græcis semel habitatam, sæpius subactam, semper frequentatam fuisse, & lõge facilius esse istis aurium laqueis animorũ delinimentis capi quam peregrinis moribus patrios posthabere prænouerit, vno autem hoc egregiam

Ouidius l. 10 metamor. fab. 6.

græci operam nauarunt, quod Barbaros immanes (quales fuisse Iouis illa hospitis ara ad quam Aduenæ mactabantur, & toties à poetis inclamata

Claudianus bello Cetico.

inhospita Cypri saxa testantur) ad initiorem viuendi regulam reuocarint. Iam ordo nos vocat ad fabulas aut verius ad veritatem illarum inuolucris abditã, Pigmalion quem supra dixi Phœnicum

Ouidius l. 10. metã. fabt

ope, insulæ nactus imperium Syris veteribus Argiuisque pulsis, vxorem habuit formæ præstantia & candore nulli facile cessuram quam amore cõiugali & fortassis paterno. Siquidem filiam eandẽ eius fuisse cõiectari licet prosecutus filio ex ea susceptо Papho de quo tenet Insula nomen, regnum

Martialis li. 8.
Plinius l. 7. cap. 56.

reliquit. Paphus Cynaræ (vnde Cynaresa appellatur) à quo aut cuius tempore ad eiusdem nomi-

7. *Hunc aliqui etiam Cyprũ nominant qua Lite à geographo vocatur.*

o *Cui nomen inditum est à calidis fontibus.*

fabulantur eum statuam eburneam à se factam deperisse. ex qua veneris beneficio animata prole se sustauit. Veneris beneficio animataquod alii ad incubos damones trahunt.

Cinyra alii

Digitized by Google

nis alter æris venas Cyprus cognouit. Quemadmodũ à Seleuneo & Baũnio ferri, vt nemo miretur cum fæcundá Amathunta metallis Temeſem aliaſque vulgo vrbes æris aurique venis diuites legerit, Cyprum æroſam appellari. Cynarę porro a Amatuſa nata (vt in viam redeamus) filius fuit Amaracus medicæ artis peritus, qui ob vas vnguẽtarium manibus forte lapſum dolore ſe cõfeciſſe, aut verius peregre profectus non comparuiſſe deinceps dicitur. Filia Mirrha impudico & illicito patris amore correpta, quem vt expleret nutricis opera per noctem ei permiſcetur, Donec pellicis ſuæ vidẽdi deſiderio pater faces inferri iuberet, cõpertoque filiam tanto facinori ſupereſſe gladio animaduertiſſet in nimis impie piam, niſi illa repente curſu in Arabiam præcipiti iræ quidem ſe patris ſed non ſuo dolori ſubtraxiſſet, pater autem annis obſitus, 100 enim & 60 numerabat, filium ex inceſtu filiæ reliquit Adonidem non tam auito regno quam Veneris fæminarum pulcherrimæ cõnubio notiſſimum. Huius leguntur horti penſiles lactuca & fæniculo conſtantes quæ in teſtis ſeruabantur, hic cura deæ quia pulcher, ſiluis aptus quia venator & oues ad flumina paſcens. Murice pictus, quia Cynareius & regni hæres; Cytnereius quia niueus, mollis, pulcher: verbo, quia veneris maritus, quem quia, truxaper fulua mori bundum ſtrauit arena, Suem Veneris ſacrificio adhiberi cõſtat, niſi dicere malimus quod ſue Cyprios abſtinere boue ſubſtituto domerit. Venerem autem Cyprus & Cyprum Venus ſuam appellat eo quod eius nominis planeta in Tauro vt propria ſibi Domo Inſulæ dominetur, voluptati delitiis conueniẽtiſſimæ Iouis filia dicitur, vel quod pater neſcitur, vel ſi ſcitur hoc ſolo ſcitur quod Rex fuerit, Apud Hephyrium promontoriũ habitauit, primo & exiguis iuxta littus terminis imperauit poſtea totius Inſulę conſecuta Tirannidem verius quam

Euſebius Chron.
Statius 1 ſilua
Feſtus
a Suidas.
Ouidius l. 10.
Fulgentius l. 3. fabula 8.
Plutar. paralel 44
Stobæus ſ. 64. ex Theodoro
Ouidius l. 10. fab. 9. & 1°
Plinius l. 7. c. 48
Suidas.
Ouidi de arte
o Virgilius Gallo
Antonius
d Strozius pater.
Propertius l. 1. er. &c.
Ouidius 10, Meta.
Strabo. Theocritus epithaphium ei ſcripſit
Athenæus l. 4.
Cic. 3. de natura Veneres tres facit.
Virg. primo Æneid.

Agrippæ filio,
vngentum rubrum enim forte inuentor. vnde Cythera peripheruſa dicta fabula & eum in ſui nominis arborem mutatam, aliæ Smyrna vocatur
fabula eam in mirrham vnde ſæpe gutta cadunt vel ſam à Venere
de Cynara ſpina Athenæus l. 2. c. 33.
In feria ei quotannis celebrantur.
fabula à Zephiro eam delata Homer. in hymn
Virg. 4. geor.

Regnum defuncto marito, vulgiuaga pluribus sui copia faciẽs, idemque vt aliæ facerent monstrauit, lege insuper lata rebellionem compescens popularium qua cogebantur, quotquot erant virgines ad littus maris, hospitibus se permittere, dum cõquisita dote ad castas nuptias admittantur, vnde Amathuntææ propetides primæ forsan huic edicto parẽtes verecundiam cum veste posuisse scribũtur, Ab hac eadem Androgynes & Euarues docti virgis Salignis o vaticinari, Absargenus illud adulatricum sumpsit exordium quæ Regiũ vxoribus currum ascẽsuris inclinatæ seu gradus præbebant, quo mollius vestigia ponerẽt, & hoc viri sustinebant quibus vita carere, quam ita delicate seruire satius fuisset, Veneris Seruus cupido narratur, ei ad nutum obsequens, quo nomine carus Dominę, reliquis odio esse cepit, infimę sortis fore regię haberi indignantibus, præter Veneris autẽ & Bachi memoriã & Herculis habet Cyprus à cui⁹ filio amatus, vocata Thias. Rex etiã cuius filius Cynarus musicæ peritia exellens & opibus, antiquis temporibus hic regnasse perhibetur, & Aerias quẽ templi Paphii exstructorẽ quidam faciunt & Tamiras Cilix qui ex hispitia Cypriis tradidit, cuius longo tempore posteritas Sacerdotiæ gentis tum Cynardis administrauit.

Lucretius l. 4 Fulgẽtius l 2. fabula 10.

Athenæus l. 12. c. 4.

Polydorus l. 3. c. 17.
Iustinus l. 18.
Ouidius l. 10. fab. 7

Plutar. de discrimine, adulat. & amici.

Val. Max. l. 9. c. 1.

Plato symphosia

huc refer Ausonii amore crucifixum Theocriti melli legum.
Suidas.
Suidas.

Tacitus l. 2.

x Ideo ei passeres sacri & columba.

hinc Laena specie picta ab Arcesilao.

fabula est in saxũ versas quæ ausæ sunt venerẽ esse negare Deam.
Vnde cyni ei consecrati

Ad caret id alii referunt

Hinc pania paupertatis dea & pere Saturitatis Deo cõceptus traditur.

Cyprus tener cum Apolline certasse fabulantur.

CAPVT III.

LOCVPLETVM numero adscriptus sub lachrimosa Troiæ tẽpora x Cyneres in Cypri parte regnauit, qui Aagmemnoni in Priamum mouẽti thoracem dono misit, præterque hũc Pinetor alius citatur ad quem Vlisses octauo erroris anno diuertit, quæ fidem facere possent, Cyprum græcorum partes fouisse nisi Paris legeretur, hinc duas naues adduxisse & Achanas Athenienſis priami fautor popularium metu huc cõmigrasse regniq; in

Telephi ex agriope filius

Strabeus ser. 51. ex circeo Homer. Iliade 11 describit. De hoc Pindarus nemeon 8. & alibi frequenter
Odissea 9.
Odissea 4
Dictys l. 1.
Strabo l. 14.

Iasides.

Digitized by Google

in ſui nominis vrbe fundamenta iecciſſe, præter quod alia item octo paulo poſt Traianum excidiũ ceperunt. Quorum authores ſunt Nicæa nympha Pixãder, Theſſalus *a* Agapenor, ex Theſei filiis, 8 Amathus & *f* Denophis cum pater præter alia, vrbe regiaque exſtructis, Ariadnes vxoris cultũ Cyprios docuiſſet, *y* Aiacis quoq; filii Filetus & Piſazes ſua ibidẽ regna conſtituerũt Teute vero Telamonius qui egregiã in bello Traiano operã nauãs græcis Prothoona & Perephete necauerat, domũ reuerſus à patre ob fratrem interfectum aut magis ob ſegnitiem non vindicatæ fratris iniuriæ receptus in Cyprum ſe contulit, & cum eo mortuo Huryſarem nepotem aduerſarium ſentiret ambiguã tellure noua Salamina cognomine patriæ ſuæ cõdidit, regumque quod poſteri vſque ad Euagoram obtinuerunt. Teucrion herbam hic inuenit cum exta ſuper eam proiecta adhæſiſſe Lyeni eumque exinaniſſe aduerteret, Ab hoc Aiax fuit qui in Elbo Ioui templum dedicauit cuius Sacerdos Trachiotidi dominabatur, Quod poſt multa ſecula latronum Tirannorumq; manibus ereptum Teniodarum nomini reſtitutũ eſt. Fuit & veteris generoſo ſtẽmate Teucri edita Anaxaretæ cuius pudicitia pertinax, aut verius inIphin crudelitas poetas coegit quodammodo fabulari. Toties miſer adoleſcens blandis irrita verba tabellis crediderat, toties madidas lachrimarum rore coronas poſtibus affixerat, ſpernit virgo & irridet factiſque immitibus addit verba ſuperba ferox & ſpe quoque fallit amanter, Quid faciat iisdem poſtibus laqueum ſpiritus ſui præruptorem annectit, Quod conſpicata Anaxaretæ contabuit tantum non eodem funere elata pulchro & amoris grati & continentię fidelis exemplo, Cui ſimile aliud Athnioes quæ Nicocreonte Rege Salaminis patre clara, formæ elegantia longe clarior omnium in ſe ſtudia conuertebat, ex prolis Artapheontes Mynnireda patre

Nicoſia in noua papho — *Anno 2790.*

Apamia Plutar. Solone & Theſſeo. — *amathi.*

Piſcopia & Cythi — *10 ſeptembris*

Hom. Iliad & alibi.
Pindarus Nemeis
Sophocles aiace
Euripedes Helena Iſocrates euagora.
Iuſtinus l. 44. — *Aiacem*
Cicero 2. de oratione
Hyginus fab. 97. — *Anno 2800*
Strabo, l. 14.
Horatius l. 1. ode
Pauſani Corinthii.
Plinius l. 24. c. 15. & 21. c. 5
Strabo l. 14.

in Cyro nata

Ouid. l. 14. fabula 17 Metã — *hinc aiunt in ſaxum mutatum.*

Antonius liberalis metamor 39.

tre diuite magis quam nobili progenitus cũ multa nequicquam tentaſſet, inedia vitam abrupit, Nicocreonti autem res tam indigna viſa eſt ſtirpem Teucridarum punica nuptione adulterari, vt nutrici quę ab amatore corrupta filiam in eius extrahere ſtudebat ſententiam, linguę, narium, digitorumque extremitatẽ præſciderit, nolim quiſquam admiretur quod ita nullo ordine & quaſi carptim res Cypri proſequar, cum ea ſolum legerim quæ per aliarum gentium hiſtoricos ſuppeditantur, apud quos præcipua & fere perpetua Salaminis eſt initio, ad cuius Reges qui in illuſtria tẽpora inciderunt, antequam gradum faciam libet quędam pręmittere.

Aretophontes alias hanc item in ſax ũverſam aiũt

CAPVT IV.

Iuſtinus l. 18.

TVM quod Dido locum habitationi conueniẽtem quærens huc appulerit, abductisque quæ publicato hoſpitibus corpore ſecus mare dotem colligebãt virginibus, Africam intrarit, Tum quod ante Didonem Belus inſulam vaſtarit maris potitus imperio, quod Phœnicibus temporis progreſſu Cyprii abſtulerint, nec certe mirum re nautica illos valuiſſe, qui nauem ab vna carina vſque ad ſummam Tarcheſiam materia ſua abſolutam mari committat, nullo aliarum gentium adminiculo imperium hoc maris Megarenſes præripuerunt renitentibus Athenis, quæ quantũ profecerunt vel hinc colligas, quod lege cauerint ne quis de recuperãda Salamine rogationẽ faceret faciẽti infamiã & exiliũ pœnas futuras, Græcis de Cypro certantibus non eſt quod vlli mirum videatur tot omni ſciẽtiarum genere inſtructos prodiiſſe poetæ ex 8 homeris vnũ & Homero antiquiorẽ hinc petierunt hiſtorici Demetrium, Oratores Piſiſtratum huic acceptum ferunt, vt diſſimilem Endemonẽ Ariſtotele laudatore, Xenophontem Stra-

Virg. 1. Æneide

Ammianus l. 14.

Turnebus l. 1. c. 15. ad illud Horatii trabe Cypria

De minore Salamine hæc legunt aliqui ſed contra probat Steph. Luſignanus in ſua hiſt.

verſu vulgato Pauſanias phocicis Athenæus. Suidas.

bone discipulo commendatos, ex 4 Philosophorũ sectis vna eaque sanctissima, Zenones hinc suos eduxit, ex 7 Græciæ sapientibus duo Cleobolus & Solon, Cypro oriundi narrantur. Cuius posteriosis nisi occurrisset prudentia, actum erat de Athenensium insula reditu, lege prohibebatur Cypria in reum in deliberationem legislatorẽ vocare, se & legibus superiorem aiebat. Difficilis aditu insula erat, incolas euocabat, armis assueuerant etiam Veneri, hac id est patria arte fallendi, itaque conscripto ex iis quos ætas & forma, & quod caput est. Solonis fauor commendabat exercitu choreas & reliqua mulierculatũ Cenormia edoctum in proximam insulam transportat. Qua fama puellaris contubernii & Solonis imitatione multo numero confluunt Cypri. Adolescentes visa hominum multitudine vt habitu ita & metu fœminas imitaturi in fugam vertũtur, donec Aduenæ relictis nauibus processisse videbantur, cũ Martem cui Vengilla famulabatur exercitus gladiis eductis, inermes & nihil hostile metuentes adoriuntur. Solone interim cum expedita manu naues occupante Victi Cyprii & procedẽte victoria qui Salamini reliqui erant Megarenses belli fortunam deinceps experiri recusarunt, ius interim aliorum iudicio decidendum permittentes, in quam rem electi in partium suffragio Lacedæmonii Athenienſibus, qui & colonias suas & regna & sepulchra quoque (solent enim apud eos plures vno tumulo & facie ad ortum sepeliri; apud Megarenses,) contra testarentur adiudicarunt, dum hæc aguntur Philocyprus exigua sed loci genio munita vrbe imperabat, cuius res & regnum Solonis industria mirum in modum creuit cui loco amœniore designãdæ vrbis & author extitit filioque Aristot. Cypro regnum permisit, nec ingratis vt qui Epenam ad memoriam soliam appellarint ipseque sibi consciusSolon moriturus præcepit cineres in Cyprum defer-

Ipſa Strabo.

Laertius.

Idem.

Polyanus li. 1.

Diogenes. Laertius l. 2. in Solone.

Plut. Solone.

Vt hæc ita quadã sequentia ad aliam Salaminem quidam referunt, quibus contrarij probant rei Cypriæ scriptores.

Alij pelluram.

Alia hæc est à selle Ciliciæ.

Digitized by Google

deferri & in aerem ſpargi, ne patria quam liberauerat eo quod reliquum ſui eſt priuaretur. Amatunte eodem tempore Paſicyprus notæ intemperantiæ homo regnabat, qui regnum & regionem Pytyo Lyciæ 50. talentorum pretio vendidit ſordidam & in gloriam plebei hominis vitam præferens Regiæ tenuitati curis magis, quam voluptati conſecratæ.

Laertius li. 8.

Athen. l.14.c.10.

CAPVT V.

POſtquam Ægyptus ſe ſuis terminis continere non potens imperium terra marique circumtulit, Cyprus ab huius iugo immunis non fuit iam inde ab Apryes Regis æuo ei quodammodo ſubiecta, cui tamen Amaſis rex primo tributa impoſuit & exactionibus onerauit. Quæ cum inſula ad Cyrum Perſarum regem tranſierunt, cuius monumentum vrbs retinet ſimili appellatione. Perſæ tamen regibus contenti Satrapes Cypro non dederunt, quæ forte occaſio cur ita facile Cyro ſublato ad libertatem reſpexerint communique conſpiratione & concordi intempeſtiuam Cambyſis Tyrannidem exoſi ſe vindicarint. *Anno 3434.*

Diod. li. 2.

Herodo. l.2. Suidas.

Xenoph. Cyr.

Sub Dario nihilominus reducti videtur cum in tributi deſcriptione Phœnicibus iungantur, & Perſis in annos ſingulos pependerint 500. talentorũ Perſis in Mileſios militantes & Xerxi in Græcos niſi hos ad aliquam eius partem trahere malimus, aut exactum quidem aut præſumtum ſed non ſolutum. Semper eiusmodi tributum fuiſſe ſuſpicemur quod deinceps latius apparebit. Authores & auxiliarii rebelliones ſemper fuerunt, Athenienſes & Iones, non immerito præremptum ſibi Perſica dominatione aditum & Ius Inſulæ moleſtè ferebant. Hinc Pauſanias legitur cum 20 ſuis Athenienſium nauibus Cyprum ingreſſus Cimo apud Mycalam punicæ Cypriæque claſſis triumphator Dolopibus inſulam vacuefecit. Euagoræ ſuaſurũ

150 nauibus.

Herodo. l.6. Idem li. 3. Idem li. 5. Idem l. 6 & 7.

Thucydides l.1.

Æmilius Probus in vita. A Pauſa. Attici.

200. nauium classe missis totam fere subegit vt non immerito exul huc profugerit vbi virtuti suæ plus venerationis *a* quam inuidiæ in patria cumulatum sciebat. Eodem exemplo Conon cum 8 nauibus subtrahens se suorum ciuium crudelitati confugit, Euagoræ tutus patrocinio, vnde maiore cum gloria ad Persicum bellum euocatus res magnas gessit.

Plut. Artoxer.
Idem in Pomp.
Iustinus l. 5.
Idem l. 6.

a In Cypro mortuo ei vt heroi sacrificatum, cum oraculo consulto ea solum ratione sciebat luem quæ tum erat cessaturam.

CAPVT VI.

PERSIS hoc modo & Græcis de Cypro contendentibus Teucridarum quoque continuata denuo recitatur Salamine successio Euelthon vt puto primus est historiis traditus, qui Delphis spectaculo dignũ dedicauit thuribulum. Ad quẽ cum Pheretima supplex venisset auxilia & copias reducendi in regnum Archesilao filio postulans ille se omnia prius quam exercitum missurum respondit. Ad omnia autem quæ mittebantur hoc vnum regina dicebat consultius facturum si militem mittat, misit itaque fusum aureum cælique penso circumdatum, cumque identidem illa responderet, se militem malle, talibus ait Euelthon muneribus fæminas non exercitu dono. Hùius filius Siconius nepos Cherſis nomine solo noti Pronepos Philaon vir eximius à Lycomede captus ad Artemesium cũ Xerxis & Persarum partes sectaretur sicut & fratrum alter Curtius, qui frustra dissuadente Guesilo qui reliquus è fratribus erat Persis adhæsit, cum Timonace filio Timageræ classi auxiliariæ Xerxis præpositus. Quamuis & præter hunc alii ex Cypro ad bellum Persicum profecti, vt Penthilus Demonoi filius, qui duodecim naues papho adduxit, è quibus vndecim ad Sexiadem tempestate perierunt, Penthilus cum ea quæ superat à Græcis captus est.

Herod. l. 4.
Polyænus l. 8.
Herod. Terpsichore.
Idem l. 8
Herod. li. 7.

Balti Cyrenarum reg vidua.
Oarei filius.
Alias Gorgo.

Vt autem Salamine redeam Guesilus videns, nec prece, nec precio fratris animum vinci posse, Per-

Digitized by Google

Perſis fidelem oppido forte cũ militibus egreſſum excludit & regno, nec mora omnes Cypri regulos blanda mutatione in ſuas partes pertrahit, Amathuſios rebellionem detrectantes obſidione vrget, nec dubius conſilii Perſicam claſſem duce Artyſio aduentantem intelligens aduocato per legatos Ionum auxilio prælio decernit. Artibius equo pugnari in ſcutum eius conſurgens præciſis per ſatellitem anterioribus pedibus corruit, tandem Steſenoris proditione & Salaminorum, qui curribus vehebantur, negligentia Perſis ſuperioribus occubuit, cuius caput Amathuſii in oppidum relatum ad portas ſuſpenderunt, donec exinanitum fauo apes repleuerunt, ſuper quo conſultus Deaſter reſpondit caput quidem terra rodendum Guiſilo vt Heroi ſacrificandum. Cuius regnum Gorgo fratri nuper ex fuga à Perſis recepto reſtituitur. Qui illud opibus quas pax & quies afferre ſolent inſtructum id filium Nicrocratem transmiſit, inſignem in Cypro & celebratam à ſcriptoribus erexit bibliothecam. Hinc Euagoras filius ſucceſſit minus Perſis quã Phœnicibus addictus, qui Abdomenem Thyrſilum exulem hoſpitio exceptum ſecunda regni dignitate ornauit, magno ſuo & ſuorum diſpendio.

Athen. l. 1. c. 1.

Pluta. & Iſocrates Euagoria c. 8.

A Phœnicibus.

Ingratus enim quem reſtituere debebat, eiecit, regi non regnum tantum, ſed & vitam, incolis non Inſulam ſolum, ſed & libertatem auferens Barbara tyrannide reducta.

CAPVT VII.

Tritzan ex Ariſtotele.

DONEC ablatam Teucridis dominationem Euagoras virtute ſua reddidit bono publico natus Nicocli priuato Trimarcho auo Gorgonis vt putatur filio qui ſolus profugus exilii dedecus ad virtutes & rerum magnarum occaſionem aſſumſit & cum 50 tantum robuſtiſſimis iuuenibus

Perſarum.

Ciliciæ vrbem.

conſceſſam naue paruam muri partem effregit per quam ad regiam euadẽs ſolus in multos, cum paucis in omnes impetu facto non ceſſauit donec tyrannum expulit & ſibi Teucidarum regnum reſtituit, poſteritati mores reuexit priſcos, vrbem muro & triremibus inſtruxit, ita vt cum quauis Græcarum aut Aſiaticarum certare poſſet. Athenienſibus in quorum ciuitate relatus erat miſſa claſſe & impetrata à Perſis alia cui Conon præficeretur auxilio fuit erepto quo Lacedæmoniis inanis, imperio gloriæ veteri Athenas reſtituit ne prẽter meritũ ei eodem quo Iouis eſt loco ſtatuam erectam arbitremur, his ad inuidiã omniũ peractis de Cypri imperio cepit cogitare recepti regulorum aliquot in gratiam. Agyris Perſarum ſocius interemtus Atmathuſii, ſoli Citenſes bello petiti Artaxerxis opem implorarunt, qui ſuſpectam habens Euagoræ magnitudinem reputansque quantum in ſola Cypro momenti ſit quæ rei maritimæ ſufficere ſola poſſint, Euagoram hoſtem declarat Saratomno militis imperat, expeditione mandat, ipſe ad ſuperiores prouincias comeans exercitus conſcribendi gratia.

Stobæus. 42 de eius virtute ex Iſocrate.

Anno 3562.

Xenop. l. 4. hiſtor.

Pauſa. in Atticis.

Iſocrates.

Salaminens.

Seruatorii.

Memnonis.

Diodorus li. 14.

Caria præfecto.

Cui 300000 numerum æquanti dux electus, Orontes triremibus 300 Tribazus nec ſegnior Euagoras Acoridis & Hecatomni fauorem ſibi concilionis illius 50 triremibus cunctis ducentas cõficiens huius pecunia militem externum conducens, proprio longe ſuperiorẽ, qui tamen ad 6000 aſcendebat hac manu Cilicia vaſtat Tyro occupata Phæniciam populatur cum Gao & Tribazo congredi auſus primo prælio victor, cum inſuper pedeſtres copias fugaſſet, à Iao omne virium ſuarum pondus exercente in fugam vertitur. Quo victoriam proſequente obſeſſus Pythagoram Salamine relinquens ad regni curam cum tribus triremibus ad Acoridem confugit. A quo ſpe minora conſecutus auxilia remiſſa tantiſper animi magnitu-

Ægypti Regis vniuerſim.

Iſocratis oratione.

Nauarcho.

Diodo. l. 15.

Filium ſuum.

gnitudine ad Tribazũ de pace legatos misit, quo duriora imperante ab Orche æquas leges accepit, ita vt ipse Salaminis rex permaneat, sed Persis tributo obligatus, ita post 10 annorum spatium, quorũ tamẽ bona pars in apparatu abiit & 50000 amplius talentorum in vna Salamine consumpta, ab armis discessum est, & Euagoras quidem virtutis merito Ochi gratiam promeruit, cuius fiducia ad recuperandas quæ nuper auulsæ erant. Quodammodo Cyprii vrbes animum aduexit, sed dũ alienis inhiat propriorum iacturam facit. Salamine per Protagoram alterius Euagoræ filium huius patruelem occupata. Quam dum Phocionis auxilio hostiliter repetit ab obsesso accusatus apud Ochum regno excidit tamen infortunæ solatiũ prę fectura Asiæ honoratus, vbi dum populo mores eius tyrannidem interpetrantem in Cyprum fugã meditaretur deprehensus indigno supplicio occubuit, relictis tamen in regiæ dignitatis fastigio quotquot ei superetant liberis. Salamine autem protagoræ superioris filius Nicereon Persarum auspiciis patri successit.

Isocratis cum Troia eam confert.

Persarum Regis.

Diodorus anno 10 Philippi.

Athenienſis regem fuiſſe mortuum ait Iſocrates.

Anno Philippi 2.

Ctesias.

Iſocrates.

CAPVT VIII.

SED post Alexandri ad ipsum victoriam, non ipse modo sed & quotquot erant Cypri Reges defecerunt ipsius expeditionibus comites futuri cui Rex Citensis gladium dono dedit Aramanthi vrbem suam Alexandri nomen assumere voluit. rex Curiæ, Stausazonus, Lapithi, Pisistratus, Salamines, Neocreon proposito inter principes Macedonum certamine & orbis domitores exercitus non indonati abierunt. Neocreon autem præ cæteris nominari voluit, qui á bonis literis, & Philosophiæ studio haudquaquam alienus, vt qui sacris epulis non semel reos sectatores exceperit, sed ingenio immiti & aspero quo Anaxarchum ob insolentius quiddam quo Alexandri epulis nihil defore

Plutar. & alij scriptores vitæ Alexandri.

Nicreon alio vocatur.

Cic. 2. Tuscul.

fore dixerat præter Neocreontis caput à ceruice missum mortario contundi præcepit. Risus tamen
Ouid. in Ibim. à mouente, Aristarchi follem tondeat, Aristarchũ
Laertius. interim bene habere, mente demum ea liberius *Tibicinum.*
repetente ad mortem capi iussit, Dorionẽ poculũ
Athen. l. 8. c. 3. quoddam affectate laudantem & vt sibi concedatur instante aiebat non sine mente, quod de tibicinibus iactari solet quorum cõflatu mens quoque pulsa fugit, esse. Fato functus cum ex Biothea *Alii Nicocl.*
coniugi virilis sexus prolem non suscitasset re-
Lucianus. gnum Salaminis Milocles ex Latona Euagoræ magni filius ab Ocho paphi rex nuper declaratus accepit dono Ptolemæi, qui post Alexandrum siue fortuna siue virtute superior insulam occupauit, *Sydoniorum Rege. Athenienſem.*
fuit hic conuiuiorum & sacrificiorum studiosissimus in quorum apparatu cum Stratone cõtendit: tam perdite liberos amauit vt Stratonitum eos li-
Idem l. 8. c. 7. berius reprehendentem veneno sustulerit. Isocra-
Vita Isocratis. tem in honore habuit & 20 talentis donauit cum *Ἰσοκράτους στεφανωθὲν.*
Paramętius illas aureas de regis institutione accepisset, indigna morte cum omni pene Teucridarum stirpe periit cum à Ptolomæo deficiens Anti-
Vt alij. gonus partibus studere obseruaretur per Argæum Callicratem ad supplicium postulatus, laqueo sibi vitam abrupit, vel certe suorum opera necatus *Anno 3656.*
est, vxor Axiothæa nuncio de mariti morte ac-
Athen. li. 12. cepto filias virgines, ne quis hostium captis potiatur perimit, fratrum vxores vt secum mortem expetant nequis supstitibus insultet, hortatur. Regiã tam inexspectatis funestam cladibus superueniẽ-
Diodo. l. 20. tes incolis, Germani occlusis foribus sibi manus inferentes succendunt Axiothæa filios filiasque & nurus egregie iacere contemplans adacto per pectus gladio demum in medios se ignes coniecit, ne vel cadauere hostes potirentur, ex filiis qui ei-
Polyænus li. 8. dem rogo impositi sunt Timarchus nominatur *Anonimus.*
duos maxillarum ordines habens & alius quidam qui dentes priores nunquam mutasse, sed paulatim

tim omnes protriuiſſe narratur, ita Cyrus in tota
Plinius. Ptolomæorum fide permanſit. Quanquam variis
expeditionibus fatigata, varios victores experta,
magis quam dominas paſſa. Ptolomæorum autem
Athen. l. 13. c. 15. primus Irenem filiam Solio Regulo permittens
Cyrum filium Cypro prępoſuit (cuius nomen Ni-
coſſiæ oppidum aſſumſit) addito ei Mænelao fra-
tre, in quos occupatis bello Aſiatico Antigono &
Ptolomæo Demetrius Antigoni filius mittit 170.
triremibus comitatus. Salaminem autem cum 60
triremibus Menelaus tuebatur & Ptolomæus cum
Polyænus l. 4. aliis 140 exſpectabatur, quem plenis velis portui *Antigoni filius.*
ſuccedentem & nihil hoſtile timentem, Deme-
trius qui ſub montis vicini pręcipitio hactenus la-
tuerat adortus in fugam conuertit, & non multo
poſt cum eodem Menelaum, qui ad ſalutandum *Redditi captiui quod glo-*
non ad pugnādum venerat, captus ipſe Menelaus *ria cauſa non opum ſi pu-*
cum omni apparatu & concubinis inter quas, Lo- *gnare dicerent.*
noia capta, Salonius, capti 16800 alii in numerū
non venientibus qui è Cypro ſeruituti deſtinabā-
Plutarchus. tur, ex quorum multitudine victoriam licet æſti-
mare, Deus tantum Demetrio animi addidit &
Antigono, vt Regis nomen aſſumere non cunc-
Seneca de beneficiis lib. 3. tarentur præmiumque victoriæ victor Cyprum in
patrem tranſtulit. Quæ non diu ei ſeruiuit, nam
Ptolomęus Demetrio in Aſiam profecto regreſſus
Pauſa. in Atticis. in inſulam tota regni ſui mole eam repetiit & qua-
ſi in vicem fortuna faueret victor ſuæ reſtituit po-
teſtati & ad filium Philadelphum poſterosq; tranſ-
miſit. Qui Archinoen ſororem ei præfecit ipſe ſe
Polyænus li. 8. ſanctioribus curis reſeruans. Ab Archinoe vrbis
refectæ & exornatæ Cyprum regiæ virgini curæ fu-
iſſe oſtendunt. Cæterum Menecrates Salaminem
bis ab oppidanis repulſus tertio conatu abductis
in ſpeciem quibus appulerat nauibus militem ex
deſperatione virtutem eliciens occupauit. Caſſan-
Idem li. 4. der quoque Salaminem ſimulata humanitate ſui

iuris effecit cum captos Athenienſi belli ſine pretio liberos eſſe iuſſiſſet.

CAPVT IX.

AVLETES fratrem Cypro impoſuit Ptolomæum, miſerum quod in ea tempora inciderit quibus attritum populi Ro. ærarium nihil penſi habebat Iurene an bellũ iniuria gereretur. Erat hic quidem populo Romano confœderatus ſed P. Clodii quẽ à piratis captum redimere recuſauerat, inimicus, cuius rogatione addicta fiſco eius hæreditas miſſus. M. Portius Cato qui bello reluctantes perſequatur: Rex qui anxiis ſordibus magnas opes corraſerat easque propter ſe peti videret omni gaza nauibus impoſita altum petens, vt claſſe perforata periret, non ſuſtinuit. Sed præmũ necis ſuæ futurum donum reuexit, poſſidebatur certe ab his quas poſſidere debebat diuitiis titulo rex infixæ animo pecuniæ miſerabile mancipium, hoc ſolo virũ imitatus quod veneno perire maluerit, quam Romanorum triumphis reſeruari. Cato interim nemine contradicente omne aurum hæreditatis Romanæ diſpenſatione, omnemque rem pretioſam quam Pompei præda maiorem iactabat longinqua vexit ſuper æquora Cypro 7. milia vel vt alii 500000 talentorum vna Cypriis Romano intulit ærario, tres naues onerantur maſſis & quantiuis pretii ſuppellectile. Quæ timens Cato ne ventorum inſolentia deprimantur, ſingulis maſſis funem, funi lignum illigauit, cuius quod aquis ſupernatat indicio eſſe poſſit nauigantibus. Cum autem multa ſibi vſurparit Cato ſolum zenonis ſtatuam non vendidit. Seruorũ copia tanta fuit, tanta præſtantia vt vnũ illud Clodio in votis fuerit vt à ſe nomen mutuarentur ſed reſtitit Cato cuius auſpiciis geſtum fuerat bellum cõtentus eos nõ à ſe Portios ſed à patria Cyprios nuncupari. Inſula

Cicero pro Seſtio.

Strabone eſt Clandius pulcher.

Dio li. 39.

Strabo lib. 14.

Val. Max. l 9. c. 4.

Liuij epitome l. 104.

Plut. in Catone & Bruto.

Per Canadum & Bratum.

Seneca conſolatio ad martiani ca. 20.

Vt Plutarchus.
Vt Florus.

Plin. l. 23. c. 8.

Digitized by Google

sula aũt primum quidem in proconsulum Lentuli Claudii Ciceronis gratiam Ciliciæ adiuncta, proprium postea prætorem habuit. Zenophares autẽ ex tyrannis Salaminis fuit eo tempore vel orbi, quam tutorio nomine administrabat, cuius filius Aba in Teucridarum familiam nuptiarum beneficio insertus dominationẽ arripuit Antonio Cleopatraque authoribus, quæ eo mortuo ad Teucri genus rediit. Idem Antonius penes quem orientis fuit dispositio Demetrium ex Cæsaris libertis Cypro præposuit. Qui Labienum ibi latentem intercepit. Idem Cleopatræ primum cum eius liberis totam permisit, quam Augustus cum reliquo oriente triumphis suis adiecit, cuius rei memoriam Arcinoes vrbis nomen in fama gustæ, quasi dicas famam Augusti, mutatum reseruat, ab eodem Paphos terræ motu collapsa libertatem obtinuit, ita vt restaurata Augustæ nomen assumeret.

Cicer. ad Atticum Strabo vocat eum prætorem.

Strabo l. 14.

Dio de. l. 48.

Plutarchus in vita.

Dio li. 54.

Græci aliter nomen deducunt quasi ab arena pulsum.

Digitized by Google

ANALECTA ANTIQVITATVM CYPRI.

SECTIO PRIMA.

De Sacris.

Cic. 3. de natu. Plato in conuiuio. Addunt alij apostraphum Lucianus hortensem.

TRES Veneres celebriores recensentur.

Barba bifurcata Venus in Cypro colitur, ob diuersam amoris vim, duplicem Venerem vulgarem & cælestem, cui postremæ messalia siue vino sacra fiebunt, statura autem ei virilis vestis muliebris erat.

Natalis comes. Macrob. l. 3. c. 8.

Sus Veneri sacrificabatur.

Strabo l. 9.

Histeria festum in Cypro celebre.

Athen. l. 4.

Iuramenta per Venerem nullius pretii.

Ex Tibulli l. 1.

In Paphio templo hostiæ tantum mares leguntur ad aruspicia sanguinemque aræ effundere vetitum, igne autem puro adolebatur.

Tacitus li. 20.

Reges Paphi tantum ex Cynaridarum gente.

Mitris redimiti sunt, tunicis cincti: malum punicum prima Venus seuit.

Herodo. l. 7.

Fabulæ quædam proprio nomine Cypriæ dictæ.

Celius li. 13. c. 2.

Carmina etiam.

Comes l. 1. c. 3.

Laudatur Cypri sinapium.

Athenæus.

Itemque Cotes.

Athen. l. 1. c. 15.

Itemque amygdala.

Plin. l. 37. c. 7.

Æs minutum in Cypro gignitur, quo agricolæ serunt, & cum iustæ maturitatis fuerit recondunt.

Idem lib. 2. c. 11.

Modius Cyprius erat sextariorum 17.

Alex. li. 4. c. 9.

Medimnus Salaminis 9. Paphi 4. metretas continebat.

Epipha. de ponderibus & mensuris.

Genus

Plin. l. 28. c. 2. Genus quoddam hominum erat in Cypro Ophiogenes dicti, qui tactu sudore, sputo, venena pellebant.

Idem l. 28. c. 20. Boues contra tormina hominum excrementis sibi medentur in Cypro.

Athen. l. 2. c. 6. Textores in Cypro insignes Acesas & Helicon fuerunt.

Plin. l. 7. c. 56. Tegulas metalla æris, forcipem, martulum, vectem, Cynaras Agrippæ filius, quinqueremem Nesichton Salaminius, cercutem Cyprii inuenerunt.

LYCIA.

ILLVSTRI IVVENI ANTHONIO DE LALAIN COMITI IN HOECHSTRAETE I. B. G. SALVTEM.

Aliquid nomini tuo deberi publico nomine fateor, ita Lyciam tuam esse iubeo de qua tu priuatim me differentem, quã me publice docentem audijsti, occasione Orontis Virgiliani. Salit animus quoties te adspexi non mea tantum causa cui lucis non parum accessit illustri tua præsentia, sed multo magis quod vnum te propemodum ex Belgii nostri Principum palatiis studia sectantem Louanium elegisse videam. Perspicis quæ opinione hominum cæca sunt, pretio suo vilia esse. Sentis occupato animo nihil iucundius, generoso nihil pulchrius, principi nihil vtilius eis quæ studia gignant voluptate, scientia, prudentia: Hæc sunt, quæ à male feriatis actionibus fatigatum, & plebeia cogitatione nobilem à vitiis auertunt populi curam agentem. Cum enim adulationis vitium aulis principum perpetuum sit, liberaliter educatus princeps quiq; familiariter vtitur doctorum monumentis ex his petere potest quid decorum, quid officii sui. Nesciunt nimirum ad os loqui muti illi magistri, sed heroas claros in cælum laudibus tollunt, & secus agentes dente Theonino rodere non erubescunt. Hæc perspicis haud dubie Adolescens generosissime, ideoq; matris complexibus, Principũ consortio, Palatinis voluptatibus abstinere tantisper optas, dum iuuẽtutem tuam literis & literatorum familiaritate ornaueras, aptiorem futuram ad orbis nostri Belgici onus olim in parte assumendum. Quo in voto finem faciã, teq; non leuibus initiis ad magna assurgentem fausta apprecatione comitabor. Datum Louanio Cal. Maii 5. A. 3. supra sesquimilles. centesi.

CAPVT

CAPVT I. *Quæ ante Troiana tempora.*

Plin. l. 5. c. 27.

Pomponius Mela. lib. 1. ca. 17.

Ptolomæus l. 5. c. 3. tabulæ Asiæ.

Stephanus.

Herodotus.

Herod. l. 1. & 7.

Strabo l. 14.

Diodo. c. 13. de insul. lib.

Tausa. in Atticis.

Plutar. Consol. ad Apollonium.

Libro de politiis.

Ouid. li. 6. Metamorpho.

Agathareides Guidius l. 3. rerum Asiaticarum.

Senec. Thebaid. actu 4.

Strabo l. 14

Diodo. l. 5. c. 56

ÆC ante Heroica tempora celebris Asiæ Regio Mylias & Egygia dicta fuit olim, nomine ipsam antiquitatem testante, cuius incolæ Termylæ vel vt alii Tremyli, Solymique appellati. Horum originem etsi Cretensem aliqui suspicentur, & à Minoe fratre eiectum Sarpedona Myliada regionem occupasse. Vero tamen similius est Lycum Pandionis filium Athenis ab Ægæo pulsum, & nomen & cultum regioni dedisse, templumque Apollini struxisse augustissimum. Huic autem vtpote Græco acceptas ferãt licet Lycii leges optimas & consuetudines Græcã humanitatem redolentes, quanquam ab indigenis dictatas aliquot leges memoriæ proditum est, vnum tamen miror Lyciorum generositati toties à scriptoribus celebratæ plane contrarium: Quod fœminarum imperiis eos paruisse consuetudinibus suis inhærentes referat Heraclides. Atque harum prophana garrulitas, & sordidi quæstus gratiã contemta religio fabulis haud dubie locum fecit. Huius generis fuit Chymera illa à Mysodaci filia, quæ Dracone & Leone fratribus adiuta toti regioni insultauit.

Cæterum dubitandum non est, quin crebris tuta portibus Lycia olim mari valuerit. Cum Italiam vsq; summa cum æquitatis laude eorum producta sit dominatio. Placent in diuersas insulas deductæ Lyciorum coloniæ, qualis illa à Xantho Triopis filio ducta in Lesbum cultoribus destitutam quæ Pelasgis comitibus diuisa eorum obtinuit appellationem.

Verum enimuero vices suas habuit Lyciorum nobilitas alienam quoq; nonnunquam passa dominationem. Certe Carum regibus eos quodammodo subiectos fuisse ex vltima antiquitate erutum

Brieuia modo appellatur.

Factum id Iouis Cretensis anno circiter annum 2450.

De Lyco anime vide Ouid. 15. Metamor.

Hinc fabulantur in ranas à Latona conuersas quam stagno arcebant.

Huc aliqui Ginara fabulam trahunt.

Lycij domini mariu.

Digitized by Google

tum Hipparchi cuiusdam doceat imperium, qui Regi pecuniarum inopia laboranti prospecturus ingenioso commento Lycios iussit comam quam curiose alebant ponere, multam alioquin incursuros; qua interminatione magnam auri vim conflauit omnibus ære quam capillo imminui malētibus.

CAPVT II.

Quæ circa Troiana tempora.

Natalis l. 9. c. 4.

TROIANIS temporibus Iobares cum imperio huic regioni præerat Præti Argiui gener ad quē hac occasione Bellerophō diuertit. Fratris cæde perpetrata Corintho quę ei patria erat, exul Argos cōtendit, à Præto ad mēsæ & salis communionē admissus cū ab Antea vxore Præti ad adulteriū sollicitatus cōstanter reluctaretur, ab ea ipsa quasi tētatæ ipsius pudicitiæ accusatur. Prætus fidem dictis nō abnuens, nocere tamē hospiti nolēs, in Lyciā dimittit cū litteris obsignatis, qbus criminatio comprehendebatur. His oneratus naui cuius malo equi alati species conspiciebatur, iter arripit in Asiam. Quod elatus cum 9 dierum ageretur festiuitas cui interesse iubebatur iis demum elapsis. Iopates litteras resignauit, & hunc à cæde eadem quæ socerum causa auertebat. Ne interim voto Præti refragaretur statuit iuuenem periculis obiectare; quibus si succumbat crimini satisfactum, si superior euadat, vitam & veniam meruisse videretur. hoc factum est: prudentia enim sua, vt victor vbique salutaretur effecit, Solymos gentem validam id temporis subegit, Amazones victricibus armis Asiæ insultantes repressit, insidias Lyciorum superauit, Chimæram, mōtem igniuomū nec nisi feris habitatum, cuius etiam vicinis agris nocebat exhalatio mitiorem reddidit & sationi & ambulationi commodum. His visis Philoloen filiam suam Iopates ei coniugem in manus dedit, præ ser-

Homerus Iliad.

alii Stenebœa

fabula cum equo alato victum qui Pegasus dictus

Athenæus l. 1. c. 2.

Lucianus de Astrologia Bellerophontem ait nō corpore sed animo cælo adscendisse, & Astrologum fuisse

Fulgentius li. 3. mitho fabula 1.
Alciatus l. 1. c. 102.
Pindarus olimp. 13.

fabula: hinc minerua o maxime opem tulisse narratur.

Plutarch. de claris mulieribus c. 9. Tzetzes Chiliad 7 historia 149.

fabula hinc monstrum ab eo domitum cuius prima Leo postrema draco media ipsa Chimæra

Digitized by Google

præsertim cum de innocentia ipsius nemo dubitaret, regnique successorem reliquit. In quo felix fuisset si suis rebus modum ponere didicisset, sed ad virtutem accedente potentia terminis suis cõcludi nequibat, vnde extrema senectute relictus à suis fame propemodum interiit. Interim Minois qui toto mari & maritimæ Asiæ dominabatur frater Sarpedon cum classe in Asiam missus his locis resedit, cuius filius Euander Deidamiam Bellerophonte natam sibi adiunxit, iure ad totius regionis, quam vi pater tentauerat, possessionẽ admissus. Huic filius natus Ani nonime Bellerophõ & Glaucus dict⁹ Bello Troiano claruit. Quo & ipso Sarpedõ Laodamiæ prudẽtia insignis filius claruit Lyciorum in bello Troiano Dux, qui neque pretio neque gratia trahi potuit in Græcorũ partes. Sed Priamo fideliter adhærens, à Patroclo necatus est & cadauere hostibus erepto magnifice sepultus. Extat regni eius terminus qui nomen etiamnum retinet qua Lycia Pamphilis separantur. Vt taceam Lyciæ ductorem classis Orontem, quẽ simul à Troia ventosa per æquora vectum obruit Auster aqua inuoluens nauesque virosque; toties laudatas Lycias Pharetras, sagittas, cornu, & duos Sarpedonis fratres Lycia⁹ ab alta Ænæam comitatus.

fabula eum Pegaso in Cælum voluisse volare vnde Iuppiter iecerit eum.

Diodo c. 13 de insulis

Pindarus olymp. od. 13.

Herod. polyhimnia eum Ioue & Europa filium facit forte quia ex Europa venit in Asiam.

Ideo Ioue natum fabulantur vt Gellius l. 15. c. 21.

Diclys l. 1.

Homerus Iliad. 16.

Pomponius l. 1.

Virg. 6.

Idem l. 7.
Idem l. 8.
& idem l. 10.

CAPVT III.

Quæ sub Persis & Romanis.

QVi Cresi regno limitem fecerant, quamuis toties flauentibus armis scuta sonent, pulsaque pedum fremat excita tellus, Persas superiores experti sunt: Cum enim Harpagus Cyprianæ militiæ præfectus belli Lydici reliquias Persequeretur, sedentibus cunctis Lycii opposuerunt se quidem, fortiter dimicantes, sed numero impares in *a* vrbẽ coacti retrocedere. Ibi vxorem liberos, pecuniam,

Herod. l. 1.

Virg. Æneid. 7.

a Xantum nempe.

Herod. in clio.

arce concluſa concremarunt. Ipſi ne latebras & inglorię mortis compendiũ ſectari viderẽtur iureiurando ſibi deuincti in hoſtẽ ruunt, hoc vnũ ſerio curantes ne inulti morerentur, Ita ex Xanthiorũ turba 80 tantum reliqui qui degeneres ſe ſubduxerant, qui autem eam Lyciæ partem deinceps habitarunt, Iſtaorum ſunt conuenæ. Ita Lycii cõmunem cum Ionia Satrapã (cuius generis Chryſantas fuit) habuerunt, commune cum iis tributũ Magno Regi pendentes, communi fere cum Ionib⁹ ſocietate, Xerxi 50 inſtructiſſimas naues ſubſidio miſerunt in Græcos mouenti, Lyciuſq; Cylerniſcus inter primæ notæ Duces recenſetur. Manſerunt hoc ſtatu quamuis ſæpe inter Græcorũ arma trepidantes, & vbi vſque Perſarum fortuna in Alexandrum reclinauit, cuius partes poſt victoriam Ad Granicum fouerunt. Hoc autem mortuo Ptolomæus, aliquid in Lycia tẽtaſſe videtur. Quãquam Learcho forte obueniſſe legatur qui ab Eumene eiectus eſt cum arma in Egyptum pararentur. Huic per Seleucidas Syriæ Reges ablata, Cyris & Antiocho per Romanos ex fœdere quod cũ Antiocho primum deinde cum Galatis ictum eſt. Romanorum autẽ beneficio Rodys attributa iiſdemque adempta, quod in Perſei bello neutrarũ partium fuiſſent. Reſtituta itaq; eſt ſibi, quamuis Romanorum vectigialis, ob antiquæ generoſitatis & fidei Romanis inuiolatæ meritum. Quam Mithridaticis armis infeſtatam Sylla libertate donauit iterum. Tantique ſemper fuit apud Romanos Lyciorum nomen vt toties magnis largitionibus Regum ſociorum virtutem excitantes & præmiis fidem honorãtes, Lyciam tamen ſui iuris eſſe voluerunt, quam nec Eumeni nec Nicomedi aliisque vnquã donare ſuſtinuerunt. Nec ipſi munere ſe indignos probarunt, cum Bruto & Caſſio hoſtibus à Senatu iudicatis militem mittere recuſarint. Vnde bello petiti, & dum in Machinas ignem

Plut. in Bruto

Her. l. 3.

Idem l. 7.

Cur. l. 3.

Theocri. Eydillio 17.

Iuſt. l. 13.

Liuius.

Appianus Mithrid.

vide Pergamena Bithynica Pontica.

Dio. l. 47.

gnem coniiciunt in diſcrimen adducta Bruti Res niſi milites per medias flammas hoſtem inſecuti Xantum occupaſſent; vbi incenſis aliquot ædibus ſpeciem captæ vrbis facit, Pararenſes affinibus dimiſſis vincit clementia, Lyciaque pæne tota potitur. Quæ tamen victis Bruto & Caſſio ad Auguſtum rediit in partem liberalitatis iterum recepta, & ſub Tiberio deinceps cui⁹ inertia & ætas omnibus deſpectui erat aliquid animi Lyciis accreuit, quod poſtea exeruerunt, ſed parum feliciter. Sub Claudio enim cum vſq; ad Romanorū cædem tumultuarentur, in ſeruitutē redactos Cæſar Pāphiliæ adiecit. Oratoremque cum in Senatu ea res ageretur cum latine roganti mox non reſponderet quaſi hoc munere indignū Ciuitate priuauit.

Plutarchus in Bruto Xantiot refert ſemet & vrbem inuito Bruto ſuccendiſſe.

Dio. l. 6.

Suetonius c. 1.

In Prouinciæ autem formam omni liberalitate ſubtracta à Veſpaſiano redacta eſt Lycia.

GALLICA.

CAPVT I.

Ptolema. l. 5. c. 2. tabula Asiæ. 1.

HÆc Gallica minor & orientalis ad hodie Chiangara. noſtræ differentiam, Gallogræcia à populis qui poſt aliquot ſæcula ea potiti ſunt, Ancyrana à Metropoli Galatia, prius eſt nũcupata. Cuius gẽtes tres: Trogoni & Toliſtobogi à Ducibus Coloniarum, Tectoſages à gente Celtica, nomen mutuatæ quibus adiecti *p* Buccellarii. Harũ vnicuique in 4 partes diuiſæ Tetrarcha præerat Regia fere poteſtate, quod Romanorum etiam temporibus ſero abrogatum eſt.

Plinius l. 5. c. 32.
Nicephus l. 8. c. 52.
q. Tzetza.
Strabo l. 12.
p Liuius l. 38.
r Suidas.

m Suidas in voce Albani

n Auctor de aquinoctio

o Beroſus l. 4.

Credibile eſt multo ante Brenni in Aſiam irruptionem Galathas fuiſſe, & quidem hoc loci, cùm Galatharum Coloni Albani ab aliquibus putẽtur, & *n* Galanthas Hercule natus nomen ſuum ipſis communicaſſe; Quod alii *o* Gomero ex Noe poſteris tribuere malunt. Vt vt eſt res Galatharũ defectu ſcriptorum ſilentio neceſſe eſt prętterire, niſi quod pulcherrimum fęminarum nomen eximia quadã virtutis ſpecie ab hiſtoricis celebretur. Nominatim Camma Dianæ ſacerdos amati cuiuſdam viri inter ſuos primarii vxor. Quam cum Sinorix expetitam ſuperſtite viro in ſuam perttahere nequiret ſententiam, ſceleſtiſſimum auſus nefas incautum necat. Tum quaſi fabulam peregiſſet maiore ſtudio allaborat, donec ipſa conſentire viſa in Dianæ fanum adducta phialam quaſi Deæ libamẽ præbibit, quod vbi viciſſim ille hauſiſſet deã obteſtata ſe eius tantum diei gratia Sinaro ſuperſtitẽ vixiſſe

Plut. exempla. 20. de claris mulieribus.

Digitized by Google

vixisse, mori paratam quando Sinaro vindicate mori permittitur, alta voce proclamauit.

CAPVT II.

Gallica sub Syriacis Regibus.

a *Pluta. paralelo 30. Pausan. in achaicis, & Photius.*

EX tribus millibus qui Brenno Duce per Italiam & Romæ cineres profecti Romanã virtutem fugiebãt, pars Græciam quæ intra pylas est, pars Asiam Thraciamque petierunt. Quorum numerus a 200000 fuisse putatur, qui ab Asiæ b Bitiniæque Regibus in auxilium vocati habitationis locũ partim meruerũt, Partis deuictis eiectisq; Asianis terra eorũ potiti sunt, & ante vagus illis tãdem regionibus hæsit exercitus, Græcaq; deposuit Græco mitis amictu, p Reno potur⁹ Halim. Prim⁹ autẽ Nicomedes in fratrẽ horum vsus est auxilio. Remunerat⁹ eos loco ad habitandũ cõcesso. Post quẽ Attalus Pergami Rex Tectosages è Thracia aduocasse scribitur, quorũ opera cõtra Seleuci & Achæi vim vsus ob Lunæ deliquium postea detrectãtes militiã in Hellespõto considere p misit. Sed cum eorum pars crudelius cum Asianis ageret vrbemque Elienſium obsidione premerent, Themiste Duce Troadem, Prusia Rege omnem Asiam relinquere coacti sunt, non sine insigni & infami clade, liberis eorum & pueris crudeliter necatis. Sed hęc pars tantum viliorem & mercenariam concernunt, cæteri Galathæ magni semper nominis in Asia fuerunt, tantique eius Reges amicitiã illorum fecerunt, vt totius cis Taurum Asiæ tributa tribus eorum populis concederentur, quæ audaci incepto Eumenes primus eis negauit, præter opinionẽ omniũ aspirante fortuna. Victis tamen Gallis nec imperium nec spes, nec opes defuerunt, vt qui sicut Macedonum Regibus non semel auxilia submiserant nihil veriti commune cum iis à Romano hoste periculum, sic nec Antio-

8. factum id anno vrbis 365.

Lomnori & Lutario Ducibus.

Zypathem

alii Ægosages.

Athenæus l. 5. ex Phylarco refert fuisse qui omnes Galatas scanis 400. capacibus in propatulo constructis toto anno excepit conuiuio, patrio vitæ genere sacro.

b *Suidas in voce Galatha.* c *Iust l. 25.*

Claud l. 2. in Eutropium. Liuius l. 38.

Polyb. l. 5. Pausani. in atticis

Polybius l. 5. in fine

Liuius 38.

Plut. in Sylla & in Flaminio.

Digitized by Google

chi inter ſocios numerari refugerunt, confiſi locorum interuallis, quo Romanas aquilas euolaturum minime ſuſpicabantur, quod aliter malo ſuo experti ſunt.

CAPVT III.

Gallica ſub Romanis

Oroſ. l. 10. c. 4. CNEIO enim Manlio credita eſt huius belli ſumma, quo aduentante cum in montes ſuos euaſiſſent, hoſtem fatigando quam pugnando vincere tutius rati neutro valuerunt. Duobus enim præliis fuſi, cæſis 40000 captis nō multo paucioribus, Romanorum tranſierunt in poteſtatem. Et permanſerunt Tetrarchis ſuis more patrio ſubiecti nihilominus, quo ad per Aſiæ inſultantes Reges licuit. Vnum autem hac expeditione accidit memorabile huc inferendum. Erat Ortyagontis vxor Ghiomara quæ Tribuno cuidā captiua forte obuenerat ab eo compreſſa. Quod non muliebriter ferēs cum litro per affines à Solo deduceretur ad flumen, præcipit famulorum vni militem trucidare, cuius caput veſti obuolutū marito deferens hoc vnum aiebat pulchrum eſſe, vnum tantum qui ſecum concubiſſet viuere. Hæc ſunt cum Romanis bella. Cum Syris ſubinde etiam præliatum eſt quorū Zeleucum Regem Galathæ profligarunt, cū Antiocho præliati ſunt, à Gonata ſemel victi. In Antiochi autem bello hoc accidit memorabile quod Centareti cuiuſdam Galathæ equum victor inſcendere volens, excuſſus ſit, non terente Domini hoſtem equi fidelitate. Iā vt vnde abii redeam, omnium ſatis conſtat. Ponticorum Regum inſolentiam Galathiæ quoque fines peragraſſe, ipſumque adeo Mithridatem victam Sertorio ſocietatis præmium obtuliſſe, cuius Tetrarchas & nobilitatem omnem è medio ſuſtulerat, tribus ſolum exceptis quorum humeris Patriæ

Volſoni.

Iuſtinus l. 32.

Plinius c. 55. de viris illuſtribus.

Liuius l. 38.

Plut. exemplo 22. de claru mulieribus.

Vale. Max. l. 6. c. 1.

Florus l. 3. c. 11.

Augustinus l. 3. c. 9. de Ciuitate Dei poſt hoc bellum vult delitias Aſiaticas Romam inuectas,

6 Ortiagon Liuio vocatur tecto ſagarum regulus.

Liuius vult cuſtodiā euaſiſſe, & Centurionem à ministeriis eius ad flumen necatum.

6 Athenæus l. 13. c. 23.
Solinus l. 47.
Plinius l. 8. c. 42.
Lucianus in Zenxe.
Appianus in Syriacis
Solinus c. 46.

Plut. & Appi. in Mithridatico.

Digitized by Google

Dio. l. 42.

triæ ſalus innitebatur. Quid de altero Mithridate dicam qui poſt victum Pharnacem Tetrarchia & Regio nomine Cęſaris beneficio auctus, 60 Galatharum optimates amicitię ſpecie Pergamum euocatos aſperius cum haberet, indignatus Toredorax robore animi & corporis præſtans, ſuos in Regem armat. Quæ per exploratores edoctus ille ſingulos neci dandos curauit, ſolo Nepolitano excepto cui auaritia tortoris in ipſos ſpoliando ſaluti fuit, ſuperueniebat. n. qui ad Regē euocaret iuuenē vita ſi quidē adhuc viueret donandū paulo ante Atticā victoriā. Meclius quidam tetrarcha nominatur, cuius filius Adiotorax Heraclæa ponti necatis vna nocte quotquot ibi agebant Romanis potitus, poſt triumphi dedecus laqueo intercluſo ſpiritu vitam finiuit.

Plut de claris mulieribus exemplo 12.

Aliqui hunc Regem Ponti eſſe volunt alii eundem cū eo qui Pergamenus vocatur.

Strabo l. 12.

Vide Heracleum.

CAPVT IV

Deiotari facta.

Plut in Lucullo

CIRCA eadem tempora Toliſtobogiis Detrarcha fuit Deiotarus quidā qui Lucullo in Mithridatem egregiam nauauit operam, Pompeio etiam ab illo non vulgari honore, ab hoc Armeniæ minoris regno auctus, à Senatu Populi Romani amicus appellatus. Ideoque minus mirandū quod à Magni partibus, bello ciuili cæteris miſſis imo adductis ei ſex equitum millibus. Sed interea Armenię poſſeſſione excidit & Cæſaris gratia cui per Brutum reſtitutus inuidiam Philippi Medici & Caſtoris incurrit; A quibus inſidiarum Iulio hoſpiti ſtructarum titulo accuſatus Cicerone patrono euaſit. Senio confectus ab vrbium reſtauratione & ædificandi cura non ſuperſedit; quamuis eo nomine à Craſſo riſus, cui viciſſim ſtultam in Parthos expeditionem obiiciebat. Catonē muneribus inuitatum fruſtra diu ad curam ſuę prouinciæ & domus perducere conatus eſt poſt mortem

Idem in Pompeio.

Flo. l. 4. c. 2.

Luc. l. 5.

Quæ à Pharnace occupata erat, quod vide in ponticis & Armenia.

Dio l. 42.

Cic. orat pro Deiotaro & 2 Philip. & l. 15. familiarum.

erat hic ei ex filia nepos.

Appi. in Parthicis.

Plut in Catone.

Digitized by Google

tem Cæſaris quaſi cum defuncta amicitia periſſet Antonio relicto, Bruto per Amyntã auxilia ſubminiſtrauit. Tamen ab Antonio Amyntas Galatiæ Rex appellatus memoratur. Vxorem habuit Deiotarus Stratonicẽ, quæ quod ſterilis eſſet Electram ancillam marito indulſit, ex ea creatos liberos pro ſuis educens. Quorum Deiotarus vt nomine ita dignitate Patri reſpondens, eo adhuc ſuperſtite, Armeniæ Galatięque à Senatu præpoſitus partes Antonii fouit quidem in Actiacò bello, ſed poſtea cum Amynta ad Cęſarem reſpiciens, regnum ſuum conſeruauit eo facilius quod æmulos non haberet, reliquis cum Caſtore nuper ob falſo patrẽ crimine delatum, patris opera interfectis. Amynta autem è viuis ſublato regnum Auguſtus liberis eius non dedit, ſed Prouinciæ titulo prefectum impoſuit, in quo veterem Gallogręciæ hiſtoriam termino.

Dio. l. 49. — *Ante mundi 3936.*

Plut. de virt. mulierum.

Dio. li. 51

Strabo l. 12.

Dio. l. 53

MINO-

MINORES ALIQVOT Asiæ minoris & ei vicinæ Regiones.

QVæ quoniam factis suis aut scriptorum defectu vix ita emerserũt vt separatam mereantur historiã, vno capite cõprehendemus, hoc solum facturi ne in Asia esse ignorentur.

Ptolomei tab. 1. Asia comprehensa

Herod. l. 7.

Plinius l. 5. c. 27.

Pompon. mela l. 2. c. 14.

Pamphilia heroicis temporibus nota fuit cum in has oras Amphilochus & Calchas venisse tradantur & originem genti tradidisse Quanquam Mopsopiæ ipsi attributum nomen Mopsum referat, qui iisdem temporibus claruit Phaselum ædificauit. Postea Pamphilii nominatim à Cræso victi scribuntur, cum quo in Syri & Persarum potestatem venerunt, vt qui 30 naues Xersi Græcam expeditionem paranti, submiserunt à Persis autẽ ad Alexandrum parta ad Granicum victoria defecerunt, post eius mortem *o* Learcho commissi, deinceps Asiæ Syriæque Regibus adherentes pro vt cuiusq; valuit imperium tandem Pyratarum Silicum in potestatẽ venerunt, Regum Armeniæ qui Syriam tum obtinebãt incuria. Quibus item *a* M. Antonio domitis forte cum Silicia quo ad aliquã sui partem prouinciæ formam assumpsit, à Quinto Oppio belli Mithridatici tempore gubernata, adeoque ipsi Siliciæ adiunctam ab eodem præfecto rectam asserere non dubitarem præsertim, Amynta mortuo, cui Antonius aliquam eius partẽ donauerat.

Herod. l. 1.

Herod. l. 7.

Cur. l. 3.

o Iust. l. 13.

a obsequẽs anno vrbis 671

Appianus in Mithridatico.

Sicilia hodie.

Galatarum Rex vltimus

Dio. l. 49.

Pisidæ superioribus finitimi Persarum potissi-

Digitized by Google

mum temporibus si floruerint, floruerunt. Vt qui eorum prouincias incursare nonnunquam soluerunt qui prætextus Cyro fuit, cum in fratrem ambitiosa arma assumeret, titulo quidem Pisidas vindicandi, re autem vera fratrem imparatum regno eiiciendi. Post cuius mortem Antrophradotes quidam speculatus adytum in Pisidiam facilem, abitu prius simulato hosti segnius excubanti superueniens, Regionem vastauit. Non tamen ita quin animus redierit tantus vt & Alexandro se, & Antiocho Magnis opponere non dubitarint, quanquam infeliciter ab vtroque redacti in potestatem, deinceps quia in Asia siti, à Romanis cum Asia Eumeni dono, ab Attalo Romanis testamento reddita est.

Plin. l. 5. c 27. Solymos in his numerat.

Laonico Barsacidas dicti putantur.

Xeno. l. 1. de expeditione Cyri.

Cur. l. 2.

Liuius li. 35.

Non procul ab vtrisque Licaones sunt & prouincia olim ab Æssis habitata cuius incolæ ex cantatissimis Italiæ gentibus Oenotrorum postea nomen assumserunt, ducta nimirum eam in Europæ partem colonia. Hæc à Cyro iuniore militibus in prædam data, ab Alexandro per Antigonum subiugata, à Romanis Ariati permissa, ita tamen vt pars aliqua Galatharum ditioni pareret, quæ Amynta mortuo libertate donata est, vti illa Attali testamento prouinciæ Asiæ adiecta.

Dion. Halic. li. 1.

Alij Cappadocia, alij Lycia hanc Regionem adiciunt.

Xeno. li. 1. de expeditione Cyri.

Cur. l. 4.

Iustinus.

Dio l. 43.

PAPHLA-

PAPHLAGONIA.

Plinius. PAPHLAGONIA itidem Asiæ minoris Regio Pylæmenia aliquibus ab Heroe, qui Regibus originem dedit, dicta, cuius incolæ aliis Æneti aliis Ripheteı appellãtur, à Paphlagone Phinei filio primum exculta, distinctam à vicinis nacta appellationem è Cithoro Phrixi filio & Milesiis aliquot vrbibus ornata, cuius Troiano tempore Rex Philoemenes Priami partes secutus Patrocli manu cecidit.

Hodie Rom.

Strabo li. 4.

Iosc. l. 1.

Hos in Italia migrasse vult.

Æmil. Probus in Datame.

Vult Selinus c. 46.

Duos autem huius nominis inuenio, quorum alterius filius Harpalion à Merione necatus, alterius Henetis præpositi, & à Menelao interempti duo filii Mostales & Antiphus, Mæoniorum agmẽ duxerunt.

Homer. Ili. 7.

Idem Iliad. β.

Strabo l. 13.

Ex horum autem genere sunt quicunque deinceps Regionis imperium obtinuerunt, quorum pars in Europam delata Adriatico mari incubuit, pars Mariandino duce Bebrycem Regionem inuadentes à ducis nomine appellatam sui iuris fecerunt. Subiecti autem fuerunt Assyriorum Monarchis Paphlagones vsque ad extrema tempora, cum Sardanapalus legatur, ad Cottum huic à se præfectum tres filios, duasque filias cum magna auri copia misisse, de Arbacis coniuratione sollicitus suisque rebus diffidens. Quo victor ad Mædos aut Babylonios transisse, à quibus ad Lydos, & à Lydis ad Persas nõ dubito, quorum imperium detrectare aut iugum excutere integrum non fuit. Itaque in Tributi exactione Phrigiæ adiuncta. In Xerxis exercitu dotum habuit auxiliis, quæ mise-

Idem l. 12.

Seruius ad 1. Æneid.

Strabo l. 12.

Diodo. l. 3. c. 7.

Herod. & Xeno. l. 1.

Herod. l. 3.

Idem li. 7.

Digitized by Google

rant præfectum. Nec multo post Thyn dynasta Paphlagoniæ celebratur homo voracissimus, cui 100 ex diuersis mensæ indies appositæ, quem ideo Artaxerxes viuere aiebat quasi cito moriturum. Persarum Regi hic rebellis fuit à quo & captus & dimissus.

Athen. l. 10. c. 1.

Idem l. 4. c. 6. ex Theopompi hist. 35.

Sed nihilo melior effectus hac indulgentia, nihil de improba cogitatione remisit, eoque magis Datami amitino suo eum reducere conanti insidias struxit. Quo comperto palam à Datame petitus cum vxore & liberis captus est, & sic Paphlagonia Ciliciæ cui is præerat adiuncta permansit.

Probus Æmilius in Datame.

ANALE-

ANALECTA ANTIQVITATVM ET CONSVETVDINVM Asiæ minoris.

Athen. l. 4. c. 18. Seruius in 4. Æneid.

PATARE in Lycia, fanum est Apollinis oraculo celebre, atque adeo ea tota Deastro illi hyeme seruire credebatur.

Alexand. ab Alexandro l. 4. c. 17. genialium dierum.

Ibidem & piscibus primitias offerunt ligneis verubus sacrificantes. Certo quoq; tempore in gurgites quosdam arenæ cum carnibus assis obelitum iniiciebant, qui mox piscibus & aqua replebantur, vnde oraculum petebant.

Macrob. l. 1. c. 17. Inter omnes autem Deos nemo Apolline maior habetur.

Philost. l. 2. de vita Apollonij. Pergæ in Pamphilia Dianæ honos habetur. Qui à Demophilo scripti hymni canebantur.

Strabo l. 12. Eadem etiam à Castabalis Galatiæ fanum habebat vbi sacræ virgines in prunis ambulare dicebantur illæsæ.

Alex. l. 4. c. 17. In eadem Regione loco aruspicis sacris omnibus adhibebatur Philosophus.

Idem lib. 6. c. 26. Apud eosdem captiui immolabantur, ex quorum sanguine futura prædicebant.

Idem l. 6. c. 4 Pallas apud Cyzicenos præcipuo in honore est, quam & numini illorum præferunt.

Plin. l. 31. c. 2. Apud eosdem fons est cupidinis amorem extinguens.

Pisidæ conuiuantes parentibus libabant quemadmodum alii eis.

Festus. Asiani diem festum celebrabant, quo Metius primum eis præfuit.

Strabo li. 12. In Drynometo consilium 300 cogebatur, à 12 qui totam Galatiam regebant Tetrarchis.

Stob. de legib. Grauiſſimam depoſiti cauſam aiunt Piſide, fraudenterque necabant.

Idem ſir. 44. ex Theophr. Apud Cizicenos pignus ante venditionem 5. diebus per Præconem proclamabatur, ſi quis forte obſiſteret aut ſibi vendicaret.

Idem ibidem. Apud Lycios non ſtatim, ſed demum poſt menſem teſtes producebantur.

Alex. l. 6. c. 12. Apud eosdem liber ſi furabatur ſeruus fiebat.

Stobæus. Adulterum Piſide cum ſcorto Aſinum vectum circumducebant.

Plutarchus. Lycii à matre nomen accipiunt, & filiæ Hæredes inſcribebantur.

Budæus de aſſe l. 5. Stater Cyzicenus fere tres coronatos valebat.

Plin. l. 31. c. 11. Penicilli molliſſimi circa Lyciam naſcuntur.

Herod. l. 7. Paphlagones caſſides compactiles & caligas ad media crura ſubtextas gerebant.

Strabo l. 7. Seruorum ex Paphlagonia non Tibius frequens.

Plinius l. 18. c. 7. Omnia ſeruntur Vergiliarum occaſu in Aſia.

Columella l. 2. Galatæ fractos panes fuſim in menſa ponebant, nec quisquam attingebat niſi prius Regem vidiſſet contingentem.

Athen. l. 4. c. 11 Galatæ ſuilla abſtinebant, quia Atis à ſue diſceptus.

Pauſa. in Achaica. Galatæ lugentes ſcrobes ſubibant, & Lyciorum lex lugentes veſte muliebri tegi iubebat.

Plut. conſolatione ad Apolloniam. Haſtiferus tumulus Lyciorum vocatur.

Idem.

Pynd. nemeorum ode 3.

CYZI-

CYZICVS.

Stephanus eam Vrsorum Insulam dictam ait.

Insula est & vrbes 2 eiusdem nominis nisi quod aliqui inter Cyzicu & Cyzicum distinguant.

HIVS nominis Insula est duobus pontibus continenti annexa, & ciuitas Bithyniæ adscripta in Propontide Æmoniæ nobile gentis opus. Nobilis sua antiquitate cum

Ouid. 1. fastorum.

Appianus in Mithridatico.

à Ioue data fingatur in dotem Proserpinæ, quam proinde eximio cultu & honore prosequuntur incolæ. Vrbs placidis demissa iugis, cui rex Cyzicus olim præfuit ab Argonautis & Iasone per imprudentiam interfectus, tumultu exorto. Hæc deinceps in eam excreuit potentiam, vt magnitudine & ornatu cum primis Asiæ conferatur, arce, mœnibus, portu, turribusque marmoreis; Asiaticæ plagæ littora illustrans tribus armamentariis inclyta, vt armis, instrumẽtis, frumento, instructa semper esset. Templo erat ornata augustissimo. Cuius columnæ 4. vlnarum crassitudine 50. altitudine singulis singulæ constabant lapidibus.

Val. Flaccus l. 3.

P. Mela l. 2. c. 19.
Valer. Idem l. 3.

Florus l. 3. c. 5.

Strabo li. 12.

Plin. l. 36. c. 15.

Xiphilinus ex Dionis 70.

Hæc fuit Asiæ Regum propugnaculum, Syriæ perfugium. Hæc Antiochi diatriba: vnde ad regnũ euocatus est. Antonii hyberna vbi gladiatores ad ludos triumphales alebat qui eo mortuo Didio se tradiderunt. Hæc fuit Græcorum spes, Mennonis desperatio, Macedonum triumphi initium. Hanc à Persarum Satrapis frequentatã Alcibiades Pharnabazo singulari prudentia superata in suam redegit potestatem. Et vt semel toto quo inter Persarum & Græcorum arma medium & indecisum pependit Græciæ imperium, Cyzicus nunc hos nunc illos experta dominos & victores, instabili fortunæ & Martis exposita varietati. Post Alexandri imperium Antigonum aliosque secuta est, qui Asiæ

Iustl. li. 39.

Die l. 51.

Dioder. anno Alexandri primo.

Plutar. in vita.

mino-

minoris regnum poſſederunt. Vt ſunt Syrorum, Pergamenorumque Reges potiſſimum, ex quorum permiſſu Romani iuris eſſe cœpit & quidem Pontico bello.

Eutropius l. 6.

Appia. in Mithridatico.

Plutar. in Luculło,

Florus l. 3. c. 5.

Sueto. Tiberio c. 37.

Dio l. 54.

Idem Frag. l. 70.

Pius 2 in Aſia.

Cum á Mithridate premeretur quãuis tot machinamenta in ſuam perniciem videret excogitari, reſtitit tamen cum 3. linium millia ab hoſtibus capta ad muros vlulare audiret tulit ſolum hoc monito fortunam ipſis ferendam fortiter. Confirmabat autem quamuis grauiter preſſos de Luculli aduentu nuncius, qui terribile ductu per medias hoſtium naues vtre ſuſpenſus & pedibus iter adgubernans quaſi marina piſtrix euadebat. Nec multo poſt irritis quæcunque tentabantur peſte, & coactus eſt recedere Mithridates. Ob egregiam autem in Romanos fidem libertate donata eſt á ſenatu quam Tiberius ei aduenit, quod tamen in parte Auguſto ab aliis attribuitur, qui ob cæſos per tumultum Romanos virgis ſeruitutẽ eos mulctaſſe ſcribatur. Sub Antonio autem terræmotu concidit vrbs ipſa cum templo cuius olim tam celebris vix vlla manent veſtigia & niſi Propontidem noſſemus locum ignoraremus.

STA-

Digitized by Google

STATVS PROVINCIÆ ASIÆ SVB ROMANIS.

Sigonius de iure prouinciarum l.1.c.10. Attali Asiam vocat quæ Varroni Ionia dicta sit.

QVÆ Regiones cis Taurum citas in magna Cherſonezo cõplectebatur, Myſiam, Phrygiam, Golidem, Ioniam, Cariam, Doridẽ, Lydiam, Lycaoniam, & Piſidiã.

Liuius.

Quæ omnis victo Antiocho per Romanos Eumeni attributa, teſtamento Attali Romanis reddita eſt.

Strabo l.13.

Aſconius.

Leges à M. Acquilio ex 10 legatorum ſententia accepit.

Quanquam & Mutii Scæuolæ ſit memoria Sullæ etiam, Murenæ, Luculli, & Pompei.

Cic. in Verrem factum a. Vr. 630.

Vectigalia ei à Caio Sempronio Graccho impoſita, triennio poſt Aquilii triumphum.

Cic. pro lege Manilia.

Conſiſtebant autem in decumis Portorio & ſcriptura, ratione agrorum, mercium, pecorum.

Plut. in Sylla.

Tributi extraordinarii veſtigia tantum obſeruamus; ordinarii non item.

A Plinio ſic recenſentur, & Strabone lib. 13.

Conuentus in Aſia fuerunt, & Dioeceſes, Cibyratica Laodiceæ, Synadenſis, Apamenſis, Alabandenſis, Sardiana, Smyrnæa, Epheſina, Adramyttena, (quæ & Helleſpontia) & Pergamena.

Suetonius. Appianus.

Liberæ autem ciuitates Aſiæ fuerunt, & populi Ilienſes, Chii, Rhodi, Lycii Magneſi, & poſt bellum Mithridaticum vſque ad Tiberium Syziceni & Therinenſes.

IONICA IN ASIA.

REVERENDO ADMODVM D. DIO. LAMPSONIO DN. DIONYSII LEODICENSIVM DECANO meritiſſimo Ionica Aſiæ illuſtriora offero.

NOn quod in iis aliquid Ionicæ voluptatis,
Aliquid cupediarum.
Quæ luderent aures bene natas,
Tuas læderent.
Procul ſint Ionum ſecundæ, quæ fere primæ ſunt,
Procul obſonatores & mercedem canens vnguentaria,
Procul forum & taberna,
Ni exponat aliquid ingenio ad vſum, ingenuo ad fructum.
Audit etiam vrbs de agris.
Togatus de ſago diſſerit.
Intemperantem nouit continens.
Et nos Europæos de Aſia
Audire, diſſerere, nouiſſe iuuat.
Licet moribus, natura, religione abſimilis.
Quid Iones egerint ſæculis fere triginta,
Et ſcire vniuerſim, & ſcribere ordinate æque difficile.
Aliqua tamen hinc inde indigna forent ſilentio.
Hæc carptim ego ſelegi & tibi potiſſimum obtuli.
Quod vir Magnus, literatus, & mihi amicus,
Publico, tuo, meoque merearis nomine.
Merearis autem non hoc exiguum, illiberatum & vile
Sed aliud eximium, politum, nobile,
Verbo te dignum.

Quale

Quale noſtra non ſunt Ionica,
Niſi eſſe tu iubeas,
Defectum maturitate tua ſuppleas.
Cruditatem, prudentia:
Ruditatem, eruditione.
Hoc te facturum mihi promiſi,
Qui ſoles curas ſanctiores temperare
Amænioribus Parnaſſi nœniis,
Tenerioribus linguæ laqueis,
Et non illiteratoco lloquio.
Amæna ſunt hæc & tenera
Adoleſcentiæ meæ.
Vtinam autem literata.
Sed eſto: talia qualia placebunt tibi,
Si à me proficiſcantur non diſplicet.
Si talia qualia diſplicent tibi
A me profecta ſint, non placet.
Illud ſpero, hoc metuo inter vtrumque.
Animo tamen in ſpem maiore.

Totus tuus vt ſuus

Ioannes Baptiſta Gramaye.

CAPVT I.

IONIÆ in Asia fines non vna regione terminati sunt cum ex 12 eius vrbibus 6 in Lydia 2 in Caria, in insulis totidem, in Phrygia vna, vna autem primaria Miletus.

Herodo. l. 1.

Strabo. l. 8.

Duodecimus autem præ cæteris placuit numerus eo quod 12 Æolum & Peloponnesi, totidē Achęorum qui Iones sedibus suis eiecerunt partes. Pauioniorum nomen aliquando habuerunt lingua aut potius semidi alecto distincti quadripartita.

Tertul. de pallio Iones Nili Comites. Asiam nouis vrbibus instruxere.

Paus. achaicis.

Qui autem has in Asia colonias miserunt Atheniensis, potissimum sunt ex Peloponneso pulsi iunctis sibi Codri filiis. Androclus quidem Codri Athenienſis filius primum Ionum Coloniæ, mox

Strabo l. 14.

Æolicę imperans Ephesum vrbem sedemq; Regiam fecit. Vt nemo miretur huius generi & posteris regni honore datam purpuram & Scipionem,

Olim Thrichia, Ortygia, Ptelea dicta & Sarmorne à Diana sacerdote cui filia fuit Amazon.

Strabo l. 12. ait Cares duce Sarpedone condidisse Miletum.

vtq; Cereris Eleusiniæ sacra, & certaminibus præsideant, Neleus Pylius Miletum condidit. Epitus eius filius Prienem ex Codri nothis Cydrelus Mynutem, Erythras vrbem sui nominis, Andro-

Minnerius in Nanato Anacreon.

copus Lebedum, Andremon Pylius Colophonē, Athamas Theum Philotas item Nauclas Pęginas, & Damathus suas, Phocæam Philogenus, Clazamenas Patalus, Thium Egertius, hamum Tymbriō. Ad has 12 Ephesiorum opera Smyrna accessit. De Ephesiorum autem nomine inter auctores

Callinus ait Ephesum etiā Smyrna nomen habuisse.

Suidas.

Heraclidis de politiis

plane nō conuenit, aliis asserentibus, à Caupone sic dicta, aliis ab Amazone cui Hercules totam Amycala vsque Pitanam Regionē permisit, quod persuadet cum græca 7 notatio tum pars aliqua populi Ephesini quæ Amazonis nomine Syssiba appellatur. Cæterum locus ipse oraculo designatus perhibetur quod ibi demum vrbem exædificandam respondit, vbi piscis aperque monstrasset. Accidit autem vt apud Hypeleum fontē portumque

7 grate enim significas per missionem ἵεσιν.

Digitized by Google

tumq; qui sacer dictus est piscatores quidam prandium adornarent, piscium que vnus cum carbonibus in vicinum palearum fascem exilibus flammam excitaret. Quo territus aper qui fasciculo se occultauerat se propipiens bonam montis partem percurrens vsque ad Tracheam euasit, & loco vbi Palladis fanum postea iectum est, ex vulnere cõcidit. In hac vrbe Chersiphon Dianæ templum extruxit magnificentissimum in solo palustri totius Asiæ concursu non minus quam impensis nobile. Quod antequam ad summum perduxerint fastigium ducentos annos abiisse traditur. Vt taceam 127 regum monumenta quæ columnæ sunt, ex quibus 36. miro artificio celatæ omnes 60. pedum altitudine.

Athenæus li. 8. c. 11. ex Creophilo in terminis Ephesiorum.

Strabo lib. 14.

Lucianus in Icaro Menyppo.

Ne videlicet terræmotus sentiret.

Mela lib. 2. ca. 17. templum hoc atque adeo Ephesum Amazonum opus esse vult.

CAPVT II.

Quædam furoris exempla.

Plut. de claris mulieribus exemplo 11.

MAGNVM Ionicæ ingenuitatis argumentum hoc fuit, quod annalibus consignatum ad nos peruenit. Cum manifestus quidam furor, & Phrenesis Milesias Virgines inuasisset, cuius neq; causa neque remedium appareret, vt omnes repentina mortis cupiditate seipsas strangularent, nec parentum lachrymæ, nec amicorum monita, nec diligẽs custodia immanem fallere posset pertinaciam: Spectatæ quidam prudentiæ vir rogatione ad populum facta decreuit, vt earum quæ sibi manus conscissent nuda per forum cadauera protraherentur.

Polyænus stratagematum l. 8.

Gellius l. 15. c. 10.

Hæc turpitudinis comminatio apud generosas mentes tantum valuit vt quas dolor non reuocasset à morte, á laqueo reuocaret ignominia. Ne autem Milesiæ tantum furere videantur, ecce alia leuitatis exempla. Brennus Gallorum rex Asiam diripiens plebeiam virginem deperiit, quæ & concubitum ei, & patriæ Ephesi proditionem pollici-

Plut. paral. 30. ex Clitophanu primo rerum Gallicarum.

Stobæus ser. 10. ex eiusdem 5.

ta est si mundum sibi muliebrem manuumq; ornamenta darent. Factum est sane & in auarissimæ meretricis sinum milites aurum quod gestabant coniicientes, pondere eam oppresserunt. Addam aliud. Diniæ Ephesio cum Agatocle Samio summa erat necessitudo, quam assentatorum pressit inuidia, non tamen oppressit, erat in vrbe Chariclæa Demonactis vxor meretrix ingeniosa, cui amores mentiri, familias expilare, procos suspendere, vsitatum erat. Ab hac ad Diniam opulentũ frequentes litterulæ, serta semimarcida, mala admorsa vẽtitabant. Quibus artibus mulier primaria incautum allicit, placet, subiugat. Mox vbi captiuum vidit adolescentem cœpit quasi à viro obseruata paulatim eius congressui se substrahere. Cuius impatiens amator profundebat quicquid erat facultatum, donec relictus ab omnibus ad Agatoclem se recepit. Qui intempestiuam ratus defectionem amico exprobrare domum quæ ei vnica erat diuẽdens, precium ad tria talenta ei communicauit. Quibus iterum vir factus, iterum diues amicitiis, & amata dignus cum ad eam se reciperet, Demonax ex composito erumpens insurgit quem iuuenis cum Chariclæa vecte & gladio proprio transuerberat. Hac propter à Persarũ Præfecto in Gyarum ablegatus amicum exilii comitem inuenit, qui nec operam purpurariis locãs, nec viuum nec ægrum nec mortuũ quidem reliquit, pudori ducens si vel cineres caros deseruisset. Celebris est ille Ephesiorum furor & belli ciuilis in homines frugi speciem habere potest illud edictum quo Hermodorus eiectus est, publicatum ne quis frugi sit, alias cum eo eiiciendus.

Lucianus toxari.

Strabo l. 14.

CAPVT LIII.

Antiquæ quædam seditiones.

VLCINVS est furorii isti tumultus & seditio quibus non Ciuitates tantũ inter se sed & vnaquæque fere

Plutarchus de clatis mulieribus exemp. 16.

fere intra se laborauit. Cantatissima est Milesiorũ in Nilei filios concitatio & secessio in Myontem Campieriæ amor sopiuit vnum illud à Phrygio proco Nileida desiderãtis vt sæpe Mileti esse sibi liceret. Deterior multo fuit eorundẽ in Gergithas id est potentiores conspiratio. Cum enim populus superior euasisset in vnã aream collectos enectorum filios boum vngulis proteri, & pessundari sustinuit Quid dicam de Lysandri amicis quorũ dominatio caris stetit Milesiis, nec enim nisi cæsa per fraudem plebe, & auctoribus sublatis tumultus auferri poterat. Familiare fuit Milesiis, & tirannos præfectosque insidiis petere, Domini enim ac libertatis longo tempore æque impatientes erant, vnde cum sub Caribus esset à Mausolo Rege sedandi tumultus causa Ægyptus quidam ablegatus est. Qui cũ sibi laqueos tendi obseruaret dispositosque ad mare, qui digredientem comprehenderent percussores, clam ignotus in nauem se proripuit, quod ne innotesceret missus in speciem à nauarco qui Ægyptum in vrbe quæreret, soluendi enim tempus appetere. Hoc audito qui latebras occupabant, vrbem cingunt, arreptaque occasione Ægyptus vela facit. Nec Miletus magis quam Ephesus intestinis hisce laborauit seditionibus cũ ob illas Lebedii Coum relinquere compulsi legãtur, nec Ephesus magis quam aliæ vrbes, quarum exempla aliquot adferre possem si mererentur referri, & aliquid veræ virtutis permixtum haberẽt.

Polianus l. 8.

Athenæus l. 11. c. 8.

Polianus l. 1.

Polianus l. 6.

Strabo l. 14.

De simili Plutarchus in quæstionibus græcis, quæ exorta fuit Chiæ & Damasenore oppressis, populoque in duas sodalitates scissõ quorũ phœnix altera, altera Thriãrcha dicebatur cumque potentes summã rei in se transtulissent de ea deliberaturi in Mare sẽ conferebant.

CAPVT IV.

Bella aliquot Ionum inter se.

SVBIICIAM modo celebriores quosdam Ioniorum inter se disceptationes quæ longe plures, imo perpetuæ fuerunt, cum fatale malum liberis Ciuitatibus sit alienæ felicitatis inuidentia. Chii cum Erithræis de Leuconia certasse leguntur

cum

cumq; ferendo hostium impetum non essent iu-
Polienus l. 8. rasse se Chlæna & Chlamyde tantũ vsuros. Quod cum indignum Matronis videretur, nec salua iuramenti fide aliter fieri posset, iusserunt bonæ illæ viros mutatis appellationibus Chlęnæ & tunicæ nomina hastis & scuto indere. Quo probato formidini hostibus fuerunt. Frequentia Epheso fuerunt bella cum Smyrneis vnius gremii & eiusdem recti populo, donec per secessionem auulsus Lelegibus eiectis alium vrbi locum delegit, vnde nõ multo post ab Eolibus pulsus Colofoniorum opera & solium recuperarunt, & recuperatum contra
Strabo l. 14. Ephesiorum vim facile tuiti sunt. Colofonii autẽ quos dico equitatu celebres prouerbio locum fecerunt, ita vt rem factam se habere arbitrarentur qui hos nacti essent auxiliares. Quemadmodum autem equitatu Colophonii ita & Corypæi perpetuo stratagemate innotuerunt, quo Mercatores adoriri, & diripere solebant. Posteriora his omnibus sunt Milesiorum cum Samiis bella, quæ Athenienſium ope & Periclis auspiciis feliciter cesserũt, Samiis post molestam obsidionem se dedere coactis, & quidem deinceps Milesii Athenienſiũ partes fouerunt, toto belli Peloponnesiaci tempore quo de Argiuis aliisque sæpe insignes reportarunt victorias. Chalcidentium etiam cum Erithræis cõtentio multorum annorum spatio protracta, tota diuisim Græcia pro alterutris certante, ingẽs fuit, & nisi Cræsi Cyrique superuenisset dominatio, ab armis discessum non esset superstite amborũ gloria, & nisi victoria alterutrius sanguine & internecione pensata fuisset. Prisco etiam tempore Smyrnęis Sardiani bellum indixerunt; nec se soluturos obsidionem, nisi vxores Smyrnæi suas eorũ libidini permitterent. Durum profecto, & vix ferendum liberali animo imperii genus. Ibi Phylarchi cuiusdam ancilla nouo commento excogitauit, & hostium obscænitatem fallere, & Dominorum

Thucidides l. 1.

Idem l. 8.

Idem l. 1.

Plutarchus paralelo 36. ex Dositei l. 3. rerum Lybicarum.

Colophonem alicui addere, id est, finem imponere. Prouerbium, de quo vide Chiliades Erasmi.

norum, thoros seruare, si nempe cultu herili in liberarum locum seruæ mittantur.

CAPVT V.

Status Ioniæ vsque ad Lydorum tempora.

Dio. l. 3. IONES olim ab Assyriis domiti leguntur, mox
Her. l. 2. à Phameticho Ægypti Rege, cuius duo extãt ti-
Heraclides. tuli, Ab Amazonibus demum & populis diuisim
Herodo. l. 1. illis in quorum finibus vnaquæque sita erat Ciui-
tas quanquam frequenter se in libertatem vindi-
casse frequentius tirannos habuisse non negarim.
Palæphatus de non credendis fabulis. Ante Troię euersionem Herculis Mileti fama fuit
qui Hesperi cuiusdam filiabus Draconis (id Pasto-
Home. Iliade tertia. ri nomen erat) opera, oues abegit. Itemque Mych-
Strabo l. 12. doni & Otrei, quibus Priamus auxilia misit in bel-
lo Ionico, quod Amazonum opera excitatum qui-
dam opinantur. Quibus tamen non obstantibus,
Homer. Il. 2. Phonestella. lego Amphimacho Nomionis Duce Milesios in
bello ad Troiam militasse, cuius excidium in hac
ipsa Ionia *x* Sybillarum vna prædixisse memora-
tur, Paulo autem post Colophona venit Calchas
Strabo l. 14. ex Hesiodo & Pharecide. per illa tempora vates nobilis, ibique cum propo-
sitis inuicem coniectationibus à Mopso vince-
retur; dolore mortuus est.

Hinc aliqui colligunt falsum esse quod scribatur Amazones Priamo succurrisse

x Erythræa hac vocata fuit

4 De suis pragnantis fatũ numero vel vt alii de ficuum Caprifici vocatum volunt.

CAPVT VI.

Status Ioniæ sub Lydis.

CRESCENTE Lydorum imperio quotidiana
fuit inter vtrumque populum dissensio. Pri-
Gellius l. 1. c. 11. mus Mermnadarum Candatiles Colophone ex-
Pausanias Messeniacis. pugnata Mileto & Smyrnæ bellum indixit, vnde
tamen Ciuium virtute pellitur, Ardyis Miletum
Herod. l. Clio. & Pryenem inuasit, Cuius æuo celebris fuit illa
Cymmeriorum in omnem Asiam excursio, quam

Digitized by Google

& Iones senserũt. Alyattes Clazomenas, & Smyrnam occupauit, traditum à Parentibus per manus bellum prosequutus. Hoc autem stratagemate vtebatur. Exercitum in adultas fruges populatum mittebat, domibus & quæ in eis parcens, vt essent qui agros colerent, & pararẽt quod alias rapi posset. Duobus grauibus prælijs victi Milesij, in Liminæo & Mæandri campo, etiam in duodecimũ annum vergebat obsidio. Cumque ad ineundum fœdus ab Aliatte Miletum legati mitterẽtur, Crazibulus loci tyrannus omne totius vrbis frumentum in forum deferri præcepit, & signo dato omnes compotationibus operam dare. Quod vbi per Legatos Lydo renunciatum est, qui extrema omnium rerum penuria eos adigi putabat, pacis & societatis ineundæ dedit occasionem. Qui hũc sequutus est Cræsus, tum Iones tum Græcos reliquos subegit, nec contentus victoria, tributum insuper imperauit. Vbi hoc memorabile, quod Ephesij ab eo obsessi fiducia dubium an pietate singulari vrbẽ Dianæ donarunt, funem ex tẽplo stadijs distante, muro alligãtes. Hoc stratagemate:

Nepos Cræsi qui vrbi præerat, libertatem vrbi & Ciuibus impetrauit & deinceps Cræso Iones adhæserunt, vt qui ne Cyrum quidem ad societatem eos inuitantem audierint; vnde & cum victo Cræso legatos de pace & fœdere misissent, recepti non sunt, mari tamen fere quo potiti ante fuerant cesserũt. Sed eos vniuersim Mazaras, & post Mazaram Harpagus debellauit, Milesijs exceptis, qui in societatem recepti, & Ephesijs quos Euripates proditor furtę seruauit. Ita Iones Orætzem Lybiæ præfectum aut certe Chrysantem Lyciæ superiores agnouerunt, ita tamen vt sub vno communi Satrapa quasi protectæ singulæ suos vrbes tyrãnos haberẽt. Quæ iunctis Pamphilys, Caribus, Eolide & Lycia quotannis Magno Regi 400 argenti talenta pependerunt.

Strabo. l. 14.

Vide Lydica.

Polianus l. 6.

Ælianus l. 3. c. 26. templum Veneris vocat.

Eustatius in Dyonisium Pindarum vocant ex meleto Ephesij vxore Alyattu filia natum.

Herodo. l. 1 clio.

Thucididas l. 1.

Suidas.

Herodo. l. 3.

Idem l. 5.

Herodo. l. 3.

Babilonica.

C. A-

CAPVT VII.

Tyranni aliquot Ionum ſub Perſis.

EX genere autem tyrannorum Policrates 8 Sami fuit, cui Siloxon ſucceſſit. Cous apud Mytileneos præmium conſilii boni & fidelis conſecutus, & eodem pene tempore apud Mileſios Iſtiæus qui Iones quibus præfuerat ad defectionẽ ſollicitare volens ob fideles, & frequentes viarum cuſtodias litteris tuto credi poſſe non videretur, capillis abraſis litteras in caput Serui imprimit, qui cum rurſus adoleuiſſent ad Ariſtogaram affinem & in Ionias ſucceſſorem ablegant. Ingrati, & inconſtantis animi ſignum in Iſtiæo fuit, qui ante contra Græcos auctores Ionici generis Dario adhæſerat, Meltiates de vindicanda Ionia conſilium aperuerat, reliquos vicinarum vrbium tyrannos in perfidiæ ſocietatem acceperat, ipſe viciſſim à Perſa Myrcino. Edonide & vrbis ad Stymonem condendę donatus poteſtate, quodque his maius eſt, initimi conſilii particeps effectus modo neſcio qualiter aulæ pertæſus. Cumque re intellecta per Darium ipſe rogaretur ignorantiam ſimulans inſuper pacandæ Ioniæ negotium poſtulat. Sed profectus cum ab Artapherne, Sardium præfecto res ſuas patere cognouiſſet. Ariſtagoras enim Græcorum viribus fultus Ioniam ad ſe traxerat, in Chiũ fugit, vbi in vincula coniectus iiſdem paulo poſt ſolutus, Miletum fruſtra obſidet, onerarias Ionum circa Bizantium expilat. Audiens Miletum à Perſis expugnatam Biſalta ad Helleſpontum Chios relicto ſuperat, Tarſum oppugnat, Atarnis prouinciam populatur. Tandem ab Harpago profligatus captuſq; & Sardibus necatus caput ſale cõditum Dario miſſum, quod ille lotum ſepeliuit. Hoc fato oppetiit Iſtiæus, Ariſtagaras vero qui calceum ab Iſtiæo conſutum induerat, poſt Naxiotum infelicem oppugnationem alienum à Perſis

8 latius hac narrabuntur in inſulis.

Herodo. l. 3.

Polyæn. l. 2.

Pauſanias achaicis Emilius in vita

Herodo. l. 5.

Herodo. l. 5.

animum habuit nec tamẽ niſi ab Iſtiæo impulſus deſciuit, Tum bona tyrannorum Ioniæ parte, qui Perſarum rebus fauere putabant, libertati Ciuitates reſtituit Magiſtratu ſingulis deſcripto. Græciã petit auxilio vt putabat futuram. Sed repulſus à Lacedemoniis Athenienſes ex occaſione Hippiæ qui ad Perſas fugerat faciles inuenit, qui 20 nauũ auxilia Duce Melantho ſubminiſtrarunt. His fretus Sardes accendit, populatur Aſiã, Cipriis & Caribus auxilio venit. Vario ex euentu ſæpe pugnatũ donec Clazomenæ & Cumæ defecerũt, Hæc ſolum illa Ionum vrbs tum rebus ſuis diffidens demittenda in Thraciam colonia rogationem fecit. Quo profectus cõmiſſa Pythagorę Mileto in vrbs cuiuſdam oppugnatione Thracum vi cũ ſuis obrutus eſt.

aiunt eum ad Clemenẽ aream tabulam attuliſſe in qua maris terraque Ionum deſcriptio erat.

Iuſtinus.

CAPVT VIII.

Per Perſas geſta in Ionia

INTERIM Perſæ collectis quicquid reliquum erat viribus Iones magis magiſque vrgebãt, præcipue Miletum quam terra marique aggrediebantur. Nec ſegnior hoſtis ſecutus de Mileto nauale exercitum haud contemnendum efficit. Cuius metu Perſæ ad dolos verſi per eiectos nuper ab Ariſtogora tyrannos plerorumque animos mutat. Vbi ad manus ventũ eſt Samii primi exceptis quæ dicto audire recuſabant 10 nauibus ſe ſubduxerunt. Leſbii ſequuntur alii atq; alii deinceps. Chii nec moniti, nec territi vllius exemplo pugnam pęne ſoli ſuſtinuerunt, donec aliquot ſuarum nauiũ amiſſis, aliquot hoſtium captis, Mycalem ſe receperunt. Huius fidelitatis præmium certe perexiguum retulerunt à fortuna. Nam ſub noctem Epheſiorũ fines pedeſtri itinere ingreſſi à mulieribus ſacra legiferę Cereri facientibus oppreſſi ſunt Perſæ victorię inſiſtendum rati terra marique Miletum

Herod. l. 6. Oroſ. l. 2 c. 9.

Digitized by Google

Predictum Arginij ab Apolline Delphico.

letum oppugnabant qua in poteſtatem redacta ciues Suſa translati & amba Ciuitate ad mare donati. Ager Perſis Caribusque diuiſus. Quæ res Athenienſibus, quanquam iam ante auxilia Ionibus ſubſtraxiſſent, dolori fuit nõ exiguo. Samii & plerique alii Ionum Mileto expugnata nihil ſpei reliquum eſſe rati, nõ expectatis Perſis alii alio ſe ſubduxerunt. Sequenti anno pacatis rebus Artaphernes Sardium præfectus diuiſa per Paraſangas Regione tributa Ionibus impoſuit noua. Qui paulo poſt Xerxe in Græcos mouente 100 naues inſtructiſſimas ei auxilio miſerunt quibus Ariabignes præpoſitus, non obſtante quod Xerxes excepto Epheſio omnia Ioniæ templa combuſſerit. Interquæ primum facile Appollinis Dyndimæni, cuius theſauro prodito Branchidæ fugerunt. Mileſii tamen aliud immenſæ magnitudinis fanum, quod ideo ſine tecto manſit, reſtituerunt. Dum res in Græciæ Penetralibus ageretur, & Perſicos apparatus timerent Athenienſes, Iones primæ ad Salaminem, & alterius ad Mycalem victoriæ Græcis auctores fuerunt. Cum enim res maritima horũ & Phænicum auſpiciis gereretur Themiſtocles illos in partes ſuas pertrahendos ſtatuit, cumque nõ eſſet colloquendi copia, ſimbolos proponi iuſſit ſaxiſque inſcribi qua erant applicituri. Quibus ad defectionem inuitabantur. Impios eſſe qui aduerſus conditores ſuos arma ſuſcipiunt, ingratos qui aduerſus vindices. Quapropter vela vertant aut non minus cum ad manus ventũ fuerit ſe ſubſtrahant. His propoſitis exiſtimabat Iones permouẽdos, ſi priores acceſſiſſent, Perſas quoq; Iones ſuſpectos habituros ſi præueniſſet. Illud vſu venit, nã vbi ad manus ventum & apud anguſtias freti Salaminii nauibus cõcurſum, Iones prout præceptum erat pugnæ ſe ſubducunt, quorũ receſſio animos reliquorum fregit. Poſt reditum Xerxis in Aſiam Leotychides Dux Spartanus miſſus ad perſequen-

Herodo. l. 7.

Cic. 1. Verrina.

Solinus c. 43.

Strabo. l. 14.

Curtius l. 7.

Suidas in voce Branchidæ

Herodo. in Vrania l. 8.

Iuſt. l. 2.

Polianus l. 1. morũ inquit inſcriptum.

das, fugientium naues Samum venit & omne ex Hegesistrati hospitis sui nomine acepto in Ioniã soluit, cui tutandæ cum 60000 Tigranes relictus erat Persarum præstantissimus. Cum quo Leotychides expositis in terram copiis congressus, cum fama victoriæ platæensis incerto authore vulgaretur animatus Ionas inclamat, meminerint libertatis & tesseræ Hebes. Quo facto cum diu varia fortuna luctati essent Ionibus ad secessionem cõuersis victores Græci Ionia potiti sunt, Agitatum post hanc victoriam in communi Græciæ consessu de referendis in Græciam Ionibus, eo quod difficile videretur eos contra Persarum incursus tueri. Sed prævalente altera sententia Athenienssium in Asia relicti aliquamdiu liberi fuerunt. Circa eadé tempora Themistocles ingratam patriam, fugiens à Persa virtutis merito receptus Lampsaco Minute & Magnesia donatur, vbi & occubuit. Quo tẽpore & Athenienses & Spartani continuis se bellis exagitarent, vtrisque seruiuit alternatim Ionia non tamen vniuersa, partem eius sibi Persis vendicantibus, Pisunthæ & Tissapherne huic præpositis licet Cemonis virtus Alcibiades ingenium Cononis conatus nihil non tentauerint. Sub Cyro autem Darii noti filio tota fere Ionia ei se adiũxit, exceptaMileto, vbi Tessaphernes, pulsis aduersæ factionis ciuibus se tuebatur exulesque reduxit prudentia singulari, simulatione egregia.

Herodo. l. 9.
Polianus l. 1.
Strabo l. 12.
à Xerxeis factum alii ab Artoxerxe.
Plut. & Æmilius in vitis.
Iust, l. 5.
Xenopho l. 1. histor.
Xenopho. l. 1.
Plutar. in Alcibiade Lysandro, & Agesilao videntur qui Ionum meminit Græcis semper fauentium etiamsi à Persis stare aliquando visi & coacti sint.

CAPVT IX.

Gesta circa Alexandri æuum.

EADEM qua Alexander natus est nocte augustissimum Ephesi templi deflagrasse perhibẽt. Herostrato quodã hac via nominis immortalitatẽ venante quam tamen vix consecutus est, Ephesiis decreto tetermini hominis memoriam abolenti-

Cic. l. 1. de natura Deorum.
Valerius l. 8. c. 14.
Hinc fabula orta, Dianam qua in nativitate Alexandri occupabatur tẽplo suo opem ferre, non potuisse.

bus

Digitized by Google

bus adeo vt nisi Theopompi diuinum ingenium
Solinus c. 40. historiis suis illud inseruisset nomen ipsius ignoraretur. Templum autem hoc Democrate quodam operis præfecto paulo post restauratum, si non ad pristinam maiestatem, certe ad veterē accessit religionem, Cum idem Alexander magnus aut eius
Curtius l. 3. auspiciis Amyntas Ephesum ingressus Democratia, Oligarchiam commutans, tributa barbaris
Arianus l. 1. pendi solita Dianæ donauerit. Ciues autem ipsi quam libertatis amantes fuerint vnico facto abūde declararunt. Qui Pelagonem prophanatorem sepulchri Herophyti (fuerat is libertatis patriæ vindex acerrimus) & quod Memnone introducto visus fuerat templo iniuriam feciſſe, tēplo extractum cum Vxore & liberis, non obstante Asyli religione qua frui eum posse negabant, interemerunt, idem in plures tentaturi, nisi Alexander vetuisset. Cuius tempore Codrus & Diodorus & Anaxagoras virtutis & naturæ germanitate pares in Hegesiam Ephesiorum Tyrannum conspirārunt, vinctumque neci tradiderunt, eo nomine à Philoxeno citati cum à ciuibus non impetrarentur adducto in vrbem præsidio capti sunt vinctique
Polyænus l. 6. Strateg. arcis Sardianorum custodiæ crediti. Qui cū Philutinæ auxilio vincula dissipassent seruiliq; habitu per noctis tenebras per funē se dimiserunt, casuque Diodorus altero crure læsus militum velocitati esse non potuit. A quibus ad Alexandrum missus, quo mortuo ad Perdiceam legis iudicium subiturus, sed fratres alii duo qui Athenas vsque euaserant audita Alexandri morte patriam repetētes Diodorū periculo liberarunt. Hæc fere Ephesi
Curtius l. 2. sub Alexandro acciderunt, qui Cralles & Magnesiam in Thracia recepit misso Parmenione. Pulso
Strabo l. 14. Hidarne Miletum vi cepit, quæ Persica clade maiorem accepit, quia maioris in se iram, concitauerat Branchidas ob proditum thesaurum perosus
Arianus l. 2. impiosq; ratus impiorū posteros falsi nominis vrbem euertit Ciuesque interemit, qui se non mili-
Suidas.

Strabo l. 14. refert Artemidorum aurea in templo statua donatū in quod contra Heracleotidem probasset lacus Selinusia reditus peramplos, à publicanis inuasos Ephesinis iure esse.

Erat hic ab Alexandro Præfectus Ioniæ.

x Templi nimirum Apollinis barbaris proditi in gratiam Xerxis.

tum

tum tantum sed & iustitiam euasisse opinabantur.

CAPVT X.

Quæ sub Syriacis Asiæque Regibus & Romanis.

Polyænus l. 4.

POST Alexandrum Ephesо præpositum Pencarchum lego, quem cum Lysimacho studere Demetrius accepisset, & 50 talentis vrbem ei traditurum abitu simulato mox cum Nicanore portum inuehitur in aliqua nauis parte latens. Nicanorem solum appulisse putans Prutarchus fallitur celoce qua Diodorus cum Nicanore collocuturus venerat capta & mersa proditor securus prę-uenitur, fuit & Ænetus Dilmetrii Dux Ephesо prę-fectus. Lycus autem Lysimachi partes sectans cũ Androne Consilio inito arce & Æneto potitus est. Ipse enim cum suis ab Archypirata quasi inerme capturi deducebantur. Cumq; arcis portas appros pinquassent, eductis, qui sub vili pallio latebãt, gladiis in custodes agebãt. Quib⁹ sublatis arcis adytum occupantes Ænetũ eiecerunt. Lycusq; fidem latronum suspectam habens mercede data honeste à se dimisit. Et deinceps Ephesus sub Asiæ Syriæq; Regibus pari fere cum Ionibus reliquis conditione sterit, quam Antigonus collapsam alio in loco restituisse narratur, & Arsinoes indidisse appellationem, quæ tamen minus inualuit sed post eius mortem Ephesi nomen antiquum repositum est, Hoc eodem traditur fontem medicum istis locis abundãtissime scaturiẽtem parcius dispensante, quasi naturæ benignitati iniuriam faceret, inutilis tenacitas defecisse. Ephesо præterea traditur filius Philadelphi custodias imposuisse qui cum Irene amica ad Dianę fugiens, licet annulum fani comprehenderet, à Thracibus necatus est. Eodem Antiochus cum nupta victus confugit. Ibidem Cleopetræ insanus amore Antonius fratres tem-

Polybius.

Athenæus l. 3. c. 1.

Idem l. 13. c. 23.

Idem l. 10. c. 12.

Polyænus l. 8. tradit Arsinoem marito defuncto à Zelenci fautoribus ferro necatam, nisi famula in choro suo collocata vulnus excipiente ipsa ancillari habitu euasisset

plo-

Dio. l. 48. plo extractos interemit, qui & templi Ephesini libertatem nuper ab Alexandro ad stadium integrũ extensam ampliore termino circumscripsit, qui mansit donec religionis & asyli prætextu scelerũ licentiam & impunitatem antiquato Antonii termino Augustus est coactus reprimere, qui Heroi Iulio templum ibi fieri curauit. Vidit autem Ephesus, quod silentio prætereundum non est, crudelem Mithridatis verius quam nobilem de Romanis Ciuibus & Asia triumphum, recepit hunc ponti tyrannum proiectis Romanorum statuis, Ciuesque Romanos contẽpta religionis, & posthabita iuris reuerentia Dianæ templo extractos promiscue trucidauit, quod care stetit Ciuitati, Sylla Romani nominis ignominiam non segniter vindicante. Quanquam legerim, insuper Philippemenẽ præfectum, cuius hospitio Zenobus vsus fuerat, post crudelem in Chios perfidiam Ciuibus exosum & non nisi positis armis in vrbem admissum, insequẽti nocte cum assecliis esse interemptũ, exemplo & via ad libertatem reliquis Ioniæ vrbibus ostenso. Hæc fere sunt quæ sub Syriacis Regibus Epheso euenerunt. Miletus certe tyrannos interdum suos habuisse credibile est, cũ Timarchus ab Antiocho pulsus scribatur, Smyrna etiam alicuius nominis fuisse, quam Antigonus & Lysimachus à 400 annis vici magis quam vrbis speciẽ referentem ad eam restituit maiestatem, vt nulli Ionicarum vrbium facile cederet, vt quæ non dubitauerit sola fere Antiochi victoria sistere, qui Ionia tota potitus, Ephesi feriebatur, vbi Hannibalem vidit & Scipionem callida perfungentem legatione. Hoc autem victo Eumenes Ioniam totã Romanorũ beneficio fidelitatis donũ cepit obtinere, quæ capto Aristonico per M. Aquilium prouinciæ formam cepit assumere, In quo veterem Ioniç historiam terminabo,

Dio li. 47 ait Ephesi Dolabellam oppressisse Trebonium & Cæsaru ad statuam proiecisse.

Cic. pro lege Manilia.

Plutar in Sylla.

erat hic ex Ducibus Mithridatis.

Tolybius

Strabo l. 14.

Tolybius l. 15.

Liuius l. 34.

Vide Pergamena.

Eeee ANA-

Digitized by Google

ANALECTA ANTIQVITATVM IONICARVM.

SECTIO PRIMA

De sacris.

Tacitus l. 3. Martialis amphiteatro.

DIANÆ plurima, & summa veneratio Ephesi.
Huius tẽpore toto orbe celeberrimo molles cantantur honores.

Polyænus l. 6.
Arianus l. 1.

Huic tota aliquando fuit consecrata Ephesus.
Imo & tributa huic pendi decretũ ab Alexandro.

Thucidides l. 3.

Ephesia festa Ionibus communia choros ducentibus, Dianæ Ephesiæ sacerdotes Estiatores & Essenæ, id est, epulones & sodales dicti, qui per annuas vices cibo à vulgo alio vtebantur nullius priuati ædes intrantes.

Pausanias in arcadicis

Strabo l. 14.

Milesii Appollinem Vlion, id est, saluti ferum vocantes venerabantur.

Alexand l. 6. c. 4.

Pæonici eidem nomen iidem dabant.

Natal Comes l. 9. c. 19.

Smyrnæi nemeses peculiari cultu prosequebãtur.

Strabo. Idem li. 14.

Plutonio in specu ægri ieiuniis aliisque curabantur.

Calcidibus lucus imminet Alexandro sacer,
Vbi Iones cuncti certamina inibant.

Pausan. Attic.

Mileti augustissimum Iouis templum.

SECTIO ALTERA

De re priuata

Alexander l. 4. c. 23.

IN Ionia Mileti nisi ex Scamandri genere nemo regnabat olim.

Solinus c. 20.

Canibus in bello Colophonii vtebantur, fonte

Athenæus l. 2. c. 2.

Achillis serics Milæsii aspergebantur.

Turnebus l. 23. c. 15.

Tibiæ Asiaticæ exoris.

Motus,

Horatius. Motus & saltationes Ionicæ celebres.

Athen. l. 12. c. 10. Ephesii sciſſis vsi vestibus.

Celius l. 7. c. 10 Milesiæ præ reliquis fabulæ celebrabantur.

Strabo l. 14. Numerus Smyrnæ Homerus vocabatur.

Tertul. 9. de habitu. Milesii oues tondebant.

Milesia magno vellera mutabantur.

Virg. 3. Georgi. Tyrios imbuta rubores.

Athen. l. 3. c. 9. Forum cupediarum erat in vrbibus.

Idem l. 1. c. 3. Tabernæque obsoniorum.

Lib. 2. c. 7. Mensa tripes olim, & schæda dabatur eorum, quæ apponenda erant in cœna.

Lib. 4. c. 23. Singulis obsonatores ad emendum, coqui ad condiendum.

Structores ad mensam, artifices & curatores ad bellaria.

Lib. 2. c. 11. Bellaria primo loco apponebantur.

Lib. 3. c. 21. Vinum impoſita niue frigeta ciebant.

Lib. 15. c. 23. *Macrob. c. 1.* Coronæ secundis mensis dabantur quas sicut & vnguenta repererunt Iones.

Plin. l. 7. c. 17. Ionum litteræ communes omnibus.

Athen. l. 12. c. 10, Cantatriculæ & tibicinæ à matutino vsque ad lucernas, tantum mercedem faciebant, vt totâ nocte potantes nec orientem, nec occidentem solem videant apud Colophonios.

Suidas. In Asia cythara trichordis inuenta.

Plin. l. 7. c. 56. & l. 2. c. 76. Sphæram Anaximander, historiam Cadmus.

Horologium Anaximander Milesii repererunt.

Stobæus ser. 123. Chii combustis cadaueribus ossa in mortario contusa cribro in mare spargebant.

Cętera, quæ Ionica concernere possent, Atticis reseruata sunt.

LYDICA.

THOMÆ GRAMAYE SVÆ MAIESTATIS CATHOLICÆ ET PRINCIPVM ARCHIDVCVM COMMISSARIO, veterem Lydorum historiam officii & amoris ergo lubens meritò consecro frater fratri Ioannes Bapt.

IN qua Mæonios non contẽplabere reges;
Nec iuga quæ Tmolus vestit Bacchante corymbe,
Nec vada quæ radit fulua Pactelus arena,
Nec quæ opulens ditat gemmis popularibus hiermus,
Littora, nec Crœsum, nec aduſtas ſoſpite Sardos
Rege, & caupones Lydicos, patriumque lupanar.
Denique quidquid habent Halicarnaſſæus & alter
Trinacer è Xanthi non nemo annalibus hauſit.
Non hæc in Lydicis nõſtris, Germano, iuberis
Aſpicere effictos aliena voce relatus.
Sed mentem gratamque tibi memoremque tuorum:
Mentem compoſtas meditantem ſoluere grates:
Mentem qualis erat tibi, cum mihi muſica caſtra
Phœbæaſque aquilas lubrico ſectarier æui,
Auctor eras, & fautor, opemq́, operamq́, miniſtrans.
Hinc tibi primitias genii ingeniique meorum
Iure fero, cui quæ poſſum poteroque facere
Debita cogor, in acceptis & velle referre.
Hanc tu animam dixi mentem, vt dicam, accipe vultu,
Hoc tibi placido, vtq́, places ſolito, hocq́, benigni
Mente, hic animi, non munere cenſe.

C A-

CAPVT I.

Probatum à Turneſo l. 15. cap. 23.

Cauſam nominis tertiam vide infra.

LYDIAM vel ampliotibus olim deſcriptam fuiſſe terminis, vel inter Aſiæ primas habitatam fuiſſe conuincit Aſiæ ipſi ſubinde ab authoribus data appellatio, vt Aſionum, quod

Vide Ortelij Theſaurum.

lapſu temporis in Aſſiones legimus verſum vocabulum. Arcadiæ autem neſcio quare Lydiæ nomẽ aſſumpſerit, niſi forte colonia. Mæoniæ, nili á populis qui à Mane rege huius prouinciæ primo, illud mutuarunt, quod demum in Lydiam mutatum eſt ab huius pronepote, quæ plurimorum eſt opinio. Quorum alii ad Ludim Chami nepotem, alii ad Lud Semi filium hoc referunt, meliore forſan titulo. Hic Lydus Caris & Myſi Saturnorum vt ſic dicam Aſiæ fuit frater, de quo quia propter nomẽ & affinitatis iſtius per manus poſteris traditum veſtigium, nihil in Sacris voluminibus reliquum eſt, ad Græcorum ſcripta nos conferemus. Quibus Manes, de quo ſupra mentionẽ feci, obſcuris natalibus homo, factis ſuis generis humilitatem illuſtraſſe ſcribitur, qui abducta ex Inſulis vxore Callirhoe, Cotym genuit. Qui Haliz ducta, (vnde flumini forte nomen manet.) Atym ſuſtulit & 3. Aſium: vnde non improbabile ſit Aſiæ appellationem primo Lydiæ, mox continenti, demum tertiæ orbis parti obueniſſe. Aſio autem è viuis ſublato vel certe foris agẽte, Atym integrum fuit regnum occupare & ad poſteros transmittere, penes quos fuit vſque dum illud ex oracuło Heraclidæ aſſumpſerunt, ad quos antequam venio libet præmittere celebratos aliquot Lydiæ reges quorum tempora exacte noſſe nequeo.

Secapien de vitro.

Plinio l. 17. c. 36. menen, Herodoto manes, alii maſnes hic vocatur, Diodoro mena, idemque putatur cum Philonis meſtiã Pauſania maceri, Beroſi Oceano, Amii Oſyride, & miʒraim Geneſis 10.

Ex moribus, qui Ægyptiis non ſunt abſimiles, origine quidam iſtam colligunt. Ioſepho l. 1. c. 14.

Mute ſcribitur Lydus etiam vocatus.

Geneſ. 10.

Quia tres iſta Gentes in eodem fano comedunt.

Herod. l. 1.

Dionys. Halicar. l. 1

Ideo fabulantur eum Ionii & terra fuiſſe filium.

Plebei Tulli filia.

Ideo fingitur Oceani fuiſſe filia.

Herod. l. 4.

Herod. in Clione.

CAPVT II.

Suidas ex Xantho hiſtorico.

INTER quos Alcimus eſt, qui ſumma æquitate populũ rexit, illius beneficio maxime quæ lon-

Stephano Alciamus vocatur.

Digitized by Google

gam pacem consequi solent opes ei accesserunt, Cambletes autem alius Rex longe aliter regni opibus & vxore insuper Saginæ & ventri suo litans, cumque vna nocte eam dilaniatam absumsisset & sub lucem ex manu suæ dentibus habebat, deprehensa & mox, vt fit, diuulgata sibi ipsi manus intulit. A ventre ad Venerem quæ ei subest & eo nutritur gradum facio, Andramytes Lydis imperauit & vicinæ insuper, Mysiæ hoc potissimum notus nomine, quod primus puellas constrauerit castratisque ad suum adhibuerit ministerium, dubium an vt forma diutius ipse, aut vt libidinis patientia illæ fruerentur, melius profecto Arachne huius loci virgo, quæ ad aranearum exemplar tegendi artem linumque & retia vti filius Closteres fusos monstrasse dicitur, ea elegantia, vt omni Græcorũ industriæ præferatur. Sed ne ignauiam regum luxum interpetemur, mitiusque habitos procerib⁹ ob delitias de mentis statu propemodum deiectis subditos, vno exemplo docebimur. Tyrannorum oppressa dominatu regio Cymæ vindicem inuenisse legitur, quod miteris, Fabri plaustrarii filium, quem domino cui operas debebat liberationis precium soluentes ducem ad libertatẽ adspirantibus elegerunt, præter Tyrannos latrones etiã aluit & enutrit Lydia, interque alios Cercopes quos insignis nobilitauit improbitas magis quam vel Memnonis vel Lysteæ parentum virtus. Hi versipelles, fraudulenti, impii frustra monente matre Melam Pygum (id erat Herculi nomen) cauerent, maria oberrantes in Pythecusa insula fatis concesserunt, & ne vile Lydorum nomen plane putemus pulcherrime diuersa orbis parte occurrent coloniæ, in Asiam quidem Imolus rex Tantalum filiũ misit, qui in Phrygiæ locis sedes fixit, Pelops huic profectus cantatissimam Græciæ pene Insulam à se nominauit, vnde forsan Lacedæmone permansit sacrificium, quo circa aram in Ephebos flagris sæui-

Athen l.10.c.1.

Ælianus lib. 10. vt alterius hoc nomine galonis meminit.

Strabo l.13.

Athenæus l. 12. c. 4.

Ideo fingit in Aranæam versa & cum minerua certasse.

Ouidius metam.
Plin. l.6. c.56.
Suidas Arachmelum & animal air significare.
Lucanus l. 3.

Heraclites de politiis.

Ideo Oceano natos eos fabulantur poeta.

Ideo in Suios versi finguntur.

Suidas in Κοκκυγεῖς.

A Suniis est ei insula nomen.

Tzetzis histo. 10. Chiliades 5.
Pausanias in Eliacis precibus.

Lydorum vocatur celebritas.

Plut. in Aristide.

Digitized by Google

sæuiunt ad raptorum alii Dii sacrorum memoriã.

Solinus cap. 7o

In Italia porro, vt taceam Archipenã quæ Marzia auctore gloriatur, Tyrrhenorum origo Lydica ætas Arios regis filio vel vt alii Herculis. Illam autẽ diuersitatem vt conciliemus & grauissimi scriptoris fidem liberemus qui 505 annos ab Argone Heraclidarum primo vsque ad Caudaulem vltimum supputat, necesse est Siraclidarum exordium non ab Amphitrionis filio, sed ab Hercule Lybico sumere.

Sostratus li. 2.

Idem l. 2.

Ex Iob.

Hero. li. 1.

CAPVT III.

DIcamus ergo Iardanum in Lydia regnasse ex Atys primi posteritate insignem libidinum propagatorem, adeo vt eius siue incuria, siue permissu filia Omphale rapta à vulgo ad locum, qui ex re impurus vacabatur, abrepta plebeia libidinẽ pati coacta est. Quod dedecus quanquam patre ob gentis consuetudinem dissimulate nõ leguiter vlta est, post patris mortem ad regnum euecta. Ingenuas enim quotquot erant vno cum seruis loco concludi curauit, qui ex inde puellarum certamẽ appellatur. Ad hanc primi nominis alginam Hercules diuertit multis ab ea ob interfectum serpentem muneribus donatus, cuius petitione ipsa Ephesios vinxisse perhibetur, quæ postea in tantum formæ processit honorem, vt eius amori succumbens Hercules orbis dominatricẽ manum ad pensa conuerterit & dura ceruix spolia deposuit feræ crinemque mytra pressit & famulis stetit. Reginæ autem adulterii præmium Amazonis bipennem, quæ regium ex hoc insigne fuit, donauit. Tmolus huic maritus erat vxore nihilo sanctior, qui Arriphem puellam in Dianæ fano vitiare non veritus, præcipitio inde periit, à Theochymeno filio in monte, qui nomen retinet, sepultus, ex Hercule autem non vnam prolem sustulit Omphale inprimis Athonem vel Athim, cui ex ordine manus

Athen. l. 12. c. 4.

Ad Sangarim.

Plut. in Theseo hac vult in Syria accidisse.

Diodorus.

Suidas in voce ἀφορὰ κεκρύπται.

Propertius l. 3. & 10.

Seneca actu 2. Hippoliti.

Plut. apoph.

Fabulantur à Mercurio venditum iuxta oraculũ debuisse seruire hoc ad posteriorem Herculem melius referri posset, Libies vocatur Lydu.

Idem de fluminibus & montibus.

Secundum nominis.

Strabo l. 5. in genere Italiæ videbitur.

Asta-

Astani Pipinus Priscus dantur, successores vsque ad Athim iuniorem qui ex vxore Callithæa Chotæi filia Lydum & Tirrhenum genuit tempore Solennis & famosæ & illius 20 annorum famis, quæ Mæonum terræ incubuit, ita valida vt incolæ ad inediæ patientiam nihil non molirentur alternis diebus ieiunantes, alios fallendi temporis gratia aleis talisque & tessaris, quæ ingenuosæ egestatis commenta sunt, se occupantes, sed cum se non remitteret sterilitas nec regum patre mortuo duos caperet diuiso bifariam populo, placuit sorte experiri vtri manendum, vtri in coloniam abeundũ esset, exurit Tyrrhenus qui Męoniam Latias adue-xit in oras pubem deditq; vocabula terris. A Lydo autem qui reliquus erat populus nomen nouum mutuauit.

Stephanus vrbem Attalydam ab hoc nominat. Diony. Halicar. l. 1.

Tertium nominũ.

Dardanum Italia ob fratrem & pepulisse & post agro in Asia donasse eum ferunt.

Contra Herodotum Athenas l. 1. c. 12. negat sic repertas aleas fuisse.

Hac omnia licet ad Atys primi proles referre.

Halicarnassæus.

Idem therybus vocatur Xantho.

Silius l. 4.

CAPVT IV.

Guidio Liuius, Apollodoro Agelaus, Palaphato Laomedon.

HÆc vna est Athys vel si placet Herculis familia. Præter Atym autem Alcæus celebratur quasi educatus à matre in regni spem & qui posteritati regnum reliquerit vir bellicosus Alcæus. Ab hoc Belus Ninusque & demum Argon descendit. Rex Sardinus primum quod eo regni sedem transtulerit. Qui cum arcem muniuisset oraculo monitus puerum quem ex pellice sustulerat, Leonem nomine, circumferre, sique vellet arcem inexpugnabilem esse circumlatus est puer, excepta ea parte arcis quæ humana arte superari non posse videbatur, & illa tandem post aliquot secula improuisum Persæ iter strauerunt. Arce & Regia munitis facile erat virtutem factis extẽdere, hoc quoque fecit Argon Moxo pręsertim comite, quorum audacia posteris quodammodo liberam regni miserit potestatem. Superatis si quæ restabant difficultatibus & Heraclidis confirmatum regnum vsque ad Candaulis tempora, quanquam Assyriis Medisque quodammodo paruisse negare non velim,

Suidas.

Herod. l. 1.

Tretzes.

Aliis Meleo.

Hinc traditum deum prodigioso partu Leonem edidisse.

Suidas.

Digitized by Google

lim. Bello Troiano Lydii Troianis fauerũt & subsidio fuerunt, & nominatim Mostles & Antiphus Pylæmene irati Mæoniis præfuisse leguntur, qui sub Gigęa palude & Tmolo colentes à Priami partibus stabant.

Homerus Iliade 3.
Strabo. l. 13.

CAPVT V.

HERACLIDAS vicina potentioris imperii mole obrutos non improbabile est, donec euersa Assyriorum Dominatione Ardyso integrũ fuit excusso iugo caput erigere & noua imperii sumere incrementa, Quæ res occasionem præbuit scribendi primum ex Heraclydis Ardysum Lydorum potitũ esse imperio, Quod Aliacti filio permanus dedit, post quẽ Meles hæreditatis iure idẽ cõsecutus est, quem alii Myrsilum appellant, hunc Candaules filius excepit homo impurus & deses, quiq; antiquum Regis gestamen Hippolitę Amazonis securum circumferre, dedignatus an grauatus nescio, vni ex satellitib⁹ gestãdum dedit, omine manifesto, futurum vt à satellitũ vno olim feratur. Erat Candauli vxor forma præstans elegantia, qua cum solus frui non posset, parum memor mulierẽ exuta tunica verecundiam exuere & quod suum est quemque inspicere debere, Gygem amicum in penetrale aduocat, loco quo decubitura se cõferre, tempore quo se nudam marito solet exhibere. Sed quem spectatorem non obseruauerat sensit abeuntem vxor, dissimulataque in præsens ira postridie adiunctis familiariũ fidissimis Gygem accersit, nihil morantẽ, optionemque facit velitne Candaule sublato se & regno potiri aut continuo perire. Ancipiti metu agebatur iuuenis animus, placuit tamen Cãdaulis nece Regium pudorem expiari; factũ est & eodẽ ex conclaui, tempore & loco eisdem regis scelus admissum & punitum, coniugi fides læsa & sublata, regni ius ab Heraclidis ad

regnauit 36. annos Anno 3188.
regnauit 14.
regnauit 12.
Daſcyli

Euſebio.
Herod l. 1.
Myrſilus. Plut. apophtegmatibus.
Hero. l. 1.
Hic etiam Myrſilius dictus Plinio l. 35. c. 8. Iuſtinus l. 1.
Plut. proble. Symphoſia decade 1. problecade 5.
De Gygis non Myda vt Plinius l. 33. c. 2. annulo Cicero tertio officio. Plato republ 2. Tur. 9. l. 6. c. 2. Suidas Philoſtra. in heroicis. epithaphiũ Cãdaulis ab Agathia ſcripta exſtat l. 1. c. 7. exig. græc 7.

Obhanc felicitatem fabulantur eum annuli beneficio quo inuiſibilis fiebat rege necatoregnũ occupaſſe

Astani Pipinus Priscus dantur, successores vsque ad Athim iuniorem qui ex vxore Callithæa Chorœi filia Lydum & Tirrhenum genuit tempore Solennis & famosæ & illius 20 annorum famis, quæ Mæonum terræ incubuit, ita valida vt incolæ ad inediæ patientiam nihil non molirentur alternis diebus ieiunantes, alios fallendi temporis gratia aleis talisque & tessaris, quæ ingenuosæ egestatis commenta sunt, se occupantes, sed cum se non remitteret sterilitas nec regum patre mortuo duos caperet diuiso bifariam populo, placuit sorte experiri vtri manendum, vtri in coloniam abeundũ esset, exurit Tyrrhenus qui Męoniam Latias adexit in oras pubem deditq; vocabula terris. A Lydo autem qui reliquus erat populus nomen nouum mutuauit.

Stephanus vrbem Attalydam ab hoc nominat. Dion. Halicar. l. 1.

Contra Herodotum Athenæus l. 1. c. 12. negat sic repertas aleas fuisse.

Halicarnassæus.

Silius l. 4.

Tertium nomine.

Dardanum Italia ob fratrem & populisse & post agro in Asia donasse eum ferunt.

Hæc omnia licet ad Atys primi proles referre.

Idem tharybus vocatur Xantho.

CAPVT IV.

HÆc vna est Athys vel si placet Herculis familia. Prætet Atym autem Alcæus celebratur quasi educatus à matre in regni spem & qui posteritati regnum reliquerit vir bellicosus Alcæus. Ab hoc Belus Ninusque & demum Argon descendit. Rex Sardinus primum quod eo regni sedem transtulerit. Qui cum arcem muniuisset oraculo monitus puerum quem ex pellice sustulerat, Leonem nomine, circumferre, sique vellet arcem inexpugnabilem esse circumlatus est puer, excepta ea parte arcis quæ humana arte superari non posse videbatur, & illa tandem post aliquot secula improuisum Persæ iter strauerunt. Arce & Regia munitis facile erat virtutem factis extẽdere, hoc quoque fecit Argon Moxo præsertim comite, quorum audacia posteris quodammodo liberam regni miserit potestatem. Superatis si quæ restabant difficultatibus & Heraclidis confirmatum regnum vsque ad Candaulis tempora, quanquam Assyriis Medisque quodammodo paruisse negare non velim,

Guidio Liuius, Apollodoro Agelaus, Palaphato Laomedon.

Suidas.

Herod. l. 1.

Tretzes.

Suidas.

Alijs Meles.

Hinc traditum deum prodigioso partu Leonem edidisse.

Digitized by Google

lim. Bello Troiano Lydii Troianis fauerũt & ſubſidio fuerunt, & nominatim Moſtles & Antiphus Pylæmene irati Mæoniis præfuiſſe leguntur, qui ſub Gigęa palude & Tmolo colentes à Priami partibus ſtabant.

Homerus Iliade 3.
Strabo. l. 13.

CAPVT V.

HERACLIDAS vicina potentiis imperii mole obrutos non improbabile eſt, donec euerſa Aſſyriorum Dominatione Ardyso integrũ fuit excuſſo iugo caput erigere & noua imperii ſumere incrementa, Quæ res occaſionem præbuit ſcribendi primum ex Heraclydis Ardyſum Lydorum potitũ eſſe imperio, Quod Aliacti filio permanus dedit, poſt quẽ Meles hæreditatis iure idẽ cõſecutus eſt, quem alii Myrſilum appellant, hunc Candaules filius excepit homo impurus & deſes, quiq; antiquum Regis geſtamen Hippolitę Amazonis ſecurum circumferre, dedignatus an grauatus neſcio, vni ex ſatellitib⁹ geſtãdum dedit, omine manifeſto, futurum vt à ſatellitũ vno olim feratur. Erat Candauli vxor forma præſtans elegantia, qua cum ſolus frui non poſſet, parum memor mulierẽ exuta tunica verecundiam exuere & quod ſuum eſt quemque inſpicere debere, Gygem amicum in penetrale aduocat, loco quo decubitura ſe cõferre, tempore quo ſe nudam marito ſolet exhibere. Sed quem ſpectatorem non obſeruauerat ſenſit abeuntem vxor, diſſimulataque in præſens ira poſtridie adiunctis familiariũ fidiſſimis Gygem accerſit, nihil morantẽ, optionemque facit velitne Candaule ſublato ſe & regno potiri aut continuo perire. Ancipiti metu agebatur iuuenis animus, placuit tamen Cãdaulis nece Regium pudorem expiari; factũ eſt & eodẽ ex conclaui, tempore & loco eiſdem regis ſcelus admiſſum & punitum, coniugi fides læſa & ſublata, regni ius ab Heraclidis ad

regnauit 36. annos Anno 3188.
regnauit 14.
regnauit 12.

Euſebio.
Herod l. 1.
Myrſilus. Plut. apophtegmatibus.
Hero. l. 1.
Hic etiam Myrſilus dictus Plinio l. 35. c. 8.
Iuſtinus l. 1.
Plut. proble. Symphoſia decade 1. problecade 5.
De Gygis non Myda vt Plinius l. 33. c. 2. annulo Cicero tertio officio. Plato republ 2. Tur. 9. l. 6. c. 22 Suidas Philoſtra. in heroicis.
epithaphiũ Cãdaulis ab Agathia ſcripta exſtat l. 1. c. 7. exig. græc 7.
Daſcyli
Obhanc felicitatem fabulantur eum annuli beneficio quo inuiſibilis fiebat rege necatoregnũ occupaſſe

Mermnidas translatum & oraculo confirmatum cuius accepti gratia Gyges præter auri argentique immensam vim Delphis dicatam 6 pateras aureas 30. talentorum Pythiæ primum barbarorum reposuit, tumulum quoq; ex pellicibus vni tota regione conspicuum erexit, quarũ plurimos vt perpetuo iuuẽculis frueretur, castrauit. Arselim ex Mîlæo, quo [illegible]tore regno potitus erat, inprimis coluit, Magnetem poetam & musicum tanti fecit, vt eius violati vindictam vrbis & agri populatione sumpserit, hæc fere priuata sunt. Bello autem non minus claruit ad fistularum tibiarumque concentus, castra mouens Mileto & Ionibus bellum intulit, Colophonem expugnauit, regnumque per Ioniam Troademque, quod Gygæum promontorium indicare videtur, extẽdit. Hæredem vt regni ita & in Iones odii reliquit Ardyem à quo Pritne expugnata, Miletus inuasa feliciter nisi Cimmerii sedibus suis pulsi Asiæ se infudissent, quos Halyates huius nepos Sardibus præter artem potitos Asia exegit. Idem Smyrnam & Clazomenas inuasit, Medis bellum quinquennale intulit, Milesiorum obsidionem vsque ad duodecimum annum protraxit. Sed cum segetibus ab exercitu eius succensis, Mineruæ quoque Assesiæ templum flamma corripuisset, ipsi tum forte periculose laboranti responsum oraculo non prius se responso vlteriore dignare, quam Deæ fanum restituisset, ita factum vt fœdus cum Milesiis & paulo post pax Trasibuli Melisiorum Tyranni fraude firmaretur. Templo autem restituto, restituta sanitas, cuius beneficii memor rex Apollini eximiæ magnitudinis pateram argenteam, aliamq; ferream compactile spectatu dignam consecrauit, extat eius operosissimũ Sardibus sepulcrum à circumforaneis & meretriculis erectum, ambitu stadiorum sex prope lacum Gygæum.

Archilochus Parius in trimetris.
Plut. ptolem.
Vale. l. 7. c. 1. de oraculo ei dato quod pauper atas esset beatior nomine ac laus.
Post Mydam Athenæus.
Suidas Xantho.
Plut. apophte.
Pausan. in messeniacis.
A. Gellius l. 1. c. 11.
Polyænus l. 7.

Strabo l. 13.
Suidas.
Polyænus li. 7.
Herodi. l. 1.

Idem l. 1.

Obiit anno 3302. reg. 38. sed Herod. 38.

Reg. 37. annis velut Herod. 49.

Ante hunc Pater Sadiatten 12. annis regnauit.

Suidas ait eum furori vitium intulisse.

Vide Ionica.

Obiit anno 3404. reg. 43. vel vt alij 37.

* * *

CA-

CAPVT VI.

Horatio Aliattius.
Alius Halyattus vocatur. Suidas.
Auſonius ex 53.

ETIAMSI Pantaleon ab amicis regno deſtinaretur tamen quia patri gratior, Aliatti Crę- ſus ſucceſſit. Adramittii & Bebii campi autem dominus rex mortalium ditiſſimus, nec mirum cum

Tibul. li. 3. Eli. 3.
Claudius pane. probi & Gab.
Propertius l. 2. c. 26

Lydiam riget aurifer Hermus, perq; eius culta diſpumet rutilas diues Pactolus arenas, hæc flumina Cræſi opulentiam pepererunt, niſi quis ab eodẽm

Strabo lib. 13.

nouo more excogitata tributa reſpiciat, quibus tãtas opes congeſſit, nec minus bello clarus fuit, vt

Herod. li. 1.

cui neruus belli eſſet idem qui eſt pacis ornamentum. Omnes cis Halim regiones eius dominationi acceſſerunt & præter Lycæos & Cilices Aſiæ minoris populi omnes. Et quominus claſſe maria etiam tentaret, Biantis fecit admonitio. Sapuiſſet profecto Cræſus ſi æque Solonem ac Biantem audiuiſſet, qui ne tertias quidem felicitatis partes Cræſo cedebat, qui ſe mortalium reputabat fortunatiſſimum. Iuſſit illum præterea vox facunda Solonis reſpicere ad longæ ſpatia vltima vitæ.

Hermog. de formis l. 1. c. 3.

Hinc in paupere Diogene fingitur apud inferos agere è Serui veſte vt lucis Necromantia.

De Epheſiis & Ionibus à Cræſo domitis & Pindaro nepote expugnato. Vide Ælian. l. 3. c. 26. & noſtra Ionica.

Alij id Pittaco tribuunt.
Polyænus l. 1.
Suidas.
Iuuenalis Satira 10.
Cic. 2. fin.

Gratum ſe eſſe vno exemplo hic rex declarauit & memor cum Pamphaæ Pryenenſi Rex factus currum argento plenum remiſerit, quod ei ſub patre argenti 30 minas donaſſet. Hinc ex duobus filiis alter mutus, alter nomine Athys ab Adraſto in venatione necatus, patris animum non parum vulnerauit. Olympi enim montis iuga aper crebra agreſtim ſtrage vaſtabat, ad quem premendum iuuenis cũ popularium manu miſſus lancea ferę gratia miſſa fruſtrato ictu concidit. Cręſus tamen etſi vix biennio dolori temperarit tamẽ reſpecto hoſpitii iure Adraſto pepercit, cædemque expiauit, quo non contentus adoleſcens ipſe ſibi nequaquã ignoſcens propria manu ſe confecit, ſupra tumulum, hinc duplicato dolore Cræſi felicitas petebatur, cui modum & forte metam poſuit Perſarum potentia, quæ ad ſeria animum adiicere impera-

Ælianus l. 4.

Suidas paulo aliter.

Lucanus Galeo praniſum à Cræſo ſomniante futurum vt filium ferro vulneretur.

Val. Max. l. 1. c. 7.

Strabans ſ. 46 ait Cræſum ſi populus tuliſſet Athym in regni partem ſuiſſe aſſumpturum.

Xenophon quod Aſſyrios inuenerit.

Herodotus belli cauſam dat cum Aſtyage amicitiam. Inſtinus quod Babylonios inuiſſet.

Digitized by Google

bat, placuit tamen antequam cum Syro & Persis ad manus veniat, oracula explorare, inter quæ primas obtinere visum Delphicum, cui & munera omnem fidem superantia misit, quibus consecutus primam Delphis sedem & primas in petendo oraculo partes. Celeberrimum autem illud quo est elusus oraculum: Crœsus Halim penetrans magnũ peruertet opum vim, credebat bonus ille per opes illas Cyri regnum significari cum longe aliã oraculo mentem fuisse euentus rei comprobarit. Interim victoriæ spe lactatus Græcorum præcipuos sibi conciliat, bellum in Syrum instruit, prima in Cappadocia pugna æquo fere marte, alias alternatim, belli fortuna nunc penes Lydicos, nunc penes Persas fuit victoria, cum Græcorum auxilia promissa cunctarentur, nec citra periculum deferri posse pugna videretur, ex ciuibus aliquot Crœsus Græcanicis armis ornauit, cuius nouitate hastarũ scutis allisarum fremitu, scutorum splendore, Persarum acies perstricta in fugam se vertit, ita vt Cyrus tridui indicias paciscí cogeretur. Alias Cyrus viso quod Lydi ex equitatu suo magnos spiritus sumerent, camelis in prima acie collocatis, quorũ odorem equi non ferunt, ante prælium victoriam obtinuit. Cum autem fugam Crœsus meditaretur, nec de modo satis perspiceret cum tergo fugientẽ hostis insisteret, ingentem lignorum struem comportari imperat, & per noctem hoste nihil sentiente, cum peditibus elapsus, aurora appetente per equites iussit ignem lignis immitti, cuius interiectu à persequendo Cyrus impediretur. Cum autem Sardes, quo se Crœsus ex fuga receperat, arcta obsidione premerentur, nec auxilia Græcis præstarent, aliis ipsi bellis implicati Crœso animus minui debuisset, sed cum pertinacius ad tolerandam famem comparare videtentur interimq; tempus labi, Cyrus ad ingenium redit & quidem lignis plurimis simulachra Persam militẽ referentia imponit,

Videbitur in Delphicis & numerantur ab Herodoto.

Tertul. apolo. 22. Cic. de diuinatione. Xenop. li. 7. Cyrop. aliud habet oraculum.

Iussus ab Apolline.

Hermogenes de inuentione lib. 2. c. 4.

Polyænus l. 7.

Herodotus ante Sardes hanc pugnam initam & Lydos equo desilientes victores fuisse primo, Persas tandem.

Herod. li. 1. Vnius tantum in Cappadocia pugna meminit vbi æquo marte pugnatum, postquam Crœsum Sardes redisse Cyrum præter spem secutum.

Xenoph. lib. 2. Cyrop. ait Crœsum Assyriis 10000. equitum, cenatorum 4000. misisse in Cyrum pugnantibus.

Digitized by Google

predictum Delphis

ponit, impoſita per noctem arcis mœnibus cũ igne admouet, ipſe cum ſuis ſuperiorem vrbis partem aggreſſus, Cumque acriter vtrinque pugnaretur ex Lydis aliquot ſimulachris viſis arcẽ teneri putantes clamore ſublato in fugam aguntur. Cræſus ad arcis defenſionẽ cum aliquibus procurrens, ciuitate capta, deluſum ſe animaduertit. Arx loci genio munita tolerandę obſidioni commoda credebatur, nec occupanda niſi eadem quæ ciuitas modo præcepit, itaque Cyrus obſeſſorum affines vinctos in conſpectu adduci, præcone clamante: ſi ſe dedant ſaluos hos fore, ſin alias iugulandos, fidem ſuperabat pietas & plus aliquando valebat ſanguinis communio, quam regis inanis vmbra, ſe dedũt vitam & veniam merentur. Sibi ſuiſque affinibus in hac expugnatione Cyrus edixerat Cræſo parcendum, ſed fruſtra præualente militũ impetu, iam enim in eum ſed ignoto latentem habitu enſis ſtringebatur, niſi filius qui ſupererat conſpecto patris periculo naturalia vocis impedimenta rupiſſet Cræſum eſſe clamãs, & vt patri parceretur orãs, Ita ſeruat⁹ eſt, ſed vt ignominioſius moreretur & reuulſis alis riſum Perſis exhiberet, pyram enim Cyrus adornari præcepit, vt morituro & mortuo Cręſo idem lectus ſtrueretur, quo conſcẽſo tum primum Solonis memor, qui neminem ante funera beatum dixerat, ingemuit & exclamãs, huius gemitus cauſam per interpretẽ edoctus Cyrus, reſtincto rogo non vitæ tantum ſed & regno voluit eſſe ſuperſtitem, omnique ſuorum conſiliorum voluit eſſe participem. Sic pollentem Solio regem victoria Cyri ſtrauit & mox nouo lenitatis genere nouæ reſtituit dignitati.

Here. non hoc modo arcem captam ſed à Mardo quodam qui loco vbi inexpugnabilis videbatur cum paucis aſcendit.

Seneca l. 7. controuerſia 5. Vale. Max. l. 5. c. 4. Solinus c. 7. Cic. l. 1. de diuinatione. P. Meſſias l. 1. c. 33. Cteſias eum ſæpius ligatũ ſemper euaſiſſe.

Pradicta regni Lydiæ mutatio cum Cæſtrio Cræſo in cunis loquentem fuit.

predictum à Pythia

Idem ſignificat ſe filium Cræſo in cunis loquentem vult Plinius.

Lucanus gallo Seneca de tranquil. c. 11. Auſonius Ludo 7 Sapientium Seneca l. 2. controuerſia 5. eum vinctu poſt terga manibus ad tormenta ductum Plut. Solone Seneca c. 11. de tranquillitate Claud. 1. in eutropium

Anno 3417 regni 14. ætatis 49.

Ideo fictum eum cathenis aureis à Cyro vinctum id eſt honore affectum vt Dio in Claudio.

CAPVT VII.

TABOLVS Perſa Sardibus præpoſitus, Pactias Gazæ Orphi, cuius fiducia breui rebellionem

Herm. li. 2.

lionem molitur, quẽ & totam gẽrem Cyrus Mazaraduce, Cræso authore, ita mulctauit, vt caupo-nariæ operam dare. Cytharæ positis armis vacare, genio & Veneri indulgere cogerentur, ita breui factum vt Martius populus cum moribus animũ & vires mutaret. Cũ autem Sardes persæ depopularentur nec Cræsus ciuibus suis posset succurrere egregio commento Cyrum induxit, apibus Lydicis parceret, non iam Cræsi illas esse sed Cyri, non Lydorum sed Persarum, frustra itaque & inconsulto rapi quæ propria sunt, & quorum contactu persica virtus facile posset labefactari, obtinuit hac arte callidus hortator, ne Lydi extrema paterentur, qui non apud Cyrum tantum sed & Cambysem magnæ fuit æstimationis. Æstimata paulo post iunctis Mysis & paucis aliquot Lydia & compulsa pendere quotannis quingenta talenta magno regi. Cui præpositus Orætes ex leui Mithiobatis exprobratione Polyratem Samiorũ Tyrannum, à quo nec verbo nec facto læsus fuerat, per insidias euocatum cruci affixit. Cambyseque mortuo Mythrobatum non dubitauit, vnà cum filio neci dare, quod non ferens Darius per Bagæum, Bagæus per corporis custodes eum Sardibus obtruncant, eiusque in locum paulo post inde discedens Artapherne fratrem constituit, qui gnauiter prouinciam suam tutus est, Quo tempore fuit Pythes quidam, Ionio auro ditissimus, cui aggerendo solus & totus incumbebat, in egerendo & purgando vniuersorum ciuium opera abutens, huic ex itinere redeunti vxor mensam auro gemmisque instructam apposuit, indignanti exprobrans quod horum studiosus ciues ex agris euocaret, hoc commento permotus quintam tantum ciuium partem assumpsit, reliquos ad campos, hortos agrosque ablegans. Hic Dario auream platanũ vitemque donauit, Xersi eius filio 40000000 Daricorum, minus 7000, inde exiguam reportãs

Volateranus

vide Persica.

Herc. l. 3.

videbitur in Insulis

praedictum ab Amasi & Sonnio quo viderat filiam eum in aere à Ioue leuari Solis iungi

Herodo. l. 3.

Plut. de virtutibus mulierum

Cælius l. 19. c. 18.

grati-

Digitized by Google

gratiam. Nam cum ex filiis natu maximum ad se-
Herod. li. 7. nis solamen immunitate militiæ donari vellet, ira-
tus Rex illum ipsum quem præoptabat filium dis-
Idem l. 7. fecari præcepit, partibus hinc inde qua transeun-
Simile refert Seneca de Oebare 3. de ira c. 18. dum erat exercitui suspẽsis, cuius rei dolore pater
monumentũ sibi extruxit, ad amnem vicinum py-
thopoliten aditu omnibus etiã vxori interdicto,
mandãs cœnam sibi lintri impositam per amnem
demitti tantisper, dum linter cibo intacto monu-
mentum perueheretur. Ita bonus ille vili soli-
Herod. li. 5. tudinis genere mortem in sepulchro expectauit.
Interea Artaphernes impulsu Aristogaræ Milesii
regios exules classe 200 nauium reducere para-
nerat, & Megabathen ei præfecerat. Sed res ex le-
ui causa, dissensione nimirum Aristogaræ & Me-
gabatis ob Scylacem ignominiose vinctum, pa-
rum feliciter processit.

Circa idem tempus Hyppias tyrannus ad Ar- *Vide Ionicæ.*
Iustinus l. 2. taphenem Sardes venit ab eoque receptus est, frus-
Suidas. tra renitentibus Athenienſium legatis. Qui antea
eodem venientes terram & aquam more Persico
Regi offerentes amicitiam cum Artapherne inie-
rant. Hippiam cum ille conaretur in patriam resti-
tuere Græcis rebellandi occasionem dedit. Quam
auxit Aristogaræ ad Græcos legatio, qui à Sparta-
nis reiectus, ab iis receptus 20 nauium auxilia im-
petrauit.

Quibus fretus inoffenso itinere Sardes petit,
capit, incendit, domibus quæ vt plurimum erant
arundineæ flammam subito corripientibus. So-
la arx quæ valido Artaphernis præsidio tenebatur
immunis fuit, vnde concurrentes Lydi & Persæ
Iones in fugam verterunt, & Ephesum vsque pro-
secuti vicerunt. periit in conflictu inter cæteros
insignis Eretriorum Dux Eualcides & post pugnã
Herod. l. 6. Athenienses Iones destituerunt, deinceps Ionico
bello Artaphernes Dux primarius præfuit vario
euentu.

CA-

CAPVT VIII.

Herod. l. 7.

XERXES famoſam illam in Græcos expeditionẽm cogitans, Sardibus diu moratus eſt, vnde in omnẽ gratiam ſuos dimiſit caduceatores terrã & aquam petituros. Lydis eo tempore præfuit Artapherius filius, cui ſucceſſiſſe Piſuthnem puto, illum Samiorum ſupplicum receptorem Dario notho rebellem, cuius victi Satrapia Tiſſapherni data eſt, qui non Lydiæ tantum, ſed & Ioniæ & maritimis Aſiæ cum poteſtate præfuit, ad quem Alcibiades contra patriam bellum, nõ gregarii militis opera ſed imperatoriis virtutibus promouens, confugit, Timea Agidis vxore vſus mediatrice. Darius iam ante cum Spartanis fædus inierat ſiue inueterati in Athenas odii memor, ſiue metuens ne Lacedæmonii victis Athenienſibus in ſe arma transferrent. Alcibiades à partibus Spartæ ſtans videns res à ſe bene geſtas, plus ſibi inuidiæ, quam gratiæ conciliare Tiſſapherni ſe inſinuat & facile: quia comitate & eloquentia inſignis in cõciliandis amicorum ſtudiis valebat. Accedebat ætatis flos & formæ ſplendor, ſub quibus morum vitia latebant, perſuadet itaque Tiſſapherni parcius Lacedæmoniis auxilia mittere, donec ipſe à ciuibus ſuis aduocatus eſt. Priſtinæ dignitati reſtitutus, tũ Ageſilaus Lydis imminere, delicata Perſarum corpora contemnere, acrius inſiſtere, claſſe noua diuites & hoſtem vix metuentes vix noſcentes, pace longa agros populari, omnes etiam reuerſus, Alcibiades Aſiæ ciuitates ad deditionem cõpulêre. Darius tot vulneribus Græcorum dolo acceptis Tiſſaphernem rem male petere obſeruans, reuocato filium iuniorem Cyrum ſubſtituit, qui Lacedæmonios auxiliis opibus in ſpẽ prioris fortunæ erexit, & milites Alcibiadis ſecurius populantes & predæ dulcedine ſine inſidiarum metu palantes repentino aduentu oppreſſit, tantaque cędes

Creſias. Thucydides l. 1.

Oblatum hic Regi prodigium, mula enim mulum ancipiti ſexu genuit, quo tamen nihil territus Rex iter ingreſſus eſt.

Iuſtinus li. 5.

Thucydides l. 8. 3. diuerſa cum Lacedæmoniis recitantur pactiones.

Xeno. l. 1. hiſtor.

Polyænus li. 2.

Sic Iuſtino aliis legitur Cyro Tiſſaphernem comitem aditum.

Digitized by Google

Plutar. & Æmilius probus in Themistocle.

cædes edita est, vt plus vulneris hoc vno prælio Athenienses ceperint, quam omnibus aliis dederunt, tanta desperatio vt ex continenti Alcibiadū copponę commutarent, arbitrantes se nō fortuna belli sed imperatoris fraude superatos. Sed conon nihilo fælicior, cum primo Senes & impuberes postea etiam seruos amasset, duobus prælis à Syro superatus vix hostium manus fuga, vix ciuium irā exilio euasit. Interim Darius fatis concedit, Cyrus cum fratre de regno disceptaturus clam vndique contrahit auxilia, Clearchus exul Spartanus, cuius opera Thraces debellauerat, inde militem conscribebat 10 Daricorum milibus, Aristippus Thessalus domestica seditione pressus accepto 6 mensium stipendio 4000 eidem alebat, Sophæretus Stimphalius 10000 grauis armaturæ, Pasio Megarensis 700, Socrates Acheus 500, Xenias 4000 proximusque Bæotus 11500 grauis item armaturę & 500 expeditos ducebat specie in Pisidas & Thissaphernem, reuera in Artoxersem Regem. Nec miremur tot asseclas, præmia erāt quæ viros excitabāt, pediti enim equū, equiti currum, cui prędia essent vicos, quibus vici vrbes, omnibus argenti non numerum sed pondus pollicebatur. Humanitate insuper summa erat & dignus regno si fortuna fauisset. Doceat hoc vnum quod toto belli tempore nemo ab eo desciuerit, à fratre innumeri comem sese omnibus exhibebat, exules Milesios recepit, Clearchum, Aristippum, Lysandrum, cui & hortum consertum consitumq; ostendit Sardibus, mirantiq; proceritatem arborum dispositosque in quincūcem ordines, suum hoc opus esse dixit, suā descriptionē manus illas nitidulas humū subegisse, vestem ita comptulam labores tulisse. Iam vt ad publica redeam Cyrus promoto agmine per Asiam Ciliciamque Megaphernem aliumque insuper de insidiis suspectum interemit, cum Artoxerse congressus post multarum stragē fortiter

Plut. causam belli vult quod Cyrus patri regi primus nauis

Xenophon. l. 1. de Cyri expeditione.

Plut. in Artoxese

Ionię Satrapum

Plut. apophtegmatibus

Xenophō l. 5. memorabiliū

Cic. de senectute

Xenophon vbi supra

Xenophon l. 1. de Cyri expeditione.

Plut. Artox. titer pugnans plebeia manu opprimitur & cum
Iuſtinus l.5. eo (vnum Ariæn abſentem excipio) omnes fa- *vide Perſica*
miliares, quod ad laudes eius facit, & amici; huic
Iuſtinus l.7. ſurrogatus Thiſſaphernes in quem eſt illa Sparta-
Probus in Conon norum & Ageſilai celebris expeditio. Sed rex
Plut. Ageſilao credens defectione eius doloque cæſos Perſas, e-
Xenophon. 3. hiſtor. ei caput praciſum. uocatum paulo poſt Babilonem necat, Tithrau-
ſte ſubſtituto vel Ticabaro, qui Cononem in vin-
vide Phrygia cula coniecit cui forſan Orontes ſucceſſit, & ip-
Probus in Cononе ſe non infeliciter Tmolo monte occupato rebel-
Polianus l. 7. lans, potitus haud contemnenda victoria ab An-
tophradate ſemel circumuentus nuntios in omnẽ
partem dimiſit, qui Mercenarios cras exſpectari
ab Oronte ſpargerent, poſtridie pleroſque ex ſuis
Græcanico more inſtruens ſuſpicionem fecit ho-
ſti eos de quibus relatum fuerat aduentaſſe, timi-
dumque in fugam conuertit.

CAPVT IX.

Dio. l. 17. QVo tempore Alexander ad orbis imperium
proficiſcebatur, Spitrobates Lydiæ Ioniæq; *Arriano Mithridates vocatur Lydiæ præſes*
præfectus cum Roſace fratre in pugna ad Granicũ
interempti vacuam victori reliquerunt prouinci-
Curtius l. 2. am & propugnaculum orientis Methrenis præfe- *Diodo. ab hoc Lydiam traditam dicit*
Idem l. 3. fecti proditione Sardes cepit Lydos tamẽ omnes
ſuis legibus viuere permittens, quibus poſt ipſius
Iuſtinus l. 13. mortem demũ Mænander præpoſitus eſt, & Sar-
dium arci munitiſſimæ, vbi theſauri aſſeruabantur
Polyænus l. 4. à Lyſimacho Theodotus cuſtos datus. Quem cũ *Nicator*
Seleucus obſideret nec ob loci naturam & mu-
nitionis firmitatem expugnari arte humana poſſe
videretur, proclamari iuſſit Seleucꝰ Theodoti per-
cuſſori 100 talentorum mercedem, Quæ pecunia
animos plurium ex præſidiariis irritabat & præfe-
ctum ſe intra domeſticos parietes continere præ
metu coegit, Quod ipſum cum ciues moleſte fer-
rent quaſi ſibi non fideretur inops conſilii Theo-
dotus

Digitized by Google

Polybius l.1.

dotus Seleuco portas aperuit, eandem arcẽ quaſi rebellioni oportunam à Syris deficiens Archæus occupauit, proditione Cambyle & Bulidis Antiocho traditus, & maximo affectus ſupplicio,

Liuius l.43.

Eandem quoque Mytridates & Ardis cum exercitu præmiſſi ſed victo & ſupplici Antiochoo iure belli ablatam, præmii loco Eumenis adiecerunt,

vide pergamena

regno Romani cum tota Lydia ad quos licet variis finitimorũ incurſionibus vexata ſub regibus Pergami Rurſus deuoluta eſt Attali teſtamento, poſſeſſa victo Ariſtonico ab exta aliquoties ponticorũ

Appianus Mithrida

& Mithridatis potentia. Sed Luculli Sileæ Pompei victoriis recuperata Aſiæque prouincię aſcripta.

ANALECTA ANTIQVITATVM LYDICARVM.

Alexander l. 6. c. 4. LYDII ſub Lymii nomine Apollinẽ colunt.

Pauſanias Achai Artes Calai f. magnæ matris myſteria Lydos docuit.

Virgilius 4 Georgi Reges ſuos in alme obſeruabant.

Plut. problem. Qui Hippolites hipemen circumferre ſolent.

Xenophon. 4. Cyropæ. Pellices ſuas in bellis circumferunt.

Plinius l. 7. c. 56. Lydios modulos Amphion monſtrauit primus.

Celius l. 20. c. 14. Lydixilas ab aliquibus inueniſſe putantur.

Herodo. l. 1. Itemque teſſeras temporis fallendi cauſa.

Idem Primum aureum & argẽteum numum cuderunt.

Plinius l. 7. Linum eiuſque vſus varios Arachne monſtrauit.

Iuſtinus l. 1. Cauponas primi inſtituerunt.

Polido. l. 3. c. 16. Inſtitoreſque primi fuerunt.

Thera Lydorum regia fuit olim.

Strabo l. 13. Poſtea Sardes Lydiæ caput habitæ.

Herodotus Ferculum Lydicum ſanguine & variis eſcis conſtabat.

Suidas

Strabo l. 7. Lydus ſerui nomen poſteriori æuo.

Vir. 1. Æneide Alias enim Lydica gens bello præclara fuit.

Iuſtinus l. 1. Antequam à Perſis ad delitias damnata eſſet.

Lucanus l. 3. Patitur ab auriferis tellus exire metallis Pactolũ,

Seneca Tebaideos ad 4. Qui trahens opulenta vada iucundat auro rura.

Boemus l. 3. me, to Vbi non vilior Hermes rutilante iuxta decurrit.

Seneca Et nota Bacho Tmolus attollit iuga.

Theocrytus Cyd. 12. Lydius lapis quo verum ab adulterino auri ſecernitur.

Athenæus l. 12. c. 10. Lydii in crinibus aurum geſtauerant.

Herodo. l. 1. Tunicæ pallia ſuperimponere & cothurnis calceari iuſſi.

vide hiſtoriam Filiæ vulgato corpore dotem corrodebant.

Ælianus l. 4. Apud Sardos ignauię pæna & otii ratio redditur

Fiſtu-

Gellius l. 1. c. 11. Fistulatores & fæminas tibicinas in acie habebãt.
Capiodo. l. 2. vari.
Plut. politic. Lydius thonus contra nimias curas & animi tædia
Adolescentibus ideo subtrahendus.
Solinus l. 4. Tyrrhenus Insueta tubæ monstrauit murmura primus
Gentibus & bellis ignaua silentia rupit.
Tertul. de pallio. Togæ apud Lydos vsus à Pelasgis.
Petronius Satyrico Lydus vestifluus, id est, fluxas vestes habens.
Plinius l. 7. c. 56. Insecunt lanas eleganter alioqui idem docuerũt.
Idem l. 31. c. 10. Nitrum in Lydia optimũ, q. maxime friabile, minime ponderosum.
Herodo. l. 1. Sella iuxta lectum poni solita, cui vt quæque exuitur vestis imponitur.
Plinius l. 7. c. 56. Gyges Lydus picturam ex Ægypto primus mõstrauit.
Herodo. l. 1. Probro est virum aut mulierem nudam conspici.
Plut ad Apollonem Lugentes Lydi sirobibus se abdunt.
Suidas Tybiis obliquis circa aras canere, inluctum Mydas instituit.

PHRYGIA

REVEREN-DISSIMO CAROLO A RODOAN BRVGENSI-VM ANTISTITI.

ET tibi, Brugarum Antiſtes Ampliſſime, magni
Parua animi teſtis Irudia venit vrbe Papyrus.
Vrbe quæ amat, tibi qui redamas, titu-loque mereris
Multiplici, venit acta Phrygum vetereſque recenſens
Myſorum populos tibi conſecrata papyros.
Non ideo quod facta Phrygum, & veteres mereantur
Myſorum populi, te perlectore probari
Ne Belros antiquum nec Hyacinde fabula nati
Auritusq; Mydas, nec Imoli obſcæna propago,
Nec Pelopis dolus aut pueri miſerabile fatum
Nec Satyrus nec ſceptrigero cultore Celænæ.
Denique nec Telephus nec opes aut regna minoris
Regibus Attalicis Aſiæ concredita, tanto
Sperarunt Cenſore legi, aut fore digna patrono.
Nec ſunt digna quidem: niſi tu digneris, ab illo,
Sumere teſtem animi vilem, ceu dico, papyrum
Cuius & Affines noſti & genus & puto nomen
Deuotumque tuo, commendatumque fauori,
Qualis erit ſemperque fuit, qualique potentem
Oro Deum, bonis aſpiret conatibus, & te
Incolumen Magnæ Flandrorum hoſpitet vrbi

Cal. Martiis Anno 1603.

Reuer. Tuæ Illuſt.

Cliens Io. Bap. Gramaye

CA-

CAPVT I.

Plinius l. 5. c. 32. Ptolomeus tab. Asiæ prima. Strabo l. 12. 7 Claud. 2. in Eutro. Seneca tomo 8. Cic. in Oratore. Silius l 8. 1 Claudianus. Herodo. l. 2.

REGIO hęc vt plæręque aliæ in maiorem diuisa & minorẽ, quæ Helleſpontię x & Epicteti nomine celebratur. Cuius varii populi olim 7 gẽs vna fuere appellata Phryges communi nomine, Thorgamei etiã à primo terræ Saturno, 8 Bryges antequam in Asiam appellerent, Treni etiam & *l* Menies. Antiquiſſimi autem hominum diu crediti longa cum Ægyptiis contẽtione fuerunt, donec puer vberis expers in Phrygiam primũ laxauit murmura vocem, Belros clamans quod Phrygiæ panem ſonat. Ideoque minus mirandum ſi tam portentoſa fabularum narratione vetus huius gentis permixta ſit hiſtoria, q̃ tamen nos quo ad fieri poterit integritati reſtituemus. Ante Deucalionis diluuiũ *o* Nannacus his locis imperaſſe legitur, de quo reſponſum populariibus oracula dederant, de vita boni Regis percũctantibus, futurum vt eo mortuo omnia perirent, inundationem autem futuram præuidens Rex omnibus in templum vocatis ſupplex lachrymis ſuis prouerbio locum fecit. Terram deinceps à Gigantibus occupatam ſecundus Cretenſium Rex Typhone qui latronũ princeps erat ſuperato purgauit, ſuæq; adiecit dominationi, vnde & *p* Corybantes & Curetes hinc in Cretã veniſſe putantur. Deorum in Phrygia frequens mentio eſt, cũ Minerua Alcidam feram igniuomam ibi interfeciſſe legatur, Palladiique Caſus *z* Peſſinanti nomen indidiſſe, Iouis item Mercuriique hoſpitium Philemenem & Baucidem commendaſſent. Quod ab his conceſſum cæterorum extollebat in hoſpitalitas, vnde & digni habiti ſunt qui horum ſacris præficerentur, & cum aquarum violentia vrbes integræ abriperentur, quod hi montana inſidẽtes pæne ſoli euaſerint Deorum attribuit gratitudini antiquitas

x Dio. l. 18. Phrygia maior vocatur qua ad helleſſpontum.

Ioſephus Tygramanes vocat.

Strabo ex Thracia eos venisse putat.

probat Turnebus l. 9. c. 18.

Claudianus vbi ſupra Ezechiel 27. rudes barbaraque dicti Phryges notantur.

o Stephano Annacus vocatur alii Cannacum.

Suidas in voce Nannacus

factum anno 2260

Diodo c. 15. de Inſulis

p Idẽ Iuppiter appellatur à Poetis factumque id videtur circa annum mundi 2400.

t Plut. de ore orbis Lunæ.

Amazon cognominatur t vide de hoc Troiana

Dio. l. 4.

z Herod. l. 1.

Hinc fabulantur eos in arbores, quercum & Tiliã verſos, Phryges autem in ſtagnum.

Digitized by Google

tiquitas Adraſteæ quoque Nymphæ memoria eſt quę armata flagello in ſcelus ſe vera in omnes animaduerſione tẽplo& fabulæ & vrbi inter Priapũ & Parium nomen reliquit.

Ouid. l.1. Metamorph.
Ariſt. de Cœlo.
8 Strabo l. 12.
Pephanus.

Nemeſis græcis eſt Iouis & neceſſitatis filia cui Ægyptii locum ſupra lunam aſſignant.

CAPVT II.

VT prætereã diuerſas in Phrygiam ex Thracia ab Argiuis aliiſq; ductas colonias, Ex Regibus antiquis fuit Adraſtus cuius facũdia abiit in ꝓuerbium. Itemq; *x* Mæander tempore quo cum Peſſinontiis bellũ gerebatur, qui dubio euentu pendente belli fortuna Deos precatus, voto addito ſe immolaturum quicquid victori primum occurriſſet. Is fuit Archelaus filius parenti gratulatum occurrẽs, quem, nulla interiecta mora, pietate pietatem vincens, ad aras affines mactauit. Sacrificii autem atrocitate in dies cruciatus, in flumen, quod prius ex re retrogradum vocabatur, vbi errãs ipſa ſuas decipit vnda vias, ſe præcipitauit, nomine ipſi communicato. Similia fere de ℨ Sagari fluuio qui ptius Xerobates,& *h* Scamandro qui prius *x* Xantus dicebatur referunt hiſtoriæ. Inter Reges autẽ Antiquos *a* Maſdes nominatur cuius admirabile ingeniũ & *i* opera in prouerbium abierunt. Et Argonautarum tempore 8 Peleus Herculi infeſtis armis Troiam petẽti 7 ſubſidio veniſſe memoratur. Quo tẽpore *x* mollis pueri famoſus amore ardor Herculem Colchos abire non permiſit. Hũc ſocium expeditionis Colchicæ aſſumpſerat, cumque forte maiori maris impetu remus eius labefactaretur, cum puero in littus Phrygium deſcendẽs de alio aptando curabat. Interim ſitiens puerum cum vrna ad flumen dimittit, ſed cum ripa altior eſſet quam vt ſtans haurire poſſet, in pectus procumbenti vas è manu labitur, cuius mox retrahendi gratia ſe promittẽs, præceps in flumen ruit. Huius demum non comparentis dolor Herculem ita inua-

Strabo. l. 10.
Idem l. 14.
Steba. ſer 51.
Plut. de flumini l. 9. ex Timolai li. 1. rerum Phrygicarum qua paulo aliter commemorantur à Demoſtrato à Pameo.
Prop. l. 2. c. 34.
ℨ Plut. c. 12. de fluminibus
h idem l. 13.
Plut. defide.
x Eraſmus in Chiliadibus
i Dares.
7 Phrygius.
Pindarus nemeorum od 3.
Prudentius l. 1. in Symmachum.
Alii in Myſinum legunt.
Vale. Flacc. l. 3. argonauticon.
Prudentius.

7 Hi Ttralles adificarunt.
Huic tribuunt aliqui quæ nos Dea ſupra tribuimus.
x fuit Cercaphi, & Anaxibia filius.
fabulantur eum à Matre Deum qua Peſſinonte colitur in rabiem actum.
5 de hoc aliter vide Troiana.
a Aliis Mares vocatur.
anno 2678 aut circiter
x Hylas hic vocabatur Chilodamantis filius de quo vide Theocriti commentatorem.
fabula eum à nymphis raptum.

Digitized by Google

inuasit vt relictis Argonautis nõ erubuerit in Mysiæ siluis oberrans pereuntẽ quærere cælebs, multumque quæsitum non reperire.

CAPVT III.

CIRCA eadem fere tempora Tantalus quidã 8 Imoli Lydiæ Regis ex Plota nympha filius his locis resedit, homo luxuriosus, loquax, futilis irreligiosus, adeo vt ingens ille Sipyli aliarumque vrbium euersor terræ motus ipsius vitio adscribatur. Auaritiæ autem tantum deditus fuisse traditur vt genio defraudato corpus languere sineret & deficere Ita quęstui suo studens vt templa Deorum spoliare, sacra imminuere non dubitauerit, vt minus mirum sit si male actorum conscientia ita grauatus fuerit vt nullo se loco tutum fore arbitraretur. Filium Pephilopem immolandi mẽtem habuisse videtur nisi dii facinus detestantes mature puero consuluissent, brachio interim ablato eburneum substitutũ est quod exinde Pelopidarum mansit insigne. Ganymedem Trois filium Minoi rapuit eius Mensæ & Veneri seruiturum, quæ bellorum genti vtrique materies fuit, ipsi fugæ & demum exilii occasio. Donec tædio mortuus sepultusque ad portum qui ab eo nomen habet. Huius filia Niobe traditur portentosa vtriusque sexus liberorum fæcunditate illustris, Qui, inuidia aut metu Iuuenũ nescio, vna omnes die sagittis confossi perierunt. Quem casum animo plusquam virili extulisse monumenta loquũtur. Pelops præter hãc Tantali vt diximus ex Taygeta filius more tum recepto Adolescens peregrinationis studio tenebatur. Erat illo æuo Oenomaus Elidis & Pisarum Rex qui oraculo doctus se à genero interficiendum, cum filia Hippodame multorum procorum ambitione sollicitaretur iis curule certamen proposuit fretus equorum velo-

Lucianus in dypsadibus Æthonem eius Patrẽ vocat idem Draconus pro Plota Plutum legit Poëtis Ioui filium appellatur.

f *Inde eum siti cruciari, & fame in mediis aquis & mensa fabulantur. Boet. l. 3. retro. 12. Seneca Oetai & furentis actu 3 Virg. in 6 à furiis eum prohiberi ne edat. Homer. Iliad. λαquam à sitiente ait fugere, ita vt typus hominis auari ac Horat. & Tertonio penatur.*

8 *Hinc Pindarus fingit eũ nectar & ambrosiam furatum suis communicasse. Hinc fabulatur Ouidius saxum eius capiti impendere.*

Hinc aquila vocatur Horatio lib. 4. od. 4 & locus Straboni Harpagium.

Tzetzes hist. 10. Iliadis

Athe. l. 7. c. 3.
Luci. de sacrif.
Strabo l. 1.
Hygnus c. 82.
Cornelius Gallus.

Euripedes in Oreste.

a *Cic. 4. tusculana.*

b *fulgent l. 2. fabula 17.*
c *Senec in Thyestem*
d *Ouid. 6. Met.*
f *Pindarus olim in Hiero.*
2 *Isacius.*

Hinc fabulantur eũ Dijs ad conuiuium vocatis apposuisse epulandum Vide Troiana. Fulgent. fab 18.
Herodo. l. 1.
2 *Suidas*
z *Fausanias in eliacis prioribus.*
Herodo 5. filios.
Homer. 12. Hesiod. 20 alijs 7. Decadib. 14 promiscui sexus.
a *Tzetz. chil. 5 hist. 141. nomin.*
Senec. Hercula 2.
Siren. actu 2.
g *Alij Matrem eius, Plasthenem volunt.*
Cic. 3. tuscul.
Vir. 3. geor.
Cassiod. l. 3. variarum epa 51.

2 *fabuleam Latona quæ geminos edidit se peperisse.*

Hinc ab Apolline & Diana necati finguntur. Hinc in saxum mutata fertur Ouid. 2. de Ponto.

Alij Hippodamia.

Pindarus ode 3. olympiorum & 9.

citate, quibus pares non fore existimabat, victori præmiũ filiæ matrimoniũ statutũ victo pœna mors Ita temeritate iuuenili an amoris vehementia, quã puellæ forma cõcitabat, nescio, præditũ se in certamen offerentes victi necatique sunt. Pelops sibi diffidens ad dolos conuertitur Myrtilumque aurigam pollicitis corrumpens effecit vt Oenomai plaustro infirmos axes subiungeret. Ita dissoluto curru victus lapsusque Oenomaus, aurigam deuouens generumque vltionem rogans exspirauit. Sic venit in Phrygios Hippodamia sinus, Pelops regno & coniuge potitus, Myrtilium pietatem & fidem promissis anteponens, perfidiæ præmium poscentem in Mare præcipitauit, quod ab eo nomen assumpsit, populoque ex Phrygia adducto nouam in Græcia Coloniam fundauit, eamque de se Peloponnesum vocauit?

apud Eliden.

Mercurii ex Thaetusa vel myrtho Amazone filium vt alii obscem axi nũ obiecit.

Claudianus.

Ouidius.

Myrtium.

CAPVT IV.

Plut. de fluminibus c. 12.

OBseruo plurimos Phrygiæ Reges Midæ nomen & Gordii obtinuisse, quorum facta vt ad vnum referantur temporum non patitur veritas. Antiquissimus omnium vt puto ille est cuius tempora Marsyas nobilitauit Hagnidis filius, qui iuxta Cælenas 8 proiectis, ob oris in earum inflatione deformitatem à Minerua tibiis, vsus adeo excelluit vt earum sonum Cytharæ suauitate anteponeret. Arbiter factus Midas eius subscribẽs sententiæ, notam incurrit imperitæ stoliditatis, Marsias autem siue ab Agonotheta scutica *a* flagellatus, siue aliter laqueo vitam finiens, ab eodem *b* excoriatus 8 mersusque vicino 7 flumini nomen suum reliquit. Midas quoque appellatus est qui in Pessinonte Regiam habuit cuius rosetum itemq; hortus à scriptoribus celebrantur, qui idem putatur Deorum Matri fanum erexisse. Hæc Cybele Berecinthia itemque bona Dea appellata putatur quæ

8. Hoc ideo fictum quia iuxta Cælenas boni gignuntur calami.

Strabo. l. 12.

Hyginus c. 16.

hinc fingitur cum Apolline certasse à Poetis

Plut. de musica ait eum geminas tibias reperisse Fulgentius l. 3. f. 9.

Hinc Asini aures eum habere fingunt.

a Mart. l. 10. epig. 62.
b Herodian Polihymnia. Suidas.

Paulo aliter Dio. l. 4.

Hinc fabulantur eũ in flumen versum esse

Strabo. l. 12.
x Tertul. de pallio
Idem de corona militis.
y Strabo l. 12.

Inde Vir. l. 10 turigeras vrbes ei creditas ait.

Vide Arnob. l. 5. contra gentes.

Digitized by Google

quæ f turribus vrbes Phrygiæ muniuit, x efferatosque & proiectos ad omne libidinum genus mitiori vitæ restituit armis rebelles & insolentes compescens: quare diuinis post mortem honoribus affici debuit, adeoque vt deficiente sacro sensu sacerdotes nullo refragante ambientes publice impensas emendicarẽt. Hæc Atym puerum amasse x perhibetur qui siue nolẽs assentiri Deæ amorib⁹, siue alias rabie quadam ob violatam contra votũ castitatem exectis virilibus sacris cepit operari, vnde mos obtinuit, vt castratorum 8 opera magnę matri Deum deinceps sacrificaretur. Non multo post Gorgius quidam fuit homo plebeius & vilis quem circum forte arantem cum omnis generis aues volitarent, Aquila iugo eius insidente. Augures consulturo super hoc portento, occurrit eximiæ pulchritudinis virgo diuinandi perita, quæ se matrimonii & spei sociam fore præfata regnũ homini spondet. Cumque seditione Phryges laborarent continua oraculo moniti sunt Regi summam rei committendam, & cum de Persona quam assumi oporteret rogaret eum inaugurandum, quẽ primum in templum Iouis plaustro eũtem offendissent. Is fuit Gordius qui & Rex salutatus plaustrum Maiestati Regiæ in eodem fano consecrauit, de quo oraculum proditum, quod qui nodum inexplicabilem quo iugum vinciebàtur dissoluisset Asiæ imperio potiturum. Mydas Gordio defũcto patri filius succeſſit ab Orpheo sacris initiatus, qui Phrygiam totã religionibus impleuit quibus si vita tutior quam armis fuit. Anchoram mõstrauit, Ancyram condidit, plumbum album nigrumque inuenit, ex Pactolo & metallis circa vermiũ montem immensas opes conflauit portento fidẽ faciens. Nam puero dormienti cum formicæ in os grana tritici congessissent, parentibus quorsum prodigiũ tenderet exquirentibus, augures responderunt omniũ eum olim mortalium fore ditissimũ

Hyginus fab. 191. & 274.

Halycarnassæus l. 2.

x Valer. Max. l. 7. c. 7.

Catullus carm. 6.

Iuuenalis Satyra 2.

8 Dio. l. 3. c. 15. qui & paulo aliter historia de Athy refert.

Plut. in Alexand.

Strabo l. 12. Arrianus l. 1.

Iust. l. 11. qui Gordyn. vocat eum.

Curtius l. 3.

Iust. l. 11.

Pausa attici Hyginus fab. 274.

Strabo l. 14. Val. Max. l. 1. c. 6. Ælianus l. 12. c. 15. Cic. 1. de diui.

x inde Lucretius l. 3. Ioue ad currum eius iungit. Vnde sacerdotes eius eunuchi vt Apollonius 1. Argonauticon. 3. inde tympana eius in sacris pugnantur.

facta sunt hæc circa annũ 2657.

f Tertul. apologetici c. 15. pastorem vocat.

8 Qui Galli Phrygibus dicuntur ideſt execti.

vixit circa annum 2690. cui vxorem dat Plut. in Cæsare bonam Deam

qui & fuit. Hic Silenum & Bachi comitibus vnum casu & incutia ad se adductum omni humanitatis officio prosequutus hospitem secum detinuit donec à reduce Bacho inueniretur epulis & vino oneratum, cũ quo doctissime multa disseruit. Qualia sunt illa de alio orbe itemque illud de Machima & Eusebia Ciuitatibus, quarum altera labori quodammodo sacra, altera voluptati, & ad hanc nisi per illam pater accessus. Ad extremum illud, quod redemptionis præmium Regem docuisse traditur: optimum homini non nasci, proximum huic, cito mori. Homo fuit omnium auri cupidissimus adeo vt genio defraudato quæuis etiam ad vitam necessaria sibi subtrahens in aurum cõuertebat coaceruabatque. Per ea tẽpora duo in Phrygia colles arcibus instructi latronibus effugia erãt, qui viatores adorti iter omne occupabant. In hos arma conuertens Mydas expugnauit. Cum circa Cælenas terræ hiatu plurimæ Domus absumptæ essent Mydasque oraculo monitus res præciosissimas iniiceret, ita fore vt terra coeat, aurũ & quicquid erat prætiosum præcipitans, nihil profecit. Quo o obseruato Anchurus eius filius animã nihil præciosius reputans, datis parenti vxorique complexibus, insiliit, vbi postea terra sibi restituta Iouis Idæi ara erecta posteris testatam fecit Iuuenis generositatem.

Natalis l. 9. c. 15.

Xenop. de exl. 1.
Tertull. pallio
Ouid. 11. Meta. & Sabinus in eum.
Tertull. ad Hermogenem.
Ælianus l. 3.

Cic. 1. tuscul.

Fulgentius l. 2 fab. 12.

Callisthenes in Nauigatione.
Hecatæus in Hyperboreis

Descripto à Curt. l. 3.
Plut parallel. 4.

Ex Calisteni 2. metamorph
Idem de superstitione.

o Stobæo & Ser.

Ægisthus vocatur ex l. 2. transformationum Callisteni.

Hinc fabula fonte vino mixto Mydam inebriatũ Satyrum capisse.

fabula eum à Bacho impetrasse vt quæcunque contingeret in aurum mutarentur
fabula si vulgo aures Asini vocabãtur quibus captis easdem Mydas habere dictus est, quanquam alii idẽ fingi velint quod egregius causarum arbiter fuerit, vnde & eius tribunal Delphis aureum. Hero. l. 1. alii reuera ob ignauiam ab Emphali & aures amputatas. Athenæus l. 12. c. 4 alii qui hunc cum aliis Mydis confundunt quia Tibias Marsyæ cythara antepo-- suit.

CAPVT. V.

TALEM meruit filium pius pater qui matrem diuinis honoribus cumulare semper studuit & in eam rem Tibiæ obliquæ in luctu ad aras vsum inuexit. Hac pietate & diuturnum & quietum, & amplum regnum meruit vt qui etiam Dardaniæ imperasse scribatur, & quod caput est & iterum repeto, filiorum virtute celebrari. Quorum Gordius ei successit qui fatis concedens fratri Orteo locum

Suidas in voce ἴλλυρος: Plinius.

Seruius in 2 a Æneide.

huic matrem vxorem dãt Cybelem alii.

Hermedicam Vxorẽ Mydæ Cymensibus. numisma percussisse scribit Heraclides de politiis.

Digitized by Google

cum fecit. Post quos Lytierses Cælenarum imperio potitus est. Midæ ex concubina filius homo agrestis, immanis, vorax, quiq; fraternam paternamque gloriam obscurare potuisset, nisi mature ab Hercule sublatus esset. Homines enim illac iter facientes secum agros colere compellebat. Quod parum fuisset nisi ad satiem eorum opera abusus capita iis insuper præcidisset, trũcos manipulis inuoluens. Huius nomine extant messorum cantilenæ, credo à messoribus Mydæ cantari solitæ, exemplo Herculis. Ab hoc fortasse excluſus hæreditate paterna alter Mydas hac arte se restituit. Simulans se Diis magnis sacra facere, complices & assectas cum tympanis & tibiis eduxit ficas vestibus occultãtes. Quibus omnes promiscue ad spectacula egressos inuadentes Mydam suũ solio collocant, & sane obseruare licet deinceps Gordiorum Mydarumque nomina Regibus multis, aut quod non absimile vero, hęc communia iis nomina fuisse quæ nos propriis deficientibus substituerimus. Cum Mydas appelletur qui Cimmeriis Lydiam Phrygiamque irrumpentibus præfuit. Qui somniis quibusdam hęc tangentibus ita exanimatus est, vt taurino sanguine hausto mortem occuparit. Mydæ quoque nomen obtinuit, qui paulo post iisdem Cimmeriis ex Media ad Halyattem fugientibus imperauit.

Athen. l. 10. c. 1.

Eusebius.

Athen. l. 14. c. 6.

Polyænus l. 7. stratagem.

Hic forte est Herodoti Midas nisi quod ab eo Gordij filius dicatur cuius tribunal Delphis consecratum.

Circa hæc tempora Æsopus Phryx fabulas composuit quas in vnum libellum coniectas, Plato pueris prælegi vult. Vide Stobæum serm. 23. 49. 105.

Vide Lydica. Plut. de superst.

Vide Media.

Cuius haud dubie filius fuit Adractus, qui fraterna cæde pollutus ad Crœsum diuertit, à quo humaniter exceptus expiatus & insuper post cædem Atys, qui Crœsi filius erat, venia data incauto errori, retentus. Sed ipse veniam à se impetrare non valens temerati hospitii quod ipse sacrilegium interpretabatur in tumulo Atys sibi ipsi manus intulit.

Vide Lydica. Herod. li. 1.

CAPVT VI.

POST hunc nascente Persarum imperio Artamas magnæ Phrygiæ princeps nominatur, qui Assyriis contra Cyrum equitum 80000 cetratorum hastatorumque non pauciores 40000 auxilio misit. Sed victis Assyriis se cũ aliis subduxit, nec multo post Lydicam Cyri victoriam cum imperata facere recusaret à Præfectis desertus in Histaspæ manus deuenit. Cyri iudicio permissus Phrygibus partim vi partim sponte se ei dedentibus, qui ante adhæserant Lydis cum Cræso Gabæus 6000 equitum, 10000 cetratorum adduxit.

Xeno. lib. 2. Cyr.

Idem l. 4

Idem lib. 7.

Herodi. l. 1.

Xenophon l. 2.

Circa eadem tempora Sybilla Helleſpontiaca huius loci claruit Marmyſſa agricraani vico oriunda, qua de doctrina Chriſti cecinisse putatur.

Quoties autem in Asia versari magnos Reges contigit Celænis frequentes erant ob Paradisum & in eo venationes, quem à Xerxe conditum quidam putant. Phrygiæ autem magnæ Pharnuchus ei quæ est circa Hellespontum Artatamas Satrapa dictus est. Initaque à Persis tributorum ratione, Phrygia Paphlagonibus, Syris Mariandanis iunctis tributi nomine 360 talenta exsoluere in singulos annos iussa est, Lydiæque & Ionicæ addictis vni Oræti paruit. Postea, vt puto, Artapherni aut saltem Otani. Quo tempore à Megabyso Pæones huc translati sunt, qui Aristogaræ deficientis impulsu postea cum vxoribus & liberis reuerterunt. Deinceps Ariobarzanes qui á Persis defecit nominatim victus & in crucem actus à Xerxe. In cuius græca expeditione Artachines Phrygibus præerat & paulo post Epyxies præfectus nominatur, qui Themistoclis vicini gloriæ inuidens, de nece eius non semel cogitauit. Cyro in fratrem mouente Cælenis in regio horto census est totus exercitus, & ante Cyrum Tissaphernes frequens etiam his locis erat. Qui necem machinans Artaxerxes Tethrauſtem cum 2 litteris misit, alteras ad ipsum in speciem, alteras ad Ariæum qui Colassis Phrygiæ erat & præerat. Qui audita Regis voluntate

Herod. li. 3.

Herod. li. 5.

Suidas.
Idem l. 7.

Plutar. in Themistocle.

Xenoph. 1. de expeditione Cyropæ.

Polyænus li. 7.

Aliter vide in Babylonicis.

Xenop. 3. hist.

Thucydides l. 5

Telem Politius.

Xeno. l. 1. hist.

Thucydides l. 8.

Suidas.

Xeno. l. 3. hist. l. 4.

Polyanus lib. 8.

Arrianus l. 1.

auocatum in balneis opprimit capite Regi transmisso. Per eadem tempora Pharnaces Phrygiæ Mysiæque & vicinorum Satrapa, Deliis exulibus quos Athenienses tanquam prophanos eiecerãt, Andrymittium incolendum dedit. Cuius filius & successor fuit Barnabazus qui ope Lacedæmoniorum occupatas ab Athenienſibus vrbes recuperauit. Mindaro 300 nauium classem Alcibiadis suasu in Phæniciam remittit. Athenienses nauibus Laconicis insidiantes à littore repulit victas ab Alcibiade, quem postea in gratiam Spartanorum militis opera qui caput ei fugienti & vulnerato præcidit, sustulit. Pro tot meritis præmium vile consecutus est à Dercylide Æolide, ab Agesilao Phrygia exutus. Quare à Memnone classem impetrat, Cononem sibi iungit, maris imperium victo Pisandro Lacedæmoniis aufert. Insulas & vrbes ad mare recipit, oram Laconicam cæde & incendiis vastat, Cononi Athenarum reparationem indulget & Piræi munitionem. Ægyptio bello cum Iphicrate præponitur, sed re infeliciter gesta in Asiam reuersus Iphicratem culpat & occulte elapsum Athenienſibus accusat.

Præuiderat in somnio Alcibiades se amica velle indutum sine capite comburi. Suidas.

Fuit eodem tempore Principis Dardanicarum vrbium Lembdis vxor, quæ Pharnabazi consilio & propria virtute terrori omnibus fuit. Hanc Medias qui fidelitatis præmium filiam desponderat summa necat perfidia. Quod argumento est quãuis suum Satrapam Phrygia, quod nihilominus & suos regulos plæræque vrbes habuerint. Vltimus autem Satraparum Arsitas parta ad Granicum victoria reuersus, quasi ipse cladis auctor extitisset, sua manu perit.

Diodorus eum Patalagonia ait præfectum.

CAPVT VII.

Suidas ait hunc extemporaneam orationem reperisse.

ITA Persis fidi plærique manserunt, Alexandri Macedonis iram vix effugientes, horum in numero fuerunt Lampsaceni quibus idem infensus extre-

Hos Mysia quidem asseruerunt.

Digitized by Google

extrema & crudelia minabatur, excidiumque certissimum nisi Anaximenis occurrisset prudentia. Qui Alexãdro suo olim discipulo vt auditori supplicaturus (cum regem de aduentu eius, & causa certiorem iurasse accepisset se contraria votis eius facturum) hoc petiit vt vrbem flamma, in ciues ferro agat. Rex iuramenti memor etiam inuitis Lampsacenis ignouit & liberos abire iussit. Celænas idem Alexander cum venisset vrbem quidem vacuam Ciuibus ingressus, cum de arcis expugnatione laboraret, nec quicquam pacatum caduceatori responderetur, arcta obsidione eam cinxit. Præsidiarii 60 dierum inducias pacti cum nullum à Dario subsidium mitteretur se Græcis permiserunt. Inde ad Gordium contendens cum de oraculi promisso audisset nodum Gordiũ gladio dissecans, responsi mentem vel clusit vel impleuit. Ab Alexandro autem Calas Phrygiæ vitæ datus est rector, cuius post mortem Antigono Philippi filio assignatur Phrygia maior, Leonato minor. Quæ non multo post Eumenis fidei credita sunt, cum in Ptolomæum arma expedirentur. Postea ab Antiocho Hinrace fratri ab Eumene Antiocho erepta est. Ita vt huic prouinciæ regnum Asiæ post Alexandrum adscribere merito possimus. Quæ non nisi eorum fuit possessio, qui Asiam regis titulo occuparunt aut occupare præsumserunt. Postquã autem ad Pergamenos Eumenis merito delata est per manus eius posteris tradita, eorum testamento ad populum Romanum delata, Mithradatis incursionibus non semel vexata, nõ vno modo subiecta Aquilio vel largitione vel vi inde pulso. Syllæ felicitate, Luculli virtute, Pompei magnitudine Romanis prouinciis adscripta est, quemadmodum antea post victum Aristonicum fuerat.

Verderus li. 3. c. 18.

Curtius lib. 3.

Vide supra.

Arrianus.

Iust. lib. 13.

Appianus in Mithridatico.
Liuius epit. 70.
Appia. 1. Ciuilium.

Iustinus ait Mithridati eam à senatu datam. Appianus eam postea eidem ereptam causam belli fuisse.

Pergami autem Mithridates quidam ex Eupatoris pellicum vna natus, non inuitis Romanis consedit, qui Cæsaris partes sequutus Galatiæ tetrarchia

Strabo l. 13.
Ioseph. l. 4. c. 16. & 18. belli c. 7.
Vide Bosphorum & Galatiam.

Vnde dictus est Pergamus.

Digitized by Google

trarchia donatus iussus Asandri rebellionem vindicare in prælio fortiter pugnans occubuit.

Dio li. 42. Post quem regis titulo Phrygiam gubernatam non legi, sed prouinciæ duntaxat titulo à prætoribus gubernatam.

CHRONICON OCCVPATÆ ab Antigono post Alexandrum Asiæ.

3644. OCCVPAT AntIgonVs AsIaM SYrIaMqVe SeLeVCVs.
PLVra De ALeXanDrI regna reLata throno.

ANALECTA ANTIQVITATVM PHRYGIÆ.

Alex.ab Alex.l.6. PHRYGES Mæandro & Marſyæ fluminibus rem ſacram faciebant.

Diod.l.16. Antrum Paridis in Idæ frequentabatur.

Stobæus ſ. 113. Sacerdotes ſuos Phryges ſuper lapides 10 cubitorum erectos ſtatuebant, poſt mortem.

Macrob.l.1.c.21. Attines & matris Deum cultus ad ſolem quidam referunt.

Turneb.l.2.c.15. Tibiæ Phrygum ex buxo, Aſiæ autem ex loris.

Athen. li.4.c.24. Tibiam buxeam Phryges inuenerunt, fiſtulam

Plin.li.7.c.56. Marſyas vel geminas tibias, & Phrygios modos Marſyas monſtrauit.

Statius 5.ſiluarum *Mart.l.3.ep.49* Lanea Phrygum eſt coma, flaminis, id eſt, ſemini rus grex ſacerdotum quia caſtrati.

Iuuen. Saty. 2. Ideoque galli dicti ſolum ſacris matris Deum prę-erant.

Proper.li.4.ep.7. Æra rotunda Cybeles, & cornua erat.

Ouid.in Ibim. Et quatiebant molli tympana manu. *Lucianus.*

Mart.l.11.c.89 *Virg. 9. Æne.* Alba ſænis lacerabantur brachia, cum furit ad Phrygios enthea turba modos, & biforem dat tibia cantum.

Stat.12.Theb. Nocte lamentata reſultant Pergama pinnigeri, cum rapitur Simoentis ad vndas Dux veſana chori.

Liuius li. 38. Vaticinabantur fanatico carmine galli.

Varro l.3. c.9. de re ruſti. Quomodo caſtrentur ferro candenti vide.

Iuue.Saty.6. Phrygum prima thyara inuentum eſt.

Tibul.li.3.c.3. Laudabantur Phrygiæ columnæ, cruſtæ.

Auſo ey.10 *Athen l.1.c.25* Mancipia muſici. *Plutarchus.*

Virg.4.Georg. Pix.

Polit. Plut.ex Platone. Phrygius tonus pugnas excitabat, & votum furoris inflammabat adoleſcenti vitandus.

Reges

Alex. l. 1. c. 28. Reges Phrygum maximi sunt appellati.

Alex. l. 4. c. 15. genialium Gergethii in nummis Sybillam perferebant inde oriundam.

Aspendii palæstras, Cyziceni Leonem & Cybelem.

Alex. lt. 2. c. 2.

Phryges puetos seruilem in modum alebant imo & vendebant.

Strabo l. 7.

Diodo 4. Alex. 1. Manes & Mydas seruorum Phrygibus nomina.

Virg. 9. Æneï. Dactyli in Ida primi ferrum excuderunt.

Phrygibus picta croco, & fulgenti murice vestis.

Lucianus. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Arrianus l. 1. Phrygia saltatio conuiuiis & ebrietati aptissima.

Plin. lib 7. c. 56. ex Theophraste. Palus Ascania sal concretum proferebat.

Bigas primi Phryges iunxerunt.

Plin. vbi supra. Itemque vehiculum cum rotis 4.

Hygi. fab. 27. Æs conflare & temperare telas Phryx docuit.

Stobæus ser. 44. ex Nicolao. Plumbum album & nigrum Mydas reperit.

Phryges nec iurabant, nec alios iurare compellebant.

Alex. l. 3. c. 5.

Bouem aratorem qui auferebat, aut instrumentum agriculturæ, mortis reus erat.

Cicero 1. de diuin.

Phryges auibus plurimum obtemperabant.

MISIA.

CAPVT I.

Describitur Plinio lib. 5. c. 32.
Strabo l. 7. & 12.

MISIOS Thraciam gentem esse & huc ex Europa commigrasse opinio est. Quanquam alii Lydorum colonos putãt à freto Hellespontios, à monte Olympienos dictos, à Mes ex Aram Semi nepote Mysos vel Mæsos, qui hinc in Europæ Mœsiam profecti sint, magis crediderim aquarum vehementia pulsos. Quibus in suos se alueos recipientibus ex Europa colonias missas non negarent. Antiquis temporibus cum Dii indigetes Regionem tenerent & ab incolis in Palladis honorem apud Aduram Fl. fieret pernoctatio, Astræus Neptuni filius per insciti am Alcippe intulit sorori vim: quod cum postridie ex annulo quem ei detraxerat comperisset, mœrore captus in flumen se coniecit quod ab eo primum, tũ etiã á Cayto ob simile factum, variam sortitur appellationem. Et sane non nisi ob assiduum Deorũ cultum Capnobatæ, id est, fumi scansores Mysi, & deicolæ nuncupantur, qui Brittiam nympham, vnde Regioni nomen, diuinis honoribus prosequantur, & sacrorum specie hostem subinde fefellerunt. Erat Lampsacenis cum Parianis vetus de finibus contentio. Tandem conuenit inter vtrosque vt sub Galli cantum vtraque ex vrbe vnus aliquis dimittatur, & vbicunque sibi occurrissent illic terminum fore. Lampsaceni interim cum aliquot opus agentibus ad mare conueniunt, vt eodem tempore viam qua Parianis transeundum erat, piscibus in ignem proiectis, defundentes vina quasi Neptuno rem sacram faciant.

Hodie Bursa.

Berosò Masis vocatur.

Strabo l. 7.

Suidas in Abrettune.

Palladi in Mysia honos.

Ei etiam honor à posteritate est habitus.

Polyænus li. 6.

Quod

Quod postridie conspicati Pariani contentione itineris tantisper remissa socios se inuitantibus addiderunt. Interea Lampsaceni celeriter cursui insistentes Hermæum vsq; peruenerunt 70 à Pario stadiis, qui deinceps vtrique terminus mansit. Ita Lampsaceni inter Asiæ ciuitates summo loco habiti, qui nec Alexandro adhærere cõtra datam Persis fidem voluerunt, nec Antiocho, quamuis vterque bonam Asiæ partem occupasset. Antiquitus in hac vrbe claruisse putatur Priapus homo libidinis portentosæ, & vi prolifica inusitatæ fęcunditatis, ideoque fœminis loci acceptissimus, viris inuisus. Quo factum vt edicto senatus aliquamdiu in agris exulauerit, donec obscæno morbi genere afflicti opemque oraculo Dodonæo exposcentes, eius monitu insontem in vrbem reuocarent. Cum que stuprum virgini nuptiarium tempore inferre cogitaret, Asini clamore territus sanxit, illud sibi animal potissimũ, cum in limos translatus esset, immolandum, quod agnatum eius intercepisset.

Plut. in vita.
Vide Phrygiam.
Archias poeta.
Suidas à Parnida regionẽ inde dici quod Venus cum tam deformem peperisset inficias inierit, & alibi eundem esse vult cum Bacche.
Ideo Venere natus dicitur.
Hinc de membro genitali maximo in fabulu est.
Hinc hortũ priapeum fuisse.
Ouid. 1. fastorum.
Hinc vestam stuprare voluisse fertur fabula eo factum quia pudendi magnitudine ab vno ex Bacchi Asinis visus esset.

Lampsacus autem ab eiusdem nominis fęmina nomẽ suum mutuauit, hac occasione. Cum Mandron Pythoessæ populare teneret imperium, Phobus Codri filius hospes, & bellorum quæ cum vicinis gerebat socius aduenit, cui victoria potito concessum Phocentium in has oras duceret coloniam, quos clam Mandrone cum incolæ opprimere statuissent, re per Lampsacem fœminam detecta, quod aliis intentabant ipsi experti sunt, & fœminæ diuini honores decreti. A Tyrannis autem Mysiam rectam fuisse vnius Nearchi nomen persuadere posset, Zenonis Eleatis occasione notum, qui cum eius tyrannidem euertere cupiens apprehensus esset rogatus, de sociis coniurationis omnes tyranni amicos nominarit.

Plut. de claris mulieribus.
Exemplo 18
Ex Garone.
Lampsaceno in historiis.
Philost. lib. 7.

CAPVT II.

Strabo lib. 13.

CIRCA Troiana tempora celebrare nominatim cæpit Mysorum nomen, cuius Rex Teuthras Cilices, Cetheos aliosque insuper ex finitimis regno suo adiecit. Atque adeo Regioni quam à Diomede regendam & possidendam acceperat suum nomen communicauit. Ad hunc Hercules diuertit, ad hunc Herculi per stuprum cognita Auge à patre *r* aquis addicta à ministro *l* Caribus vēdita, à quibus Teuthranti data formæ elegantia seruitutem euasit, in thori consortium assumpta, & post mortem hæres scripta. Cuius in Mysia tumulus lapidea circumductus crepidine seruat monumentum. Huius ex Hercule natus Telephus *f* oraculi monito in Mysiam delatus, in matris venit vitricique notitiam, cui finitimorum bellis implicato succurrit, morti semel periclitātem eripuit, vulneri eripere non potens. Memor huius beneficii Teuthras Argiope filia in matrimonium data, regnum insuper cum matre permittit. Præter Argiopen autem & Astyoche Laomedontis filia, & Hyene coniuges Telepho dantur, quarum postrema equitatui præfuisse narratur. Qui clarus inter suos finitimis terrori erat, ex quibus Cereos de suo cognomine latinos voluit nominari. Laudes enim sacras solemnes in Pergamo decantatas ei & statuam præbentis vbera Ceruæ in Helicone dedicatam, argumentum est amplissimi nominis & existimationis. Cum Græcorum classis Troiam peteret, errore aut tempestate in Mysiam delata à custodibus & post ab ipso Telepho repulsa magnam cladem accepit, Tersandrus Polynicis singulari certamine cadit aliique insuper plures futuri, nisi Achilles & Aiax prælio restituto Teuthracium Telephi vterinum prostrauissent. Qua re turbati quidem militum animi accensus, vero Telephi. Qui dum ferro in obuios agens Vlyssem pertinacius

Ab eo dicta Teuthrania.

Dares & Dyctis de hoc diuerso modo loquuntur.
Pausa. Atticis.
Hyginus c. 100.
Idem in Phocicis.
l Nauplio.

r Alex.

Fabula:
Eam arca inclusam matris vi in Mysiam delatam.

In quo Midæ conspicitur.

Strabo l. 13.

f Dictus ex eo quod cervus exposito vbera admouerat

Pausa. in Phocicis.

Diodo. li. 5.

Vxores Telephi tres fuerunt.

Pausa. Arcadicis.

Philost. Hero. li. 9.

Inde Latini in Italia.

Suidas.
Sed hoc filio Cedreni tribuit Latino.
Pausa. Eliacis.

Telephi laudes in Pergamo cantata.

Idem Beoticis.

Pindar. Olymp. o. 9.

Græce in Mysia.

Dictys li. 2.

Guido de Columna c. 33. & 34. histor. Troiana. Horat. exod. ode 17.

insequitur vitis trunco præpeditus & hærens ab Achille iaculo transfigitur femur, morti tamen à suis subtractus. Postridie per legatos mouit nepotem Telephus Nereium, in quem superbus ordinarat agmina, vel si aliter placet, Græci Herculis magnitudine territi, quæ in Telephi corpus transmissa cum semine videbatur, Tlepolemum cum duobus Herculis nepotes miserunt pacem, & si posset auxilia petituros. Illud affinitatis respectu facile impetratum, hoc eodem negatum, vt enim Heraclidis sic Priamo iunctus erat. Ita neutris opem ferens vtrorumque mansit amicus. A quo aduocati & magnifice habiti omnes Pelopidæ ad quem missi. Machaon & Podalyrius medici & Æmonia qui cuspide vulnus senserat hac ipsa cuspide sensit opem, quod licet alio trahi possit ad ferri ærisque vim medicam non nemo refert.

Vt scriptores historiæ Troianæ Dares Dictys Guido.

Id est, Achiadem.

Myſia neutrarum partium belle Troiano.

Trop. li. 2. ad Mecænatem.

Plin. l. 34. c. 15.

CAPVT III.

TEVTHRANTI ex Auge præter Teuthratium Apylus filius fuit diues, & quod diuitiã ornabat, liberalis, cum Calesio auriga à Diomede necatus, filia Tecmessa ab Aiace nuper abducta, & in coniugem recepta, Telepho ex Argiope plures liberi extiterunt.

In Arisba habitauit.

Homerus Iliad. 2.

Dictys & Calaber l. 3.

Sed Euripilus huc solum inferendus, qui numeribus & Cassandræ connubio illectus Priamo auxilia adduxit, Machaonem & Peneleum occidit, Niteum etiam cum Pyrrho congredi ausus curru deiicitur, gladioque exanimati cadauer patri ad sepulturam donatur. Præter hunc autem Eunomus & Chromius Mysiæ Reges Mysorum auxiliarium præfecti Achillis virtute & manu cõsumti nominantur. Ita diuersæ factionis & mentis Mysia fuisse mihi videt, aliis Priami & Asiæ partes foue ntibus, aliis cũ Telepho Græcorum, si non auxilio, certe transitu & cõmoratu cõcessis. Quę forte causa

Pausa. Lacon. & hesticis

Dictys li. 4.

Augur.

Homerus.

Ausonius epita. his 22. Homer. Iliad. 2.

Myſia vtrarumque partium in Troiani belli progressu.

Dares.

Digitized by Google

causa est cur Græcis ad sua reuersis & Asia se colli-
Timocles in Iambicis ad. 7 lib. 1. gente Telephi extremam in extrema ætate egestatem triumphis suis fortuna adscripserit.
Horat. de poeti.

Cuius regnum aut potestas ad externos deuoluta est. Ex quibus oraculi præcepto Pyrrhi & Andromaches filius Pergamus, Arium in Tenthrania dominantem singulari de imperio certamine victum occidit, vrbibusque ibi de suo & matris nomine ædificatis imperauit. Quarum Pergamus
Plin. li. 5. c. 30. obliterato & oblito pæne Mæsiæ vocabulo regni induit claritatem. Vnde in frugi perdas & millies
Cicero. famæ homines Mysorum vltimi prouerbium remansit. Regio certe siue tyrannos suos, siue Re-
Hero. li. 1. ges alios passa à Lydis sub Cræso domita, & eodem victo in Cyri redacta potestatem. In Darii catha-
Idem lib. 3. logo commune cum Lydis pependit tributum, Phrygiæ Lydiæ aut oræ maritimæ satrapis subiecta, nihilque adeo nobile ausa patrare, donec Dario per Alexandrum victo, Alexandro per successores diuiso, Pergamus rudi initio ad Asiæ regnum peruenit.

Alij tamen Ariam Telephi filium aut nepotem fuisse conjiciunt.

Pausa. Attici.

Alii Amphialus vocatur

CAPVT IV.

Regnum Pergamenum

PHILÆTERVS homo fuit plebeius & ignobilis Paphlagonia originem ducens, cuius v-
Athen. lib. 13. c. 13. xor tibicina. Hoc natus ille Philetærus Ciamis spa-
Lucianus. do factus, cum forte spectaculo funebri nutrix eum brachio sustenstans à turbis comprimeretur. Nihilominus liberalem nactus est educationem, ascitus in Ducis Antigoni familiam. Anti-
Strabo l. 13. gono autem cæso victoque domino suo adhærens in partes Lysimachi transit. Mox explorata eius fide pecuniis & rationibus Pergami præficitur, fidus
Pausan. in Attici. eidem donec falsa Arsinoes criminatione delatus vlcisci cogitauit iniuriam & castrũ à fide Lysimachi abducens cum 9000 talentorũ Seleuco prodidit

Athenæus 13. Thrygia vocat.

Satrapa Thrygiæ & præfecta regni.

R. Thraciæ.

dit quam pecuniæ ſummam poſtmodum recepit
Strabo vrbis & Regionis Bocæ aſſumpta gubernatione. *Myſiæ vicinæ*
Vindictæ rem hanc fuiſſe non perfidiæ oſtendit
præſtita Seleuco etiam mortuo fides, cuius corpus
ingenti pecunia redemptum regium cremauit re-
liquiis filio Antiocho miſſis. Homo fuit pruden-
tiſſimus vt qui feruente continuis bellis Aſia ſolus
ſecum præſidio in arce ſua cõtinens euaſerit. Hoc
autem factũ ob equiis & manibus promiſſis qui- *ob iit anno 3679 regni-*
bus potentiorem ſemper partium & viciniorem *mi 20 vitæ fere 100*
lactabat, nihil interim vrbis dignum præſtans vt
ſi ſors aliter cadat facilior ipſi pateat ad veniã via
& excuſatio. Huic fratrum alter fuit Attalus qui
Achæi Tauri Regis amicitiam & filiam Antiochi-
Pauſanias in atticis dẽ promerit. Gergethios è Troade ad fontes Caici *in Gergetha pagum*
Strabo l. 13. traduxit oppido eorum diruto. Alter Eumenes cu-
ius filium eiuſdem nominis ſucceſſorem reliquit,
qui Antiocho 2 Gonnatæ rebellans Macedonũ
Strabo l. 14. Gazam in Caſtello Quinda munitiſſimo apud *Regis Syriæ fratrem*
Aurhialem ſuſtulit. Antiochum Hiecatem cũ co-
piis gallicis occurrentem ad Sardes vicit. Quæ res
non exiguo aliis terrori fuit & admiratione. Mirũ-
Laertius c. 4. que certe cum hic Arcaſilaum Philoſophum libe-
raliter habuerit, ita incontinentiæ deditum fuiſſe,
vt immoderata ebrietate mortem ſibi conſciuiſſe
Athenæus 5. ſcribatur, ſucceſſorem relinquẽs Patruelem Attali *anno 3721*
ſuperioris filium patri cognominem, qui primus *per feſtum Pergami in re-*
diademate aſſumpto non à Regis appellatione fa- *gum verſa*
miliam illuſtrauit. Et rerum geſtarum magnitu-
dine nemini ſuæ ætatis facile ceſſit, & dubites
bello ne an pace plus ſibi laudis acquiſierit. Bella
illata maiori dexteritate quam potentia propulſa- *Res Attali bello*
uit amicitiis comparandis ingenioſus & ſeruandis
Suidas fidus. Ariathatem pulſum humaniterque ſuſceptũ
totis Regni viribus reduxit, in Cappadociam à *Ceramo*
aliis Egoſages Seleuco & Achæo auo graui preſſus obſidione.
Polybius l. 5. Tectoſages è Thracia in Aſiam aduocat quorum *Galatæ*
ope non modo liberatus ſed & recuperatis quæ-

cunque inimicorum attraxerat potentia in integrum restitutus est. Fædere cum Antiocho inito *magno tum Sulpitio & L. Quin. Flaminio*
Liui. l. 27 & 31. & 32. quod sibi ab eo timeret Romanis adhæsit: quibus in bello Philippico egregiam nauauit operam, animi magnitudine dubites an modestia maiore fidem vsque adeo seruauit datam Romanis semel, vt nihil illa haberet antiquius. Cumque sacerrimũ
Valer. Max. c. 8.
toti Phrygiæ ab iis magnæ Deum matris simula-
Plinius l. 7. c. 34. chrum oraculorum monitu peteretur, concessit *Lapis erat*
Liuius l. 29 volẽs Pessinute illud aduehi in vrbẽ. Hæc publica sunt. Domesticalianõ min⁹ clara extiterunt. Regiã
Plin. l. 35. c. 14. ex latere Trallibus exstruxit. Acu intexere vestibus *Res eiusdem pace*
Idem l. 8. c. 48. aurum vt fieri possit inuenit. Variis disciplinis instructũ fuisse monumenta posteris relicta, vt præ-
Plin. l. 18. c. 3. vid. Strab. cepta agriculturæ & similia, testantur. Certe ea fuit in doctos beneuolentia vt neminem suæ liberalitatis expertem esse voluerit. Sensit eã Ctesiphon
Laertius li. 4. historicus, sensisset Lacydies philosophus, nisi imagines procul esse intuendas dicens, Regem adire recusasset. Nec minus defunctorum pi⁹ extitit, qui Daphydem grammaticum improbe de Homero
Suidas & Diis loquentem, de rupe præcipitauit. Aristides
Plinius l. 7. c. 38. Thebani pictores vnicam tabulam 100 talentis emere non dubitauit. Vir, Rex an maritus melior & beatior fuerit nescio, qui senio venerandus eodem ipso quo natus est die apoplexia mortuus, cũ
Liuius l. 32. Thebanos ad Romanam societatem inuitarit, qui *ætatis 27 anno 376*
regnum per se constitutum 44 annis inter tot Asiæ mutationes integrum in filios & nepotes trãsmisit, qui Apolloniadem vxorem nactus est plebeiam quidem, sed in qua regiæ virtutes elucerent *Cyzenam*
quæ non multo tempore marito superuiuens à filio Attalo sepulta templo Pergami augustissimo.
Suidas Cuius & nomen vicino lacui mansit copioso maternæ virtutis testimonio. Talium Parentum indoles in filios transfusa est quorum maior natu *ex hac familia Rex*
Eumenes corpore debili & afflicto patri successit sed qui nosset animi splendorem damnum pensare.

re. Cumque principatum à Patre per tenuia quædam oppidula contractum accepisset, maximis eũ regnis parem fecit, non tam fortunæ suffragio quam labore & industria. Paternis insistens vestigiis plurimis Græcorũ Ciuitatibus benefecit, primatos quoque multos sibi conciliauit fide cum Romanis sancte seruata. *Suidas*

CAPVT V.

Eumenis gesta.

TITo Quinto in Nabidem spartanorum tyrannum cum Rodiis naues mittit auxiliarias. *Liuius l. 44.* Nullis præmiis ne filia quidem in matrimonium oblata auocari potuit à Romanis, sed eosdem in *Iust. l. 31.* Antiochum inflammat, terra marique submittẽs auxilia, à cuius filio Seleuco ante Scipionum aduẽtum Pergamus obsessa, ager vastatus, sed victo illo ad Magnesiam & ad pacis conditiones adacto à Romanis dono accepit quæcunque Cis taurum intra regni sũi fines fuerunt, Puta Ioniam, Asiam Lydiam præter Lyciam, Cariamque ad Mæandrũ, In Europa vero Chersonesum & Lysimachiã. Ciuitates insuper quę Attali stipendiariæ fuerant ipsi vectigal pendere iubentur, & Antiochus 400 talenta cum reliquio frumenti debiti, à Brusia Bithyno, terra quidem victor, mari vero astu Hannibalis debellatus fuisset, nisi Ro: assensu cum hoste componere licuisset. Serpentes enim fictilibus impositos in hostium naues dirigebant præcepto dato vt vnam Eumenis aggrederentur, quam caduceatore in speciem ad eum misso discernebant, Romanis vt gratificaretur. Persei apparatus occultos nunciauit, honorifice à Senatu exceptus nisi quod Catoni suspectus esset causam solam hãc allegari quod Rex animal esset carniuorum. Insidiis à Perseo structis Delphis saxo in capite vulneratus vitæ discrimen adiit, exanimis nauigio Corinthum

magnum

Strabo l. 13.

Liuius l. 47. & 46.

Appianus in Syriaco

Pergameni regni fines & amplitudo

2. Machab. c. 8.

Velleius Paterculus l. 1. Appianus in Syriaco.

vide Bithynica

Eutropius l. 4.

Probus in Hannibale & Plutarchus.

Liuius l. 42.

R. Macedonia

Plut. in Catone

Plut. Apophtegma

cinthum delatus, inde Æginam vbi curatus est. Interea mortis eius fama in Asiam delata Attalum fratrem iam in regnum collocarat, fratris coniugē summa ambitione appetentem. Eumenes qui iam cum aere in gratiam redire cęperat, & sibi restitui, nihil hoc nuntio turbatus, hoc solum fratri renūciatum curauit, ne de sua vxore disponat, antequam mortuum videret. In regnum reuerso frater locum facit Aratrio medico auctore, fidus in coniuge & regno seruandis & restituendis fratri. Toto autem regni tempore tres qui reliqui erant fratres ætate & prudentia præstantes ita continuit Eumenes vt & parere, & satellites esse, & Regiam dignitatem tueri non erubescerent. Hoc solū Romanam indignationem vix effugit quod Licinio Consuli Galatarum auxilia petēti negauerit. Hæc externa sunt. Eumeniam vrbem in Phrygia ædificauit, bibliothecā Pergami instruxit qua 200000 voluminum asseruabantur, membranis ad descriptionem excogitatis, quæ exinde Pergamenæ vocantur, Gallatis bellum illaturus morbo & senio confectus occubuit.

Domestica Eumenis.

Bacis studia

Plut. in Antonio.

Lipsius de bibliothecis.

CAPVT VI.

FRATER relictus in regno Attalus Cn: Manlio Cos: in Galatas cū Athenæo fratre militat à Prusia Bithyno multis affectus incommodis & Pergami obsessus. Compulsus tamen est hostis, & bellum missum facere & viginti naues rectas hæc argenti talenta rependere & cum filium Nicomedem Prusiam Romæ agentem summo omnium applausu per Menam è medio tollere cogitasset, re prodita cum Attalo conspirat, iunctisque animis petitur Bythinia. Pater consilii inops Legatos questum de iniuriis Romam ablegat. Qui per Prętorem vrbanum in Attali gratia detenti vix tandē in Senatum admissi causam perorarunt. Prætor iterum.

Philadelphus dictus.

Rex Pergami tertius, Asia secundus, nomine quoque secundus

Appianus.

Eutropius l. 4.

Liuii epit. l. 50.

vide Bithynica

Digitized by Google

Appianus Mithradatico. terum iussus ad compescendum bellum legatos designare, vnum qui olim saxo in caput læsus fædas præferebat cicatrices, alterum pedibus laborantẽ, tertiũ qui vsq; ad stultitiã simplex habebatur, elegit. Qui in Asiã veniẽtes iubẽt partes ab armis discedere. Parẽt Attalus & Nicomedes in speciẽ & subornati qdam Bithyni mox excipiunt, se nolle Regẽ tã austerũ, nec latutos deinceps Suspẽditur hoc audito negotiũ, donec senat⁹ reddatur certior, & interĩ Prusia necato res tota cõficitur. Restituto Nicomede Demetrius secundus Asiam recuperare nititur nuper ereptam quem Attalus reprimit. Pseudophilippus Romanos turbat huius societate, qui fratre Philetæro ad regni administrationem relicto præsto erat nõ parum decoris accessit & adiumenti. Priuatim Lyconem Philosophum patris exemplo coluit. Attaliam & Philadelphiam cognominis sui vrbes condidit. Scipioni vsque ad Numantiam magnifica misit munera. Nepotis sui Nicomedis insidiis periit frater Attali Athenæus, qui in bello Galatarum egregiũ virtutis specimẽ dederat à fratre legatus Romã de deducendis è Thracia præsidiis. Paulo post in bello cõtra Perseum ita se L: Emilio Paulo probauit, vt Belphos petituro non alius dignior visus sit comes cui vitam & salutem suam crederet Imperator.

vide Bithynica.

Polybius l. 4.

Liuius l. 45.

Strabo l. 13

Lacertius l. 5.

Cic. orati: Deiotar:

Lucianus

Liui. l. 38.

Cato vocatur Legationem nec caput nec pedes habere

Crautinus

Machab. 1. 15 inter socios Romanos numeratur.

In Lydia Æmiliano anno 3829 vitæ 82 reg. 21

CAPVT VII.

SED virtutem horum 4 fratrum certe obscuravit aliquantisper Attali ex Stratonice Eumenati crudelitas. Qui à Symmacho Præceptore negligentias institutus patrem non citra causam expertus est alieniorem: qui & eum in regni possessione præterierit, quod per parricidium patruo eripit & crudeli amicorum cæde fædis cognatorum suppliciis condecorat, nunc matrem anum, nũc

Rex fuit Asiæ & nominis tertius Pergami 4.

Crudeliter Attalius.

Berenicem ſponſam veneficiis illorum fingens ſe appetitam. Poſtquam ſceleſtam violentiæ rabiem ſqualidam veſtem ſumit barbaram, capillumque reorum more ſummittit, non in publicum non domi vlla inire lætitiæ conuiuia, denique nõ quicquã ſani hominis agere. Prorſus vt pænas pendere manibus interfectorum videretur. Omiſſa deinde gubernatione hortos fodiebat, herbas venenatas promiſcue colebat, & amicis mittebat. Poſtea æratiæ artis fabricæ ſe tradens cudendo oblectabatur. Ad extremum cum Matri ſepulchrum elaborare niteretur, morbo ex ſolis calore contracto ſeptimo die abſumptus eſt, hæredem teſtamẽto ſcribens Populum Romanum. Qui difficile dictu eſt an facilius amiſerit an recuperauit Prouinciam. Ariſtonicus enim Eumenis ex ſecũdaria vxore, filia cytharædi Epheſii, filius, ferox iuuenis mentitus Regiæ ſtirpis originem, ſtatim à morte fratris vrbes Regibus parere ſolitas, partim facile ſollicitat, paucas reſiſtẽtes, Mindum, & Samum, & Colophonem, vi recipit. Pub. Licinium Craſſiũ inconſultæ auaritiæ pænas daturum vincit, capitq; : qui memor familiæ & nominis Romani cuſtodẽ ſui barbarum virgula excæcans & in ſui exitium quod volebat concitat. M: Perpenna deinde in Aſiam miſſus exultantem adhuc de imperio bello vincit, capit, Romam mittit, vbi S.C. in carcerem pænas dedit rebellionis. Et Attali poſſeſſio, & gazæ cum Aſiatico luxu Romã inuectæ vrbi exitio fuerunt. Quod ægre ferens ſucceſſor Perpennę M. Aquilius ad eripiendum ei Ariſtonicum velut ſui potius triumphi munus eſſet, feſtinata velocitate contendit.

eorum pœna

Iuſtinus l. 38.
Oroſius l. 5. c. 6.
Flor. l. 2. c. 24.
Plinius l. 33. c. 11.
Athenæus
Paterculus l. 1.
Liuius l. 59.
anno 3834 regni S.
præter ſtoro: Strab. l. 14. ait hunc non captum ſed in pugna occubuiſſe
Liuius l. 59.
Strabo l. 14 in Carcere mortuum. Velleius ab Aquilio capite luiſſe.
Plin. l. 13. c. 2. & 33. c. 11.
Iuſt. l. 40.
Eutropius l. 4. dicere videtur ei caput ablatum & corpus Smyrna ſepultum anno 3836

CAPVT VIII.

SED contentionẽ Cõſulum mors Perpennæ diremit & alter reliquias Aſiatici belli perſecutus

tus mixtis veneno fontibus ad deditionem quarundam vrbium vt maturam ita infamem fecit victoriam. Quo confecto prouinciam Asiæ nomine dictam constituit, Hanc ipse & post ipsum Scæuola procõsul tam sancte, tam fortiter administrauit, vt senatus in eam Prouinciam iturus magistratibus exemplum atque formam officii eius decreto suo proposuerit & Asiani diem festum Multam honori eiusdem dicauerint, Hanc Lucius Sulla, Muræna, Lucullus, & Cn: Pompeius amplitudine sua implerũt. Cæterum Mithridates Ponti Rex cum Romanos primum aggrederetur. Aquilio Legato vel corrupto vel certe vi pulso Pergamum occupauit, vbi nobilem illum de cõsularibus viris egit triumphum, vbi edicto de necãdis quotquot in Asia negotiabantur Romanis proposito non dubitarunt Ciues templo Esculapii locis istis augustissimo extractos ad cædem vocare, & statuis hærentes sagittis configere. Eosdẽ Mithridates cædibus, & omni crudelitatis genere satiãs 80 vno die proditionis reos misere excruciauit. In quẽ cum Sylla victricibus armis in Græcia versaretur missus est Flaccus comitatus summę auctoritatis viro Fimbria, à quo interfect⁹ est. Fimbria autem occasione non obiter considerata Mithridatem intrã Pergamum compulit, quo post eius fugam potitus prouinciam exactionibus conficiens ad Syllæ se opponendum instruebatur, à quo victus in ædem Eusculapii se conferens proprio vulnere se exemit infamia & Pergam⁹ in Syllæ potestatem redacta permansit, vsque dum solutis pacis legibus Mithridates iterum atque iterum Phrygia potitus est. Quem Pompeius vita & regno exuens pacatam reliquit Prouinciam. Non multo post clarus historiarum laude Mithridates hic resedit, cuius virtus Asiæ terminis non contẽta in Syriam atque adeo in Ægyptum nauigauit. Cæsari aduersus Alexandrinas copias adduxit, ideoque

Flor. l. 2. c. 20

Strab. l. 13.

ex legatorum

Val. Max.

Asconius

Iustinus vt Liuii epito. 70.

Appian. in Mithridatico

Dio. l. 42.

Hirtius.

Ægesippus l. 2. c. 24.

Ioseph.l.1.belli c.7. deoq; Pharnace victo tetrarchia & regio nomine donatus in bello quod ad vindicandam Asandri rebellionem gesit, fortiter pugnans occubuit. Ex quo tempore eis subiectus fuit, quibus Asia à Romanis credita fuit Prouincia. Post Cæsaris mortẽ Antonio ea propter Mysia adhæsit, quam Medeus quidam ad defectionem sollicitans præmium nõ vile, obtinuit regnum in Cappadocia & Cleon Iouis Abratteni Sacerdos Comanorum in Ponto sacerdotium, quod Cæsari post Antonii amicitiam Labieni progressus interceptos, cum prius latrociniis quæstũ faceret Morenæ in Mysia imperans.

Appia Mith.

vide Galatæ.

Dio.l.51.

Strabo l.12.

ANA-

ANALECTA ANTIQVITATVM MISIÆ.

Alex. l. 4. c. 17. genialium. MYsi sacerdotes animalibus abstinebant.

Plin. l. 10. c. 21. Cælibem semper vitam trahentes:

Suidas. Quotannis Pergami Gallorum edebatur spectaculum.

Fumi scansores dicti ob assiduum sacrorum vsum.

Idem l. 2. c. 58 In Abydi gymnasio lapis colebatur quem Anaxagoras ante casurum prædixerat.

Luci. Icarom. Pergami officinam medicam habuit Æsculapius.

Celius lib. 18. c 25. Mysi olim totius Asiæ ditissimi.

Plin. l. 7. c. 56 Mysi primi naues adornarunt.

Strabo l. 14 Commune cum Caribus & Lydis templum habebat.

Macrobius l. 5. c. 20. Tum ea anni temperies erat vt hyems serena solstitium imbricum sit, fructus optimi in Mysia erant.

Heraclide de politiis. Apud Calcidem nemo q̃uinquagenatio minor legatione aut alio publico munere fungebatur.

Pluta. de musica. Mysi primi tubicines fuerunt.

Plin. l. 33. Auri intexendi modus ab Attalo Rege.

Servi. ad 3. geor. Ab eiusdem aula aulæa nomen obtinent.

Hor. od. 1. 1. Ab eodem quicquid magnificum Attalicum vocatur.

Suidas in prouerbio Abydenum auctarum. Abydeni conuiuis post vnguenta & coronas pueros deosculandos circumferebant ante finem conuiuii.

CIFCIA

EL VVSTRISSIMO

CAVALLERO DE LA ESTRE-

LLA, CON MARAVILLOSOS

DISCVRSOS DE AMORES.

Con licencia, y Privilegio.

CAPVT I.

Varr. M. Stanus Etymo-

Martius niger. Stephanus.

Strabo l. de corco insulæ Strabo l. 10. Hero. l. 7.

Solinus c. 41.

Strabo l. 13. Idem. Ibid. 2.

Euripides.

Ibi. 2. Diodo. l. 3.

Statius. Commient. Apollo.

Eusebius.

Mela. l. 1. c. 6.

Strabo l. 14

Idem li. 13.

Suidas.

Diodo. l. 4. Strabo l. 16. Solin. c. 41. id Perseo attribuit.

HÆc e Asiæ minoris Regio Chalas Hebræis, Aoan Græcis, Turcomania Saracenis vocatur. Cuius incolæ Trachiotæ & Hypathæi, nescio qua de causa appellati. Lithiam et vocari hunc terræ tractū legitur, quam in Tracheā & campestrem vulgo diuidunt. A Cilice vt apparet primū culta Agenoris filio distinctam ab aliis sortita appellationem, quem Phœnice natum Ioue ipso antiquiorem iactant populares. Cilici Lamsacius filius in regno successit, cuius frater Pigmaliō in Cyprum ductæ coloniæ dux extitit. Ab his Æition qui Hipplocaton nemorosam habitauit ab Achille Adana vrbe capta cum 7. filiis interemptus est, quod nimirum Andromache filia Hectori desponsata, Priami partes foueret. Quanquā præter hunc & Euenus Rex nominetur cum Mine & Epistraphe filiis eodem bello sublatus, & Chrysis filia factione regis necata hinc ab Achille rapta. Tempore expeditionis Colchicæ sæpius iuuentute ab ipso in dubiis auditus, Mopsus Ciliciæ præfuit Amphycis filius ex Manto filia Tyresiæ, vir bellicosus, qui Mopsocrenæ & Mopsestiæ suum nomen reliquit, vrbes Colophonem & Phaselum in Pamphiliæ finibus ædificauit. Icinæo nemori augur peritissimus præfuit, qui Calchantem ea arte superans mortis eius fuerit occasio. Troianis temporibus Teutrantu & Mysis subiectos fuisse Cilices traditur, vbi Orestes adductæ è Scythia Dianæ spolio dives, & sorore reducta lætus, insania liberatus Amano monti nomē dedit. Antiquitus Myrinam Amazonem tradunt Syria Arabiaque peragratis in Asiam excurrisse, à qua Cilices sponte obuiam se venienti dedentes præ omnibus libertatem meruerint. Cum Sriptolemus ad se quærendam mitteretur, quidam Argiuorum ab eo desci-

Finitima Isodis à situ quodam.

Plin. l. 5. c. 27. describitur.

Anno 2600.

Anno 2640.

Prima regum stirps.

Quæ Pyrrho postea nupta

Asymene.

1. Reg. 31.

Ex Africano.

scentes Tarsim condiderunt quam collapsam credo vno cum Anchiala die reparauit Sardanapalus. Tipho etiam qui inter Herculis labores numeratur, Cilix fuisse traditur homo varius & crudelis & meritus in fabulas referri.

Hinc conditam ab eo scribunt quidam.

Suidas.
Arria. l 1.
Pyndaro Pyth. o. 8.

Hac vrbium mater Solinus c. 4. Perlaa Luc. l. 3 appellatur quia à Perseo cõdita iuxta Appia. li. 4. Ideo centiceps dicitur fuisse.

CAPVT II.

PRÆFVISSE Cilicie nominatur paulo ante Persarum tempora Syennesis Rex, qui inter Halyatten & Labynitum pacis arbiter fuit. Lydorum autem imperii sola fere hæc regio expers fuit in Asia quamuis Babylonicum iugum omnino effugere non potuerit. Ex Syennesis porro stirpe descendit Horomedon cuius filius Syennesis in Xerxis expeditione cum laude primarii ducis popularium manum cum 100 nauibus duxit. Et quidẽ hactenus iam inde à Cyro Persæ Ciliciæ Satrapam non dederunt Regibus contenti forte, quia Cyro statiua ibi habenti præsto fuerant. A Dario autem taxata indies album equum & 2. talenta pendere cogebatur non leui opum argumento. A Xerxe Xenagoras ob defensum Malistem fratrem eius parte donatur, ita tamen vt Regibus nihil decederet. Nam Syennesis Epyaxæ maritus tempore Syri iunioris hanc Regis titulo adhuc obtinuit, qui Cyrum primum hostiliter aditu regionis prohibere conatus ei per vxorem reconciliatur, quæ pecunias ei submisit & se etiam vt quorundam est opinio. Parta autem de fratre victoria Ciliciæ prouinciam Artaxerxes Camissari cuius fidem exploratam habebat commisit, quam in bello contra Cadusios interemtus filio Datami transmisit, Persa non inuito cui in bello superiori subsidio fuerat. Hic Thyn Paphlagonem cum verbis à defectionis proposito auocare non posset, victum Artaxerxi præsentat, antequam fama victoriæ aduenisset. Ita improuisa lætitia virtutis auxit admirationem,

Herod. li. 5.

Circa hæc tempora Ionas Tarsum ire cogitans à pisce absorptus est. Tertul. de resurrect.

Sub Nabugodonosor Iudith l. 2. vicla.

Huius filia dicta Pyxodara vt Hero. li. 5.

Herod. li. 7. Æschylus eum ibi esse ait & perisse in Persis. Xeno. lib. 2. Cyr. Curtius l. 3.

Herodi. l. 3. Idem l. 9

Xenoph. 1. de expeditione Cyri & 3. hist.

Plut. Artaxer.

Memnon.

Æmilius Probus in Datame.

Huius Amyta alterius fuit mater Scythissa nomine.

Digitized by Google

tiõnẽ Aſpin Cataoniæ Regem, eodem modo circumuentum ad Regem perduxit. Vnde creſcente indies fauore Ægyptio bello aſſumptus eſt Imperator. Quæ res Aulicorum ipſi inuidiam conciliauit indignantium huiusmagnitudine ſibi derogari, eoque res venit vt etiam de cæde eius conſilia agitarent. Quod Pandores Regiæ gazæ cuſtos illi ſignificans addit inſuper odium ipſi reſtare, ſi quid aduerſi obueniat, ſin aliter Fortunæ Regis illud tribuendum non virtuti Imperatoris. His per motus Mandrode ſubſtituto ad ſuos redit, Paphlagones domat, Sinopen dolo capit, Cum Ariobazane ſocietatem init, diſſimulata in Regem voluntate vrbes ſuas munit, Pilidas qui incautius pugnantem Arideum filium necauerãt profligat, Metrobaſanem generum qui ad eos defecerat percellit. Inter hæc ita ſecunda graue vulnus accepit filii grauis natu ad Perſam transfugium qui & Patrẽ defectionis accuſabat. Qua grauiter accenſus Rex tumultuarium cõſcribit exercitũ numero 171000 præter leuis armaturæ milites, his Cilicia petitur, ſed iam ante munita, & Ducis virtute longe munitior, qui exigua manu fretus loci genio multitudinem illam auertit, & quamuis poſt Euphratis tranſitum ſemel victus fugere compulſus ſit, cumque flumen à tergo eſſet curribus compactis, quibus homines vecti iumenta adtrahebant, fluuio immiſſis euaſit, tandemque Perſam de pace cogitare coegit. Tandem qui multos conſilio neminẽ perfidia iuuerat, qui affinis aulicorum Regis Antophradatis filii inſidias vicerat, Mithridatis dolo capitur. Erat hic Ariobazanis amiciſſimi iã inde filius Qui ſimulato in Regem odio euocatum à tergo enſe transfigit. Circiter hoc tempus Euagorę Cypri res augeri cæperunt, qui Ciliciam inſuper regno ſuo adiecit vnde nuper auxilia contraxerat 50 iuuenes Sed ea nõ diu Cyprijs ſubiecta ad Perſas redit Othi forte æuo & cura.

Polyæn. l. 7. ſtratag.

Plut. in vita.

Polienus id factum vult euocatu operarii ad tormenta vt cuneo patulam in feſtum paranda.

Polianus refert eum ſub arma indutum militem per caſtra miſſſſe & fic fieri potuiſſe & euaſiſſe.

CAPVT III.

Sub Dario autem vltima.

Cur. l. 3. ARSANVS Ciliciæ Præfectus, quod initio belli Memnon ſuaſerat Alexandro imminente igne toram vaſtar hoſti ſolitudinem relicturus. Ita

Arrianum qui cum paucis aditu omnes prohibere potuiſſet,

Diodo. ſe ſubducens paruam manum in montium tutelam relinquit, quæ ipſa proditam ſe rata ne hoſtiũ

Alexãdri ipſius cõfeſſione quidem tulit conſpectum, ſed fugiens hoſti intra Phylas tutum iter fecit, qui ad internecionem vel ſaxis deleri potuiſſet. Recta igitur Tharſum con-

Arrianus l. 2. tendit quæ igne immiſſo lucebat, ſed quo minus in puluercs redacta ſit vrbs clariſſima Parmenioni tribuendum ab Alexandro præmiſſo. Cuius aduẽtu perterriti Perſæ terga verterunt. Ita Macedo vrbem ingreſſus eſt. Cumque ſudore & puluere obſitum liquor Cydni fluminis, qui vrbem mediam

P. Mela l. 2. c. 13. ſecat, inuitaret, in eum ſe immitens ſubito quodã horrore occupatis artubus parum à morte abfuit.

Val. Max. l. 15. c. 8. Philippi tamen medici fidelis opera reſtitutus. Solon vrbem ſuæ poteſtatis factam 200 talentorum multa & præſidio arci impoſito tranſit, ludos Æſculapio & Mineruæ celebrans. Ciliciæ poſtea So-

Curtius l. 4. crates præfectus datus, Quã poſt Alexandri mortem Ptolomæus occupauit, Philæta cui forte ea

Theo c. Eyd. 17. obtigerat per ſucceſſorem Philorenum eiecto cũ

Iuſt l 13. bellum in Ægyptum pararetur. Vbi poſtea Seleucus prælio cum Barbaris inito victus, mutata ve-

Polya l. 4. ſte fefellit perſequentes, nõ prius ſtolã regiã aſſumens quam circumfuſos videret ſtipatores. Cum Antiochus fraterno bello implicaretur, cõſpirante in Aſiam tòto fere oriente, Cilicia Ptolo-

Hirtax mæo occupata eſt. Huius poſteris ereptam Antiochus An-

Iuſt. l. 27. tiochi poſteris py-

H Scho Heſter ab Emerge reait vaſtatum Ciliciam ratæ occupa-

magnus runt.

CA-

CAPVT IV.

Flo. l.3.c.6.

IMmissi Mithridatis regis opera in mare primũ paucis Myoparonibus duce Isidoro vagi latrocinabantur. Bello autem gliscente aucti numero,

Appia.in Mithridatico.

gustatis lucris non mediocribus, rerum omnium egestate compulsi, sublatis commerciis quæstum è mari faciebant, abdicato Pyratarum nomine milites se mercenarios appellantes. In Cilicia aspera

Suidas ex Theopompo ait Cilicem pro latrone vulgo & Celeusimum pro cane inter epulas vsurpatum.

commune erat omnium receptaculum & sedes belli. Præterquam alia diuersis locis castella, arces, insulas habebant, vbi desertæ nauium stationes erant. In belli autem societatem Cyros Cypriosq; assumpserunt, totumque adeo orientem, qui tot malis pressus inferre damna, quã perpeti malebat. Ita breui tempore quicquid medium est inter columnas Herculis, in Asia autem Pamphiliam Isauriamq; occuparunt. Permittentibus Armeniæ regibus qui Syriam obtinebãt, armis iam antea partam. Cum ita ad latrocinia cõuersi omnes circum circa regiones infestas habentes, maria bello quasi tempestate præcluderent, Romani per duces suos

Strabo

Flor. l.3.c.6.

Anno V. 265.

& illos, & illis subiecta sibi adiunxerunt. M. Antonius primo C. Mario & Q. Catulo Coss. Prætor,

Tacit. l. 12.
Vide fastos.

in maritimos prædones profectus Bizantiorum ope in Ciliciamque vsq; persecutus de iis triumphauit. Exinde aliqua Ciliciæ Pamphiliæque pars

Conijcit Sig. de prouinciis incert. l.1. c.11.
Iust. lib. 39.
Appianus.
Cic. l.3. accus. in Verrem.

in prouinciæ formam redigi cæpta. Quam Luc. Sylla in prætura sortitus est bello Mithridatico. Cn. Dolabella eandem Proconsule gubernauit. Cui, quod à viris non vulgaribus regeretur, præter 3. diœcæses Pamphilicam, Isauricam, Cilicienses, 3. insuper Asiæ regiones Phrygiæ pars Pisidia, & Lycaonia totidemque diœcæses: Cibyratica Synnadensis Apamentis, adiectæ. Præfuit a. proconsulari imperio post Dolabellam, qui à Trebonio necatus est occupata Cilicia, P. Lentulus, post quem Ap. Claudius, cui M. Cicero surrogatus, qui ius dixerunt, non Ciliciæ tantum, sed & finitimis.

Ex Cic. variis locis probat hæc Sigo. l.1. c.11. de iure prouinciarum.

Dio l. 47

De diuina.

CAP-

Berenicem ſpo nſam veneficiis illorum fingens ſe appetitam. Poſtquam ſceleſtam violentiæ rabiem ſqualidam veſtem ſumit barbaram, capillumque reorum more ſummittit, non in publicum non domi vlla inire lætitiæ conuiuia, denique nõ quicquã ſani hominis agere. Prorſus vt pænas pendere manibus interfectorum videretur. Omiſſa deinde gubernatione hortos fodiebat, herbas venenatas promiſcue colebat, & amicis mittebat. Poſtea æratiæ artis fabricæ ſe tradens cudendo oblectabatur. Ad extremum cum Matri ſepulchrum elaborare niteretur, morbo ex ſolis calore contracto ſeptimo die abſumptus eſt, hæredem teſtamẽto ſcribens Populum Romanum. Qui difficile dictu eſt an facilius amiſerit an recuperauit Prouinciam. Ariſtonicus enim Eumenis ex ſecũdaria vxore, filia cytharædi Epheſii, filius, ferox iuuenis mentitus Regiæ ſtirpis originem, ſtatim à morte fratris vrbes Regibus parere ſolitas, partim facile ſollicitat, paucas reſiſtẽtes, Mindum, & Samum, & Colophonem, vi recipit. Pub. Licinium Craſſiũ inconſultæ auaritiæ pænas daturum vincit, capitq;: qui memor familiæ & nominis Romani cuſtodẽ ſui barbarum virgula excæcans & in ſui exitium quod volebat concitat. M: Perpenna deinde in Aſiam miſſus exultantem adhuc de imperio bello vincit, capit, Romam mittit, vbi S.C. in carcerem pænas dedit rebellionis. Et Attali poſſeſſio, & gazæ cum Aſiatico luxu Romã inuectæ vrbi exitio fuerunt. Quod ægre ferens ſucceſſor Perpennę M. Aquilius ad eripiendum ei Ariſtonicum velut ſui potius triumphi munus eſſet, feſtinata velocitate contendit.

eorum pœna

Iuſtinus l. 36.
Oroſius l. 5. c. 6.
Flor. l. 2. c. 24.
Plinius l. 33. c. 12.
Athenæus
Paterculus l. 2.
Liuius l. 59.
anno 38 regni ſui.
prater flero: Strab. l. 14. ait hunc non captum ſed in pugna occubuiſſe
Liuius l. 59.
Strabo l. 14 in Carcere mortuum. Velleius ab Aquilio capite luiſſe.
Plin. l. 13. c. 2. & 33. c. 11.
Iuſt. l. 40.
Eutropius l. 4. dicere vlditur ei caput ablatum & corpus Smyrna ſepultum anno 3836

CAPVT VIII.

SED contentionẽ Cõſulum mors Perpennæ diremit & alter reliquias Aſiatici belli perſecutus

tus mixtis veneno fontibus ad deditionem quarundam vrbium vt maturam ita infamem fecit victoriam. Quo confecto prouinciam Asiæ nomine dictam constituit, Hanc ipse & post ipsum Scæuola procõsul tam sancte, tam fortiter administrauit, vt senatus in eam Prouinciam iturus magistratibus exemplum atque formam officii eius decreto suo proposuerit & Asiani diem festum Multam honori eiusdem dicauerint, Hanc Lucius Sulla, Muræna, Lucullus, & Cn: Pompeius amplitudine sua implerũt. Cæterum Mithridates Ponti Rex cum Romanos primum aggrederetur. Aquilio Legato vel corrupto vel certe vi pulso Pergamum occupauit, vbi nobilem illum de cõsularibus viris egit triumphum, vbi edicto de necãdis quotquot in Asia negotiabantur Romanis proposito non dubitarunt Ciues templo Esculapii locis istis augustissimo extractos ad cædem vocare, & statuis hærentes sagittis configere. Eosdẽ Mithridates cædibus, & omni crudelitatis genere satiãs 80 vno die proditionis reos misere excruciauit. In quẽ cum Sylla victricibus armis in Græcia versaretur missus est Flaccus comitatus summę auctoritatis viro Fimbria, à quo interfect⁹ est. Fimbria autem occasione non obiter considerata Mithridatem intra Pergamum compulit, quo post eius fugam potitus prouinciam exactionibus conficiens ad Syllæ se opponendum instruebatur, à quo victus in ædem Eusculapii se conferens proprio vulnere se exemit infamia & Pergam⁹ in Syllæ potestatem redacta permansit, vsque dum solutis pacis legibus Mithridates iterum atque iterum Phrygia potitus est. Quem Pompeius vita & regno exuens pacatam reliquit Prouinciam. Non multo post clarus historiarum laude Mithridates hic resedit, cuius virtus Asiæ terminis non contẽta in Syriam atque adeo in Ægyptum nauigauit. Cæsari aduersus Alexandrinas copias adduxit, ideoque

Flor. l. 2. c. 20

Strab. l. 13.

ex legatorum

Val. Max.

Asconius

o Iustinus vt Liuii epito. 70.

Appian. in Mithridatico

Dio. l. 42.

Hirtius.

Ægesippus l. 2. c. 24.

Ioseph.l.1.belli c.7. deoq; Pharnace victo tetrarchia & regio nomine donatus in bello quod ad vindicandam Asandri rebellionem gesit, fortiter pugnans occubuit. Ex quo tempore eis subiectus fuit, quibus Asia à Romanis credita fuit Prouincia. Post Cæsaris mortẽ Antonio ea propter Mysia adhæsit, quam Medeus quidam ad defectionem sollicitans præmium nõ vile, obtinuit regnum in Cappadocia & Cleon Iouis Abratteni Sacerdos Comanorum in Ponto sacerdotium, quod Cæsari post Antonii amicitiam Labieni progressus interceptos, cum prius latrociniis quæstũ faceret Morenæ in Mysia imperans.

Appia Mith.

vide Galatæ.

Dio.l.51.

Strabo l.12.

ANA-

ANALECTA ANTIQVITATVM MISIÆ.

Alex. l. 4. c. 17. genialium MYSI sacerdotes animalibus abstinebant.

Plin. l. 10. c. 21. Cælibem semper vitam trahentes:

Suidas. Quotannis Pergami Gallorum edebatur spectaculum.

Fumi scansores dicti ob assiduum sacrorum vsum.

Idem l. 2. c. 58 In Abydi gymnasio lapis colebatur quem Anaxagoras ante casurum prædixerat.

Luci. Icarom. Pergami officinam medicam habuit Æsculapius.

Celius lib. 18. c 25. Mysi olim totius Asiæ ditissimi.

Plin. l. 7. c. 56 Mysi primi naues adornarunt.

Strabo l. 14 Commune cum Caribus & Lydis templum habebat.

Macrobius l. 5. c. 20. Tum ea anni temperies erat vt hyems serena solstitium imbricum sit, fructus optimi in Mysia erant.

Heraclide de politiis. Apud Calcidem nemo quinquagenario minor legatione aut alio publico munere fungebatur.

Pluta. de musica. Mysi primi tibicines fuerunt.

Plin l. 33. Auri intexendi modus ab Attalo Rege.

Seruii. ad 3. geor. Mar. od. 1. l. 1. Ab eiusdem aula aulæa nomen obtinent.

Ab eodem quicquid magnificum Attalicum vocatur.

Suidas in prouerbio Abydenum auctarum. Abydeni conuiuis post vnguenta & coronas pueros deosculandos circumferebant ante finem conuiuii.

CIETIAE
ELVCIDARIVM
DE SPHAERA MVNDI,
ET PRIMO DE ORIGINE
ET DIVISIONE MVNDI.

Abbas Vrspergensis
Abbas Vrspergensis
Abbas Vrspergensis

Suidas. Arria. l 1.

scentes Tarsim condiderunt quam collapsam credo vno cum Anchiala die reparauit Sardanapalus. Tipho etiam qui inter Herculis labores numeratur, Cilix fuisse traditur homo varius & crudelis & meritus in fabulas referri.

Hinc conditam ab eo scribunt quidam.

Pyndaro Pyth. o. 8.

Hac vrbium mater Solino c. 4. Perſea Luc. l. 3. appellatur quia à Perſeo cõdita iuxta Appia. li. 14. Ideo conticeps dicitur fuisse.

CAPVT II.

Herod. li. 1.

PRÆFVISSE Cilicie nominatur paulo ante Persarum tempora Syennesis Rex, qui inter Halyatten & Labynitum pacis arbiter fuit. Lydorum autem imperii sola fere hæc regio expers fuit in Asia quamuis Babylonicum iugum omnino effugere non potuerit. Ex Syennesis porro stirpe descendit Horomedon cuius filius Syennesis in Xerxis expeditione cum laude primarii ducis popularium manum cum 100 nauibus duxit. Et quidẽ hactenus iam inde à Cyro Persæ Ciliciæ Satrapam non dederunt Regibus contenti forte, quia Cyro statiua ibi habenti præsto fuerant. A Dario autem taxata indies album equum & 2. talenta pendere cogebatur non leui opum argumento. A Xerxe Xenagoras ob defensum Matistem fratrem eius parte donatur, ita tamen vt Regibus nihil decederet. Nam Syennesis Epyaxæ maritus tempore Syri iunioris hanc Regis titulo adhuc obtinuit, qui Cyrum primum hostiliter aditu regionis prohibere conatus ei per vxorem reconciliatur, quæ pecunias ei submisit & se etiam vt quorundam est opinio. Parta autem de fratre victoria Ciliciæ prouinciam Artaxerxes Camissari cuius fidem exploratam habebat commisit, quam in bello contra Cadusios interemtus filio Datami transmisit, Persa non inuito cui in bello superiori subsidio fuerat. Hic Thyn Paphlagonem cum verbis à defectionis proposito auocare non posset, victum Artaxerxi præsentat, antequam fama victoriæ aduenisset. Ita improuisa lætitia virtutis auxit admirationem,

Circa hæc tempora Ionas Tarsum ire cogitans à pisce absorptus est. Tertul. de resurrect.

Sub Nabugodonoſor. Iudith l. 2. vitta.

Huius filia dicta Pyxodara vt Hero. li. 5.

Herod. li. 7. Æschylus cum ibi esse ait & perisse in Persis. Xeno. lib. 2. Cyr. Curtius l. 3.

Herodi. l. 3. Idem l. 9

Xenoph. 1. de expeditione Cyri & 3. hist. o.

Plut. Artaxer.

Memnon.

Æmilius Probus in Datame.

Huius Amyta alterius fuit mater Scythissa nominis.

tionē Aſpin Cataoniæ Regem, eodem modo circumuentum ad Regem perduxit. Vnde creſcente indies fauore Ægyptio bello aſſumptus eſt Imperator. Quæ res Aulicorum ipſi inuidiam conciliauit indignantium huiusmagnitudine ſibi derogari, eoque res venit vt etiam de cæde eius conſilia agitarent. Quod Pandores Regiæ gazæ cuſtos illi ſignificans addit inſuper odium ipſi reſtare, ſi quid aduerſi obueniat, ſin aliter Fortunæ Regis illud tribuendum non virtuti Imperatoris. His per motus Mandrode ſubſtituto ad ſuos redit, Paphlagones domat, Sinopen dolo capit, Cum Ariobazane ſocietatem init, diſſimulata in Regem voluntate vrbes ſuas munit, Pilidas qui incautius pugnantem Arideum filium necauerāt profligat, Metrobaſanem generum qui ad eos defecerat percellit. Inter hæc ita ſecunda graue vulnus accepit filii grauis natu ad Perſam transfugium qui & Patrē defectionis accuſabat. Qua grauiter accenſus Rex tumultuarium cōſcribit exercitū numero 171000 præter leuis armaturæ milites, his Cilicia petitur, ſed iam ante munita, & Ducis virtute longe munitior, qui exigua manu fretus loci genio multitudinem illam auertit, & quamuis poſt Euphratis tranſitum ſemel victus fugere compulſus ſit, cumque flumen à tergo eſſet curribus compactis, quibus homines vecti iumenta adtrahebant, fluuio immiſſis euaſit, tandemque Perſam de pace cogitare coegit. Tandem qui multos conſilio neminē perfidia iuuerat, qui affinis aulicorum Regis Antophradatis filii inſidias vicerat, Mithridatis dolo capitur. Erat hic Ariobazanis amiciſſimi iā inde filius Qui ſimulato in Regem odio euocatum à tergo enſe transfigit. Circiter hoc tempus Euagorę Cypri res augeri cæperunt, qui Ciliciam inſuper regno ſuo adiecit vnde nuper auxilia contraxerat 50 iuuenes Sed ea nō diu Cyprijs ſubiecta ad Perſas redit Othi forte æuo & cura.

Polyæn. l. 7. ſtrateg.

Plut. in vita.

Polienus id factum vult euocatu operarium ad torquenta vt cuneo pertuſum in feſtum paranda.

Polienus refert eum filio armis indutum militem per caſtra miſſſſe & ſic fratricidium nouiſſe & euaſiſſe.

CAPVT IV.

Flo. l.3.c.6.

IMmissi Mithridatis regis opera in mare primũ paucis Myoparonibus duce Isidoro vagi latrocinabantur. Bello autem gliscente aucti numero,

Appia. in Mithridatico.

gustatis lucris non mediocribus, rerum omnium egestate compulsi, sublatis commerciis quæstum è mari faciebant, abdicato Pyratarum nomine milites se mercenarios appellantes. In Cilicia aspera

Suidas ex Theopompo ait Cretem pro latrone vulgo & Cilicissimum pro eadem inter epulas vsurpatum.

commune erat omnium receptaculum & sedes belli. Præterquam alia diuersis locis castella, arces, insulas habebant, vbi desertæ nauium stationes erant. In belli autem societatem Cyros Cypriosq; assumpserunt, totumque adeo orientem, qui tot malis pressus inferre damna, quã perpeti malebat. Ita breui tempore quicquid medium est inter columnas Herculis, in Asia autem Pamphiliam Isauriamq; occuparunt. Permittentibus Armeniæ regibus qui Syriam obtinebãt, armis iam antea partam. Cum ita ad latrocinia cõuersi omnes circum circa regiones infestas habentes, maria bello quasi tempestate præcluderent, Romani per duces suos & illos, & illis subiecta sibi adiunxerunt. M. Antonius primo C. Mario & Q. Catulo Coss. Prætor,

Strabo

Flor. l.3.c.6.

Anno V. 165.

Tacit. l. 12.
Vide fastos.

in maritimos prædones profectus Bizantiorum ope in Ciliciamque vsq; persecutus de iis triumphauit. Exinde aliqua Ciliciæ Pamphiliæque pars in prouinciæ formam redigi cæpta. Quam Luc. Sylla in prætura sortitus est bello Mithridatico. Cn. Dolabella eandem Proconsule gubernauit. Cui, quod à viris non vulgaribus regeretur, præter 3. diœcæses Pamphilicam, Isauricam, Cilicienses, 3. insuper Asiæ regiones Phrygiæ pars Pisidia, & Lycaonia totidemque diœcæses: Cibyratica Synnadensis Apamensis, adiectæ. Præfuit a proconsulari imperio post Dolabellam, qui à Trebonio necatus est occupata Cilicia, P. Lentulus, post quem Ap. Claudius, cui M. Cicero surrogatus, qui ius dixerunt, non Ciliciæ tantum, sed & finitimis.

Conjecit Sig. de prouinciis antiq. l.1. c.11. Iust. lib. 39. Appianus. Cic. l.3. accus. in Verrem.

Ex Cic. variis locis probat hanc Sigo. l.1. c.11. de iure prouinciarum.

Dio l. 47

De diuina.

CAP-

CAPVT V.

NEc horum fuit quisquam, qui lasciuientes toto mari Pyratas in certamen vocare auderet. Adeo insolita belli omnibus legibus soluti ratio, in quo nihil certum nihil conspicuum, cunctis ob perplexitatẽ erat formidabilis. Prætores aliquot Romanos naualibus copiis superatãt, iamque adeo contemtim Italiæ litt ra legebant. Ad hanc Romani nominis ignominiam delendam missus à senatu P. Seruilius. Qui quamuis leues & fugaces Myoparones graui & martia classe turbaret, non incruenta victoria superat. Nec mari submouisse contentus validissimas eorum vrbes, & diutina pręda abundantes Phaselum & Olympum euertit, Isaurumque ipsam flumine in quo hostes aquabantur auerso ad deditionem compulit, arcem Ciliciæ. Vnde conscius sibi magni laboris Isaurici nomen adamauit, cum & Isauriam regionem totam & Ciliciæ partem fecerit vectigales. Nequaquam tot cladibus domiti terra se continere potuerunt, sed vt quædam animalia quibus aquam & terram incolendi gemina natura est, sub ipso hostis recessu impatientes soli in aquas suas resiliunt & aliquanto latius quam ante.

Suet. Iulij c. 3. sub hoc ait Cæsarem militasse.

Flor li. 1. c 6. Cic. in Ver. Liuy epit. l. 93

Marcel. l. 14.

Sic felix & dignus victoria Pompeius visus est, & Mithridaticæ prouinciæ facta accessio. Hic cum summa potestate, rogatione Manilii, annitente Ciceronе deligitur Imperator, qui acceptis 5000 talentorum & plena in prouinciales potestate, cũ 120000 peditum, equitum 4000, nauibus 270, profectus, legatis è senatu 25 totum mare diuisit, additis vnicuique nauibus equite & pedite vt prætoriis insignibus: ita vt quisque absolutum haberet in partem fidei creditu imperium, ipse tanquã rex Regum circumcursaret singulas vltens stationes. Sic distributo exercitu Pompeius intra quadragesimum diem totum occidentalem tractum

Sene. l 1. Contr. 8.

Appia. in Mithridatico l. 8. c. 7. Manilia.

Dio l. 36. ait Gabinij rogatione. Liuy epit. 99.

Autor Libelli de viris illustrib. c. vlt.

perua-

peruagatus diſperſam toto mari peſtem ſimul & ſemel extinxit. Per omnes æquoris portus, ſinus, latebras, receſſus, promontoria, freta, peninſulas, quicquid Pyratarum fuit quadam indagine incluſum & oppreſſum, ducum vnoquoque pro ſe & Romani nominis gloria terminos ſibi creditos cuſtodiente. Pompeio in originem fontemq; belli Ciliciam verſo. Nec hoſtes detrectauere certamẽ, non ex fiducia, ſed quia oppreſſi erant auſi videbantur: Nihil tamen amplius quam ad primum ictum concurrerunt, vbique circumfuſa vndique roſtra conſpiciunt, abiectis ſtatim telis remisque plauſu vndique pari ſupplicantium more vitam petierunt, Auguſtamque domum terrarum in ſede proſpexit ſingulari conſilio dux & maritimum genus longe à conſpectu maris remouens, mediterraneis agris obligat vſum maris, claſſi & terræ ſuos homines reſtituens ſolos, vrbem á Tigrane deletam reparans, captæ hoſtium in hoc prælio naues 846. ex quibus expugnata 72. deditæ 306. prædonum receptacula capta 120. Prædones cæſi circiter 10000. Hærent ſcriptores quid prius in hac victoria mirari debeant, velocitatem; quod cũ ſigna tulit toto fulgentia ponto, Ante bis exactũ, quam Cynthia conderet orbem, omne fretum pelagi metuens pyrata reliquit in felicitatem, quod ne vna quidem naue amiſſa parta ſit pyratica laurea: An perpetuitatem; quod nulli deinceps pyratæ extiterint, nec gens vlla Cilicibus fidelior. Triumphus autem ob hanc cauſam Pompeio delatus acceſſione aliarum victoriarum longe fuit ſpecioſiſſimus.

Liuij epito. li. 99.

Luc. l. 2.

Pluta. in Pompeio.

Mallum Adanis & Epiphaniam aliaque in Trachea vrbes egenis colendas dedit.

Quæ à Pompeio polis inde dicta.

Plin. l 7. c. 25 & 6. Appianus.

Luc. li. 2.

Idem li. 1. Iuſt. li. 40.

Plin. l. 2. c. 37.

CAPVT VI.

HOc pacto domita Cilicia non tamen omnis, cũ Eleuthero Cilices in monte Amano perpetui Romanorum hoſtes liberi permanſerint. Et aliqua inſuper pars Regibus permiſſa ſit. Tarcondimotios vir præſtãs fuit cuius virtuti ſenatus, po-

Straboni Caccodemontus

pulusque Romanus regnum donauit Ciliciæ, qui Pompeium copiis, & classe plurimũ iuuit. Quo victo cum reliqui Principes de redintegrãdo bel- Tarsum à Iulio nomen as-sumpsisse ait Dio l. 47
lo consilium agitarent ipse domum Classe regressus facilẽ meruit à Cæsare veniam. In pugna autẽ

Dio l. 42.
Flo. l. 4. c. 2.
Cic. 5 fami. ep. 2.

Actiaca incautius dimicans interiit. Huius ex duobus filiis alter Philopator regni successione à victore Augusto prohibitus est quod partes Antonii fouissent: Alter eiusdem cum patre nominis, quãuis eidem summa iunctus esset amicitia, tempori

Dio l. 5.
Idem 51.
Idem l. 54.

tamen ad Augustum reuersus, exceptis maritimis quibusdã, qua Archelao obuenerant, regnum recuperauit. Cuius filius Philopator & successor sub

Tacitus l. 2.

Tiberio vitam cũ morte commutauit. Ob res autem Nauales egregiæ administratas in Cilicia Augustus Agrippã Cęruleo vexillo donauit, nec enim simplici motu concitata fuerat, quippe vbi Antonius rudimenta incompositi amoris didicerat,

Senec Aug. c. 25.
Dio l. 48.
Plut. in Antonio
Plut. Crasso.

& Ægyptiaco scorto seruire, aliis ad Reipublicæ Clauum constitutis. Vidit portentosum illum luxum Cilicia non multo post Labieno seruitura, & diutius nisi Ventidius occurrisset ab Antonio prę-

Dio. l. 49.
Idem l. 51.

missus, qui ereptam eius manibus Romanis adiecit, cui Sossius præfectus datus est. Abico, vbi gladiatorum ingentem numerum alũt ad ludos triumphales victo, vt putabat, Cæsare, celebrandos, qui morte eius nuntiata Dideo se tradiderunt. Ex-

Philost. l. 1.
Sueto c. 1.
Dio. l. 60.
Tacitus l. 1.
Suidas.

inde pacata quidem sub Romanis crebris tamen motib⁹ subiecta, aliis aliter sentiẽtibus, donec Vespasiani opera Trachea Romanis accessit. cũ Claudius Polemoni Ciliciæ partem donasset, loco regni Bosphorami legatur, quæ à Vespasiano in Prouinciam redacta sit. Cynida autem Ciuitas terræ motu collapsa est circa illa tempora, ad cuius restaurationem Nerua Anazarbum senatorii ordinis virum misit, qui re perfecta nomen vrbi suum reliquit cum prius Dio Cæsarea vocaretur.

ANA-

ANALECTA ANTIQVITATVM CILICIÆ.

ORYCIVM & Triphoneum miræ ibi venerationis antra

Mel. l. 2. c. 3: *Solinus.* Vbi certo ritu ſacra peragebant Cilices.

Cilices ex auiũ volatu & cantu certiſſimis ſignis aiebant futura prædici.

Cic. 1. de diuinatione.

Plut. de defectu. Oracula Ciliciæ repente conticuerunt.

Mart. l. 6. Notæ rapacitatis Cilix.

Tibullus l. 1. & 7. Frigidus intonſos taurus agit Cilices, id eſt, eos qui Tracheam incolunt. *vt Turnebus l. 16. c. 24:*

Herodo l. 7. Lanea veſte vtebantur, pileo pennis coronato, in bello parmalas crudo bouis corio conficiebant, caprinas pelles humeris ſuſpendentes, thorace ocreiſque muniti, falce, pugione, enſe vtebantur arcu Corneo, arundineis ſagittis.

Alexand. l. 1. c. 28. Chlamys cũ crepidis & Claudicans diadema Regnum inſigne erat.

Plinius l. 7. c. 56. Ignẽ è ſilice elicere Pyrodes Cilicis frater docuit.

Marti l. 1. ep. 14.

Pallida nec Cilicum timeant pomaria brumam,
Mordeat & tenerum fortior aura nemus.

Hibernis obiecta Nothis ſpecularia puros,

Plinius l. 5. c. 50.

Admittunt ſoles & ſine face diem.

Villo tonſili fere Cilices veſtiebantur.

Idem l. 31. c. 2. Sydrius podagram ibi curabat.

Varro apud Plinium Nus etiam fluminis ibi ſubtilitatem ſeuſum procreabat.

Polycetus iuxta ſolos olei vicem ſupplebat.

Calius l. 8. c. 2. Cilicis mus per vinolentiam facta cædes erat.

CAPPADOCIA.

CAPVT I.

Herod. l. 7.
Plin. l. 6. c. 3.
Stephanus.
Arias.
Iosephus.
Strabo l. 12.

CAPPADOCIAM Syriæ aliquando attributam conuincere posset Leucosyriæ, Assyriæ, Sareæ appellatio, quæ Hebræis Capthorin vel certe Meschin dici putatur. Varie autẽ diuisa est hæc Regio, à Persis quidem in Satrapias duas, eam quæ ad Taurũ & Ponticam. Sub regibus in prouincias decem, quibus vndecimam Romani addiderunt. Sub Archelao in Præfecturas 5. Posteriori æuo in Cæsariẽsem & Tyanensẽ in Chursianã etiam Armeniacã & minorem. Antiqua est Cappadocum in Palæstinam irruptio qui tres Palæstinæ populos Æneos sedibus pulsos fugauerũt. Sociique Iudæorum alias fuerunt, vnde & à Nabugodonosore cum iis victi. Recentior Chaldæorũ in Cappadociã cuius monumenta perseuerarunt, tot Deorum Persicorum templa, tanta Magorum multitudo, tam celebre Pirithem nomen. Sic autem dicti vniuersim Cappadoces, quod circa eorum ignem tendant auguria.

Castaldo Almasia Theneto Geneph dici putatur.

Hic alijs Mosach appellatur & primam hac loca coluisse putatur.

Ptolemæus.

Porphiro genera.

Ezechielis 27. pro pigmeis legunt aliqui Cappadocem.

Tempore Greg. Nazianzeni.
Deut. 2.
H. S. num. c. 27.

Hiere. 47.

Strabo l. 15.

Idem li. 12.

Celebris etiam est Semiramidis memoria, quæ Mazacam vrbem erexit & Græcorum, qui Thyanam. Nec minor Orestis, qui sorore comitatus Iphigenia coram ponens lugubrem celeberrimæ Cataoum vrbi nominis dedit occasionem. Vt taceam sacra per eum posteritati relicta & secundũ à Rege sacerdotem. Vetusta etiam Charondæ Catanensis nomima in Asia quam apud Græcos celebrata, qui cum ad vim & furorem vsque seditiosas ciuium conciones pacasset, lege cauendo, vt si quis cum ferro eam intrasset ferro necaretur. Forte

Soli. ca. 47.

Philost. li. 2.

Pausan. in Laconicis.

Strabo l. 12.

Dio l. 35. in Comana vrbe ait Iphigenia gladium adhuc ostendi.

Digitized by Google

Laer. in Pythag.

te ipse ex via gladio accinctus in concionem processit, monitus à proximo, cum culpam dissimulare aut errore posset defendere stricto, ferro incũbens maluit pœnam repræsentare quam fraudem iustitiæ fieri.

Aristotelis 2. Politicor.

CAPVT II.

Xeno. l. 2. Cyro.

ASSYRIIS, Medis, Babyloniisque vicissim Cappadoces paruerunt. Sub initia autem Persicæ Monarchiæ Aribæus Rex Assyriis contra Cyrum Persam equitum 6000, sagittariorum 30000 submisit, ipse in fuga ab Hircanis cæsus. Totaque in reditu Cyri ex Lydia Persarum dominationi subiecta est prouincia, cui Satrapes verius quam Rex datus Pædegamus superioris filius quẽ Smerdis excepit, qui deinceps Anamnam reliquit successorem, virum bellicis virtutibus clarum, qui Dario Monarcha Scythico bello præpositus victor fratrem Regis Marsagetem vinculis soluit, in quæ à Scythaice fratre cõiectus erat per summum nefas. In Aramnis defuncti locum Anaphas virtutis merito cooptatus est, vnus ex 7. Persis forte Intaphernis locum occupans, qui sublatus erat. Dignum se improbauit, vt qui à tributo Persico immunis vixerit. Ad cuius exemplum Datames, qui secundus ab eo post eiusdem nominis filium regnauit, non dubitauit bello cum Persis contendere, in quo fortiter pugnans occubuit filio Ariamne relicto, & vt quidam sentiunt, Magno illo Datame qui Cappadocum potitus est Ariamne nihilominus relicto in regimine, qui senex ex duobus filiis Ariarathen sibi substituit, virum non minus virtute, quæ in Æschi expeditione Ægyptiaca cui tum forte Ducis titulo intererat, patuit, quam pietate in fratrem laudandus, quem non contentus ad summos honores euexisse nisi & posthabito filio eundem delegisset successorem. Fraudasse filium putares, sed fratrem nouerat se gratum habere

Pharnaces alii vocatur.

Dubitant App. Mithri.

1500 equos, 2000 mulos, aurum 5000. tributi loci Persis data à Cappadocia Strabo l. 11.

Ariaran Ctesia.

Ctesias.

Herodo.

Cratalus Cappadocia totũ ait Xerxis exercitum consumsisse li. 7.

Æmilius Probus.

Persarum Regũ.

bere&inuicem amicum qui fraterno exemplo insistens fratris filium adoptans hæredem instituit. Huic Ariarathes, illi Olophernes nomen erat. Ariarhates Andymitii terra mariq; obsessus ab Antophradate cum sumtus deficerent, & miles obsidioni ferendæ exiguus esset. Ptelenuti mandat simulare proditionem Insulæ vicinæ. Dumq; re ducibus commissa segnius instatur maioris spe compendii Ariarathes eundem commeatum&milites in vrbem adducit.

Polya. l.7.

CAPVT III.

ATQVE hoc necato Cappadociam subegit Philippus, Regibus dolo necatis, quanquam Mitrobazames Cappadocibus præfuisse legatur. Postea Persarum nomine, quo sublato Aristamenes Cappadociæ Præpositus à Macedonibus post Granici victoriam. Sed sublato Alexandro Ariarhates sublatam quoq; existimans seruitutem Eumene, qui Cappadociam forte acceperat absente, virtutis suæ sibi conscius Perdiccæ se opposuit, è prouinciæ reditibus pecuniæ magna vi conflata & peditum 15000, equitum 3000 collectis. Sed hęc inferiora erant Alexandri disciplina, cuius apud Perdicæam&Eumenem recens erat memoria, veteranorum robore, qui nec dum dilapsi erant. Victus itaque Ariarhates & interfectus, aut vt alii narrant in crucem actus Cappadocia & Paphlagones Eumeni credita, cum cura vt totam vsq; ad Trapezuntem Regionem tueatur. Hic status fuit donec Eumenes & Perdiccas superfuerunt. Quibus defunctis filius eiusdem cum patre auoq; nominis desperantibus suis superuenit. Audaciam faciebat Antigoni & Seleuci bella, spem Ardoate Regis Armeniorum auxilium, quo fretus Amyntam post Nicanorē ab Antipatro huc missum Macedonum Ducem regnique Satrapam victum interfecit, externo milite Regionem liberauit, auitum regnum recuperauit, & filio Ariamni pacatū reli-

Oros. l.3. c.11.

Diod. l.17.

Curtius lib.3.

Iust. lib.13.

Plutar. in Eumene.

Diodor. Lucianus.

Appian. Mithrid. Curt. l.2. Oros. l.3. c.21.

Diodo. Appia. vbi supra. Polyb. li.4.

Iustino vocatur Artamenes.

Digitized by Google

reliquit. Regi in amicos & filios etiã vltra pietatis leges officioſo. Antinochum Hieracæm affine à fratre Seleuco Gallinico fugatum, hoſpitio excepit liberali, ſed cum paulo poſt ſibi inſidias ſtrui Hierax comperiſſet fuga ſalutem quæſiuit, filium nouo indulgentiæ exemplo puerum regni cõſortem aſſumſit. Qui poſt patris mortem ſolus impetans victo Arſace Parthorum dominationem agitante tenacem ſe oſtendit eorum quæ rudibus annis præceperat.

Diodorus.

Iuſt. li. 27.

Iuſt. l. 29.

Dioda.

CAPVT IV.

HIc filium eiusdem ſecum nominis Ariarathem puerum etiam in regno reliquit. Cuius ætati ignoſcẽdum quod à ſocero Antiochi in belli Romani ſocietatem pertractus eſt. Eiusdem forte intuitu victo Syro Magneſiam ſe conferens veniã per legatos tam facilem obtinuit 200 talentorum mulcta irrogata, cuius tamen dimidium duntaxat Eumenis generi interceſſione pependit. Quanquam poſtea vt Manilium in Galatas proficiſcentem à regni finibus arceret 200 alia exoluit. Deinceps Romanis amiciſſimus, qui filium eius ſuppoſititium Ariarathem ſenatui per legatos commendatum honore non vulgari affecerunt, clientes Reip. cognomento & Cn. Sicyny prætoria domo. Nec ingratus Rex Pop. Ro. partes auxilio iuuit in bello Macedonico, eundem ſibi & Parnaci Pontico de finibus contendendi arbitrum elegit, eiusdẽ decreto impoſitas ſibi mulctas populo licet ſuo haud grauate excepit. Qualis illa 300 talentorum quam incolis numerauit ad damni compenſationem à Mela Fl. per ipſum obſtructis faucibus illati. Itemque alia cum Harpæ alterius fluminis fauces obturaſſet. Et ſane mentis parum ſanæ eum fuiſſe quis putaret tanto impendio & damno vexatis fluminibus, niſi vrbem ſaltem ſui nominis in regiam reliquiſſet, & Carneadis Philoſophi familiarem fuiſſe vtrimque ſcriptæ teſtarentur litteræ.

Polyb. li. 4.

Liuius li. 38.

Idem li. 42.

Strabo l. 12.

Stephanus apud Laert.

CA-

CAPVT V.

HVIC ex Antiochide Antiochi M. filia Mithridates filius fuit perdite à Patre amatus: adeo vt nomen etiam ſuum induere eum voluit. Sed quod pulcherrimum eſt filius is erat qui amari mereretur prudens, doctus, humanus, & qui in tempore non erat, etiam oblatum à Parente regnũ recuſare, quaſi decederet filium Patre ſuperſtite tantum in ſe beneficium tolerare. Cum Romanis fidem & amicitiam coluit. Vnde cũ ab Olophernе putatiuo fratre vxor eum ſe ſterilem rata à Patri ſuppoſuerat, in Ioniam autem ablegato ne de regno contenderet Patrio communi mortuo cappadocia repeteretur, repulit illum primum per ſe, tum Demetrii ſoceris viribus fultum Romanorũ opera fudit. Sed cum ingratus Olophernes à Demetrio ad Antiochenſes qui deſciuerant ſe contuliſſet, captus Seleuciæ cuſtoditus eſt, ne Cappadox metu huius morte liberaretur. Hac occaſione perſeuerarunt inter Mithridatem Ariarhatem, & Demetrium, & ille Alexandrum Epiphanem huius hoſtem auxiliis iuuit. Romanos etiã in bello contra Ariſtonicum, vbi non aliter quam militem decebat fortiter pugnans occubuit. Itaque Populus Romanus patriæ virtutis præmium Ciliciam, & Lycaoniam dedit fidelior ipſe in filios quã Mater in liberos. Quippe Laodoce, id ei nomen erat, ex numero 6 filiorum quos virilis ſexus ex Ariarhate ſuſceperat, verita ne diuturna regni poſſeſſione adultis quibuſdam potiretur Spaticidiali veneno ſuſtulit. Vnum paruulũ ſceleri cognatorum cuſtodia eripuit, qui poſt mortem matris Ciuium tumultu oppreſſæ ſolus regnauit. Sed qui Matris manus euaſerat ab Affine Mithridate Põtico tollitur opera cuiuſdam Gordii. Qui idem nihil actum morte patris exiſtimans ſi adoleſcentes regnum cui inhiabat occupaſſent, filiorum inſuper

Iuſt. l. 37.
Liuius l. 37.
Athenæus l. 10. l. 12. Olophernem ait paruo tempore regnaſſe mores patrios immutaſſe introductis vociferationibus Bachi & artificioſa intemperantia.
Appi. Syri.
Polyb. l. 3.
Ælia l. 2. c. 42.
Iuſt. l. 37.
Idem l. 38.

per necem agitabat. Interim Nicomedes Bythinię Rex vacuam Regis morte Cappadociam inuadit, & Laodice Mithridatis sorore defuncti Regis vxore sibi adiuncta regno suo adiicit. Quod ægre ferens Mithridates pietatis specie illo eiecto filiũ superioris Regis restituit, Carè compensauit hoc beneficium secuta crudelitas. Interfectorẽ quippe Patris Gordium restitui Auũculus postulabat vt eadem manu vterque tolleretur. Renuit Ariarhates, & quia peccare visus hac prudentia bello petitur. Sed quod adhærentibus Cappadociæ finitimis prælio decernere Mithridati non videretur, insidiis acta res. Sollicitatur ad colloquiũ Cappadox nec detrectat, missõ tamẽ prius scrutatore. Qui cũ penitius imum etiam ventrem pertrectaret, Mithridates, ait, caueat, ne aliud ibi telũ offendat, quam quæratur. Hoc ioco protectis insidiis ferro, quod inter fascias gerebat incautum, inspectãte vtroque exercitu necat. Regnoque 8 annorum pulsum imponit addito Gordio gubernatore. Sed cum præfectorum crudelitate vexaretur Regio, accersitus superioris Regis frater, qui in Asia, vt Mithridaticę fraudis expers esset, educabatur. Cum quo mox bello decernit Mithridates victumq; regno eiicit, eiectus collecta animi ægritudine vitam cum morte commutauit.

filium

CAPVT VI.

MEDIA erat sublatis qui Regiæ stirpis erant inter Ponti & Bythinicę Reges Cappadocia quorum vterque missis Roma legatis regnum Ariarhetis filio petebat. Senatus ne falsis nominibus regna impleret Regum studia obseruans Mithridati Cappadociam, Nicomedi Paphlagoniam adimens, eas liberas esse vult. Quod munus recusantes Regem sibi dari postularunt Romani, Regis eligendi arbitrium ipsis Cappadocibus per-

alia Regum Cappadocia familia.

mittentes electum à Proceribus Ariobarzanem clientelis & opibus facile inter suos Principe confirmarunt. Qui inito Regno mox à Tigrane Armeniæ Rege Mithridatis instinctu impugnatur Qui cum se imparem sentiret collectis rebus Romam supplex contendit.

Iust. l. 38.

Sylla Cilicię Propręt or parua manu copiis Gordii qui hostibus præerat profligatis eum restituit. Iterumque ab Ariarhate Mithridatis f. eiusdem Syllæ pacificatione regnum recepit. Tertio ab ipso Mithridate electus à Pompeio non modo restitutus, sed & Sophena, Gordena, & Ciliciæ parte donatus est. Sed ærumnarum pertæsus cum à Pompeio, ipse & f. & secum filius ad cænam vocatus, curuli sede honoraretur, filio inferius accumbẽre Sylla descendens in filii caput diadema trãstulit, hortans honoratiorem locum capiat. Quo verecunde recusante pulchrum illud certamen à Pompeio direptum est Rege appellato filio. Sic Pater defunctus imperio quietam præelegit securitatem Regnum autem Ariobarzani filio vt datũ sic defensum est, ideoque Cicero commissum às. p. q. r. quamprimum totam ei regionem pararet. Quod fecit tane gnauiter præsentibusque insidiis nihil tale opinantem liberauit. In bello ciuili nõ immerito Pompei partes secutus per fratrem Ariarhatem 500 ei equites subministrauit. Sed postea C. Cæsari reconciliatus parte Armeniæ donatũr, A quo demũ, dũ à Pharnace pulsi & in vltionem Domitio Calu. iuncti res adhuc fluctuarent, in integrum restitutus est. Vt autem grati memoris in Cæsarem animi studiũ declararet Bruti & Cassii interfectorum eius castra sequi detrectauit. Vnde ab iis hostis declaratus, captus iugulatusque est. Huius frater Ariarhates regnum excepit, sed orta cum Archelao contẽtione M. Antonii triumviri sententia, & dignitate & vita priuatus est.

Plut. in Corne Sylla.

Eutropius l. 5.

Cic. pro lege Manil.

Orosius l. 6. c. 2.

Val. Max. l. 6. c. 7.

Cic. de prouin. Consul. inuiteum ferro petiisse.

Plutarchus. in lice.

Cic. ad Atticum l. 5. ep. 20. l. 15. ep. 2.

Luc. l. 2.

Dio. l. 47.

Appianus 5. belli Ciuilis.

Cic. l. 13. ad Atti. epist. 2.

Dio. l. 49.

Cæsar. 4. Alexandrino

CA-

CAPVT VII.

Vale. Max. l. 9. l. vltimo PAVLO post Augustus barbarum quendam, ob eximiam cum Ariathate similitudinem regnũ affectantem & penetotius Orientis credula suffragatione fultum interemit. Interim M. Antonii opera Archelaus regnum Cappadociæ obtinuerat. Olaphyra enim Antonius abutebatur quę huius erat. Post Actiacam victoriam ab Augusto in gratiam receptus Armeniam minorem, & Tracheam Ciliciam donum insuper accepit. In quarũ hac Eleusam Insulam muniuit, vbi bonam partẽ vitæ egit, non in otio vt qui de Agricultura libros scripserit. Cum Herode Iudæorum Rege affinitatem iunxit, amicumque se gessit generum patri suspectum de insidiis. Quo Patris immanitate sublato nepotum deinceps diligentem curam suscepit. Tiberio Imperante Romã vocatus quod eius Patrocinio Augusti tempore vsus, Rhodi agentẽ neglexisset, Caium coleret, ad dicendam causam iudicio Senatus permissus, simulatione insaniæ supplicio eripitur, sed breui podagra & senio cõfectus moritur, & Cappadocia in prouinciæ formá redacta equiti Ro: regendo traditur, Vrbsque eius prima pro Mazaca Cæsarea est vocata, quod Germanici opera factum traditur. Vespasianus ob frequentes incursiones legiones Cappadocię imposuit & pro equite rectorem dedit Consularem. Et sane adeo venerunt incolæ huius tractus vt ad seruitia & sarcinas quasi proprio ipsis munere locẽtur, & Rex pro Mangone & venditiario prouerbio vlurpetur.

Plut. in Ante.
Dio. l. 49.
Mart. l. 11.
Dio. l. 51.
Strabo l. 12.
Plinius l. 18. c. 3.
Ioſ. l. 16. c. 1. & l. 1. belli c. 17.
Aegeſ l. 1. c. 38.
Sueto Tiberio c. 37. per inſidias cum vocatum ait nec remiſſum.
Dio. l. 57.
Eutrop. l. 7. aurel. vict. & Tiberio.
Suet. calig. 1.
Suet. Veſpaſi c. 8.
Mar. l. 5. & 20. & 6. & 76. & l. 10. & 76. Perſius Saty. 6 Turnebus l. 22. c. 8.

ANALECTA ANTIQVITATVM CAPPADOCIÆ.

Alexan. l. 4. c. 17. genial. dierum

CAPPADOCES montem diuinis honoribus prosequebantur.

Inque sacris Ambrosia coronabantur.

Strabo l. 12.

Bellonę in Cappadocia celebre est oraculum.

Idem l. 15.

Sacerdotes stipite non cultro hostiam mactabãt.

Calius l. 7. c. 29.

Pyrethos vocabãt magos suos, quia circa ignẽ maxime, versabantur.

Claud. Cand. ser.

Semen Cappadocum in equis maxime laudatum.

Soli. l. 47.

Quorum etiam fidem commendant scriptores.

Strabo l. 11.

Vnde forsan est, quod tantum numerum equorũ Persis animi tributi nomine pendere coacti sint.

Plinius l. 31. c. 7.

In lacu sal coquebatur tantumque nocte subueniebat, quantum die auferebas.

Quanquam & aliud ibi è terra humore densato effodiatur.

à Calio l. 18. c. 30.

Cappadocum mores descripti.

Idem l. 26. c. 33. ex proclo chio.

Anguis si Cappadocem mordeat interibat, ob sanguinis in eo prauitatem:

Pers. 6. Saty.

Pingues Cappadoces vocabantur ob soli fertilitatem,

Strabo l. 12

quod omnium ferax, lignis solũ carebat.

Luc. l. 3.

Feroces etiam vocabãtur ob strenuitatẽ in bellis.

CARIA

CARIA.

CAPVT I.

Athenæ l. 4. c. 24.

CARIA olim Phenice nomine appellatam indicio esse posset alteram alterius esse Coloniam. Nisi eos ex Insulis in continentẽ migrasse Græci *f* traderent, ipsis contra, se Aborigenes esse clamãtibus. Certe olim Leleges appellatos fuisse constat Cares aut Caribus vicinos, qui demum Mausoli Regis nomen induerunt, quibus ob varias diuersarum gentium Colonias vnam originem assignare difficile foret. Cretenses aliqui agnoscunt, aliqui *x* Pelasgos; quorum vrbs est Aphrodisias 7 Vt taceam Rhodiorum & Argiuorũ Halycarnassum Coloniam. Vt taceam eam quam Ointhus Ioxo Comite deduxit, cuius populus inde deducto nomine Ioxii appellatus morẽ habebat ne quis spinas Asparagi neq; astrebi cremaret, eo quod Ioxi auia, Thesai vxor, Menalippe Mater iis se abdiderit, iis saluata sit. Describitur etiã Meliorum in Cariam Duce Sympheo irruptio. Quibus Chryasi insidias struentes in conuiuio honorarunt. Qui cum insolẽtiores fæminas adduci postularẽt, Venerunt illæ sed occultatis sub veste ensibus, quos mariti assidentes, signo dato stringẽtes inermes inuadunt, obtruncant, patriam purgant. Nec minus ipsi Cares in alias Regiones colonias duxerunt. Thesei temporibus cum lues maxima Regionem pæne vacuam habitatoribus reddidisset, Naxius Polemonis filius in Insulam quæ eius deinceps nomen retinuit commigrans fortu-

Homer Ili. 2. Cares barbare loquentes vocat ob difficilem prõnuntiationẽ

Strabo l. 7.

7 quæ & Nines appellatur

Suidas

Strabo l. 14.

Mel l. 2. c. 16.

Plut. in Thesco

Polyænus l. 1.

sub finem.

Natal. Mytho. l. 5. c. 13.

næ ſuæ & regni ſtatuit domicilium, Leuſippum filium relinquens, per cuius manus ad Smerdium deuoluta eſt dominatio. Præter hunc Eudemus legitur in extremas Orbis & Oceani partes nauigaſſe, Inſulamque præter alias Satyrorum reperiſſe cuius incolæ caudati nudique nulla emiſſa voce in fœminas petulantiſſime irruebant. Clarus in Caria, notus in fabulis Endymion, qui primus lunæ x rationem obſeruauit. Aſſidua vt puto conſuetudine, nam in Larmo monte interdiu ſomno vacans raro compatebat, noctu venationi intentus, cuius in eodem monte ſepulchrum oſtenditur. Hermophroditi quoque Mercurio nati amores tacere in Caria non conſtitui, cuius transformationi dedit occaſionem fontis natura, vt quiſquis in hunc vir venerit, exeat inde ſemiuir, & tactis ſubito molleſcat ab undis.

Strab. & Pauſanias

Hinc fabula eum à Luna amatum & oſculatum aſſiduè.

Nicander Europa. Luci. de aſtrologia Natal. l. 4. c. 8.

x *Strab. l. 14.*

Salmaceon hic vocatur qui Diodoro l. 5. vim generationis augere dicitur.

Ouid. l. 4. Met.

Idem 15 Met.

CAPVT II.

RE i bellicæ gloria, & induſtria Cares valuiſſe nemini dubium eſſe poteſt, qui nouerit eos x galeis criſtas, clypeis ſigna, ſcutis lora inueniſſe ocreiſque militum ſuorum pedes primum muniuiſſe. Vt taceam quod vnum argumento eſſe poſſit domitos à Caribus Lycios, non iugum tantum ſed & tributum tuliſſe. Maria quoque ante Minois ævum horum præfectis gubernata & Cycladũ primas Inſulas, donec Græcorum virtuti ceſſerũt. Inter porro reges Antiquos Cindapſ[9] nominatur, itẽque Berſgales, Maſonara, Cyardes 8 vrbiũ his locis erectores, præter Strambelum lelegum Regem ab Heroe Myleſio victum. Abantem, item Anacam ex Amazonum gente his locis celebratos, Eurytheus inſuper in hiſtoriis notus eſt, non tam filia Idothea quam Mileto genero. Quibus orti Cannus & Biblis virgo quæ nefandi in fratrem amoris impatientia, cum à multis procis expeteretur, è ſaxo ſe

Herod. l. 1.

Strab. l. 4.

Panius l. 6. c. 56.

Celius l. 29. c. 20.

vide Lycia

Thucid. l. 1.

Dio c. 18 de Inſulis

Idem cap. 12.

Stepha de vrbibus.

Athenæus l. 2. c. 2.

Suidas

Ouid 9. Meta.

Antonli fab. 30.

Hinc fingunt in Laniadriadem verſa.

Digitized by Google

xo ſe præcipitauit. Fuit etiam priſcis temporibus Icarus qui Tonoem filiam Theſtoris, quam ludentem ad mare Pyratæ rapuerant, in concubinatum emit. Cumque Socer in Cariam quæſitum filiam diuertiſſet, ſpeculatoris titulo in Carcerem detruditur, Leucippe ſoror Thonoes habitu Sacerdotali iuxta Apollinis oraculum in Cariam veniens, Patrem Sororemque indagatura, cum negaret ſorori exiſtimanti virum eſſe concubitum poſt carcerem interficienda Theſtori traditur. Hic à filio & paulo poſt à genero agnoſcitur, affectuſque muneribus domum remittitur. Huius forte filius fuit Damæthus qui Troiani tempore bello regnauit, Naſtemque & Amphimachum Nomionis filius, cum Carum copiis, Priamo miſit. Huius filia Syrna ex lapſu læſa à Podalyrio ſanguinis miſſione curatur, qui eius Matrimonium medicinæ præmium nactus, duabus Cariam vrbibus exornauit.

Hyginus fab. 190

negat hoc Scholiaſtes

Pauſanias in Meſſeniacis.

Stephanus

CAPVT III.

QVo tempore Lydorum inualuit potẽtia. Arſelis auxilio & Carum Gyges in regno confirmatus memor beneficii Cariam ipſius imperio regendam bipenemque Amazonicam donauit, quã Arſeles ædificato Iouis Labradei templo conſecrauit. Paulo poſt cum Cymmerii Aſiam popularentur Lychdamus, quanquam Cræſo ſubiectus, titulo x Regis Cariæ præfuit, qui & barbaris cum exercitu obuiam progreſſus Lydia, Ioniaque, per agratis in Cilicia periit, cum Lydis autem & Aſia vno quaſi bellorũ impetu in Perſarum tracti ſunt Cares poteſtatem, quibus tributum cum Ioniis commune pependerunt, Dario definiente. Vnde cum diſſentione inter ſe laborarent miſſus à Cyro Aduſius, arcibus præſidia imponens, eos cõciliauit. Lego tamen circa eadem fere tempora bonam.

Plut. in pro bello.

Herodo l. 5. ait, ſolos Cares in Aſia Ioni militare ſacra facere

Herod. l. 2.

Strab l. 3.

Herod. l. 8.

Xenop. l. 7. cyr.

Digitized by Google

bonam Carum partem iunctis Ionibus prædatum
Herod. l. 2. egressam in Ægypto Psametichi inuitatione con-
6. Idem l. 3. sediſſe, eoſdemque in Cambyſem pro Amaſi arma tuliſſe. Iones quoque à Dario deficientes bonam Cariæ partem occupaſſe, & quidem cum Sardes incensas congnouiſſent vniuerſi à Perſis deſciuerunt. Quo cognito Dauriſes Darii filiæ matrimonio celebris, qui circa Helleſpontum occupabatur eo cum exercitu tendit, Cares congregati de ſumma rei deliberarunt aliis aliter ſentientibus, Pixodoras vir primarius Mauſoli filius Syenneſis Cilicum Regis ſocer cenſebat Męandrum traiiciendũ, ablata fugæ ſpe, ſi flumen à tergo habeant animos maiores fore, ſed peruicit cõtraria ſententia. Per-
Herod. l. 5. ſæ flumen à tergo videntes acriter pugnarunt, ceciderunt illorum 2000, Carum 10000 qui reliqui in Iouis Militaris ædem confugerant. Victoria penes Perſas fuit. Superuenientibus autem Myleſiorum auxiliis Cares prælium renouant, ſed euentu parum felici, nec cum collectis viribus tertio prælium reſtituerent quicquam profecerunt. Ergo ad inudias conuerſi dum vrbes ſuas captum iri obſeruant in via quæ ad Myleſiam ducit Perſas nacti cum Dauriſe, Amorge, Siſamace, nec non Myrſe Gygis filio Ducibus vniuerſos obtruncarũt
Herod. l. 6. Poſtea Cares vniuerſi Mileto expugnata Perſicũ iugum receperunt, vt qui Perſis in Græcos mouentibus 70 naues miniſtrarint.

CAPVT IV.

CIRCA hæc autem tempora Halicarnaſſo
Herod. l. 7. Cois, Niſiriis, & Calidniis, præfuiſſe
Oroſ. l. 2. c. 10. narratur *o* Lycydamis, cuius filia Arthemiſia, Mauſoli, Regis vxor fuit cantatiſſima, quæ nulla neceſſitate, ſolo virtutis ſtudio impulſa, Xerxi auxilia miſit, auxiliis ipſa præfuit, Naues eius à
Philoſt. l. 4. Herod. l. 7. Sidoniis inſtructiſſimæ, ipſa præ omnibus conſilio,

o Suida Damu vocatur. 2 aliis Arthemidora vocatur.

lio & belli artibus excellens. Prælium nauale ad Salaminem diſſuaſit hoſtem mora frangendum cenſens, quam bene pugnæ euentus ſiniſter docuit. Quod tamen per fœminam, quæ quaſi cum viro vires & cum rege animum mutaſſet, fortiſſime domicabat in prima acie Ariarmenis fratris regii cæſi cadauer fiementibus aduerſariis eripuit, cumque fugiendum eſſet etiam, tum hoſtes eluſit, Calyndenſi quam hoſtiliter inuaſerat naue vecta ſubmerſa cum Rege Daſimitho pro ſocia habita eſt. Mille enim drachmarum præmium Græcorum decreto eiterat conſtitutum, qui viraginem hanc ſpirantem ipſis ſiſteret. Hæc probans Xerxis de reditu conſilium filios eius nothos Epheſum reducendos accepit, magnam laudem præmiaque prima conſecuta, quæ Carmios etiam ſpecie ſacrificii cum habitu ſacro in Rheæ luco veniſſet ſuperauit. Huic frater fuit animi præſtantia inſigni Pygres, qui ſingulis Homeri verſibus pentametrum ſubiecit, Margitem ranarum muriumque pugnam inſuper. Filius vero Piphindalis fuit ſub matris tutela infans relictus. Cui Lygdamis ſucceſſit multum ab auita virtute degenerans, cędibus in ciues, odio in doctos graſſans, Panyaſim Herodoti patruelem, qui extinctam poeſin quaſi poſtliminio reuocauit, occidit, ipſi Herodoto ne poetas tantum deteſtatum putemus, ſpontanei exilii cauſam præbuit, ad quem cum Laconum legati venientes, aliquoties colloquii diem poſtulaſſent, illeque indies eum produceret, ſe valetudine parum firma reſpondens continuo ſubiungentes nō colluctatum ſe, ſed collocutum veniſſe, abſceſſerunt. Poſt hunc Mænander regnauit, ab Artaxerxe forſan reſtitutus, quem Apelles tanto depinxit artificio, vt Rhodii eius imaginem omnium præcipuam habeant. Genthus etiam litatur Rex eo potiſſimum titulo, quod eius æuo Scalylarum illud genus cæpit, id eſt, mulierum, quæ ita ſe Reginis

Plut. Themiſt.

Oroſ. l.2.c.10.

Iuſti. lib.2.

Pauſan. Laconicis.

Suidas.

Polyænus l.8 ipſam ſigno græco è ſua nauí appenſo euaſiſſe quodã, ne fugiens & fugata ſolita fuerit nauis ſignum mutare

Polyænus.

Suidas.

Herod. l.7

Suidas.

Plut. apophte. Laconich.

Plin. l.35.c.10.

Athen. l.6.c.6

Val. Max. l.9. Idem de Cypriis.

comparatent, vt per earum humeros aſcenſus & deſcenſus promptim pateret plauſtra inſcendentibus. Iisdem temporibus Hecatomnus Rex Cariæ fuit, in Mylaſa vrbe natus vbi & eius regia. Ab Artaxerxe iuſſus Euagoræ Cypriorum regi bellum inferre, non ſolum hoc detrectauit, ſed & regem pecunia iuuit ipſe ad libertatem adſpirans. In Dexippi medici gratiam, qui Mauſolum & Pexodanum filios morbo & morti ſubſtraxerat, bellum quod Cariæ cum Cois erat compoſuit.

Suidas.

Strabo l. 14
Iſocr. in Euagora.

Iſocrati & Dipdoro tantum eſt Satrapa.

CAPVT V.

MAVSOLVS, quem ſupra nominaui, huic in regno ſucceſſit, qui molitam à patre defectionem cum vicinis Satrapis aggreſſus aliquot Ioniæ Lydiæque gentibus imperauit. Chiis contra Athenienſes auxilia mittit. Seſtum & aſtum 100. nauium claſſe obſidet. Verum Ageſilao auctore ſoluens obſidionem reuertitur, acceptis ab vtrisque, & qui ſe acceptos beneficio putabant, & qui fugiebant ipſum pecuniis. Quarum cauſa à nullo facinore temperauit, quarum vſum Lacedæmoniis permiſit, Larmium ſtratagemate inſigni ſubegit, Ageſilaum datis comitibus in patriam reducendum magnifice curauit.

Gellius hunc Satrapam vult.

Ab hoc Cares Mauſolidæi dicti vt Stephanus.

Lucia. dial.

Diod. anno 3 Philippi.

Ariſtot. 2. Oecono.

Suidas.

Polyæ. li. 7.
Xeno. in Ageſilao.

Tandem pertæſus bellorum pacisque ſtudens, ex 8 lelegum ciuitatibus, quorum domini ſunt ſex, in vnam Halycarnaſſum conduxit. Huic ſoror fuit Artemiſia inceſta conſuetudine iugali eidem iuncta, & teſtamento hæres regni declarata. Quæ ſuper omnes amorum fabulas affectionisque humanæ fidem, fratrem eundemque maritum complexa, cum is fato perfunctus eſſet funere magnifico ſepeliuit, luctuque & deſiderio abſentis flagrans, oſſa cineremq; mixta odoribus, contuſaq; in pulueris faciem aquæ indidit, ebibitque. Vtque violento amori aliquatenus mederetur, molita eſt ingenti impetu operis ſepulchrum. Illud memoratiſſi-

Strabo l. 13.
Athen. l. 6. c. 7.

A. Gellius l. 10. c. 18.
Cice. 3. Tuſcul.

Plin. l. 25. c. 7. de herba, quæ ab ea nomen.
Val. Max. l. 4. c. 6

Digitized by Google

Celius l. 13. c. 33. tissimũ dignatumque numerari inter 7 omnium
Describi à Plin. l. 30. c. 5 terrarum spectacula.
Propert. l. 3. & 2.

Id monumentum cum sacris eius manibus dicaret, agona laudibus eius instituit prẽmiis propositis. Ad quem conuolasse dicuntur viri nobiles ingenio, & lingua præstabiles Theopompus, Theodectes, Naucrites, Isocrates alii primi nominis. Ipsa tandem longa tabe consumpta maritum, cui & cuius ipsa sepulchrum fieri voluit, secuta est. Postquam frater Hidriæus præcedentium exemplo Adam sororem, in coniugem temerata naturæ verecundia accepit. Qui in fide Persarum permansit, Ochoque imperante Cyprum quadraginta triremibus, & 8000 mercenariorum inuadit, Phocione & Euagora ducibus.

Strab. l. 14.
Cic. 3. tusculana
Plut. in Agesilao & à Phoeg. Laconicis
Arri. l. 1. vid. Cypri 4.

CAPVT VI.

Stepha. HVIVS filius Euromus vbi nomen dedit Vxor & Soror Ada hæres regni scripta est. Sed à Pexodara fratre regno pulsa sola Alinda vrbe munitissima reseruata se continebat. Interim frater filiam Arridæo Patri Alexandri Macedonis expetitam & oblatã, Prontabatæ permisit. Qui regni consors & ipso breui mortuo hæres factus Adam pellebat. Quæ Alexandro ad orientis imperium se comparanti vrbem suaque omnia permisit bellaria, insuper exquisito apparatu frequenter Regi militans. Vnde tantum sibi Macedonis fauorem quæsiuit, vt capta, euersaque Halicarnasso Cariæ toti præficeretur. Quo tamen non obstante suus Cariæ præfectus erat Arsanes, cui Stusanor successit. Quibus post Alexandri mortem substitutus est, á Principibus Cassander & paulo post eidem Eumenes cum Ægyptiaci belli fieret apparatus, sed extremum variante fortuna Ptolemæus Lagi Caribus imperat, cui aut certe eius posteris Cariam haud dubie abstulerunt qui Asiæ

Plut in Alexandro.
Strab. l. 14.
Arrian. l. 1.
Curt. l. 2.
Plut. apopht.
Died. l. 17.
Strabo l. 14.
Cur. l. 8.
Iustinus l. 13.
Theocr. ey. 17.

imperio potiti sunt successiue Macedones Syrique. Cumque Asia pæne tota Eumenis virtuti deberetur, hac excepta cessit regno Pergamenorum Romani Senatus munificentia, quæ Rhodiorum fidei donata est & non semel confirmata. Postea, Entidamus Mylasis atque adeo Cariæ præfuit, & cum eo postea Hybræas Orator Diotrephis Antiocheni auditor, qui Labieno victore exercitum Asiam populanti, & se Parthicum Imperatorem iactanti, nil veritus opponere, & respondere, & se Cariæ Imperatorem. Quæ audacia care ei stetisset, nisi maturum fugæ consilium iuuisset. Reuersus tamen post Parthi vrbem & domum, quæ domini peccatum luerant breui reparauit.

Vide Pergamena.

Liuius.

Strabo l. 14

ANA.

ANALECTA ANTIQVITATVM CARIÆ.

Aristoteles l. 3. anima c. 11 APVD Pedasios cum Palladis sacrorum Antistita barbam alebat, mali ominis res erat, quod ter obseruatum.

Strabo l. 13. Herod. l. 1. Strabo li. 12. Halicarnassi Mineruæ est fanum augustissimum.

Theophrastus. Auspicia hic inuenta quia Car auem significabat.

Arria. li. 1. Lex à Semiramide permittebat fœminas regnare.

Calius l. 29. c. 20 Secundus à Rege Hipparchus erat.

Macrob. li. 1. Sex mensibus annum suum absoluebant.

Plin. l. 67. c. 56 Galearum cristas, scutorum lora & ocreas inuenerunt.

Strabo l. 14 Cares commune cum Lydis Mysis templum habebant.

Calius li. 16. c. 31. Ad omnium seruitia nati, sæpeque ibi tota stirps se mancipabat.

Plin. li. 8. c. 59. ex Aristot. In Lathmo hospitibus serpentes non nocebant, vt indigenis.

Athen. lib. 4. c. 24. In luctu tibiis vtebantur, quas Gyngi appellabant.

Calius li. 26. c. 13. Scutum consepeliebant quia id inuenerunt.

Mulieresque hinc præcipue flentes ad rogum.

BITHYNICA IN ASIA.

NOBILI ET AMPLISSIMO DOMINO D. LVDOVICO VERRENSKEN EQVITI AVRATO D. DE HAMMES, Sereniſſimorum Belgii Principum Cartophilaci audientario, & Secretariorum primicerio, ad grati memoris animi ſignificationem hanc Ponticarum gentium triadem dicat dedicatque

Ioannes Baptiſta Gramaye.

MErita in me meosque tua, ampliſſimaque dignitas, maius quippiam merebantur, quam tenuitatis meæ ratio patiatur. Necdum is, qui Theologiæ arcana præuiderim, necdum is, qui calamum ad noſtri iuris ſubtilitates velim offendere & effundere, prouectiorem iſta adulta, & magis otioſum, & proinde magis te dignum. Qualem me fieri dabit ætas & bonus Deus. Nunc Adoleſcentiæ meæ (abſit verbo arrogantia) teſtimonium & fructus adoleſcentibus communicare & participes facere poſteros amici conſuluerunt, idq; partim ſub tutela nominis tui.

Qui me amicitia & fauore dignari vis, nouoq; ſemper beneficii genere tibi deuinciri. Quo nomine profiteor debitum publico Chirographo, cui ſi par eſſe nequeo remunerator erit magnus Deus, qui te ad Belgicæ noſtræ curas adoptauit, vtq; te ſeruare bono communi diutiſſime velit vro. In quo voto finiam. Louanii 3. Cal. Mart. An. 1604.

C A-

CAPVT I.

BITHYM Medobithyni, Thyni ex Thracia populi ſunt, qui terram ad Ponti dextram Myſis antea ſubiectam, atque adeo Myſiæ partem à ſe nominarunt, cum prius vna Myſiæ ciuitas hoc nomine vocaretur. Hinc ortum vt ſcribant quidam Thynos dictos antequam in Aſiam commigrarent, qui & Stymonii, quod Thracibus commune nomen à fluuio & Mygdonii forte ab Hæcubæ fratre Thraciæ rege, Bebryces à populis item Thracibus, qui Heraclæam Myſiæ incoluerunt. Halizones autem dicti forte ab Haly fluuio forte quod terram mari ex vna parte cinctã occupent, vel certe ob diuitiarum inſolentiam. Qui primus in hac Regione præfuit ab aliquibus Rhæſus fuiſſe putatur, qui ad Troiam militauit, aliis è Thracia regio genere natus Nithyas, aliis eum quo cum Argonautis res fuit. A Cræſo & Lydis ſubiecti ſunt Bithyni, & cum eius imperio ad Perſas translati. Bizantiis tamen ſubinde quorum vicina erat potentia paruerunt, & Phrygibus. Perſarum temporibus aut ſaltem aliquatenus obligati oræ maritimæ Satrapis. Ante Alexandri æuum Didalſus huic regioni præfuit, & Botyras quoque cuius filius Bas illius æqualis fuit. Qui Calanto eius duci reſiſtens Macedones á Bithyniæ ingreſſu prohibuit. Quanquam & Alexander Bithyniæ vicinisq; imperaſſe ab hiſtoricis traditur, forte poſtea ſuperior factus, à quo & omnibus ad Pontum regionibus Lyſimachus datus gubernator.

Strabo l. 7o
Idem li. 12.
Plinius l. 5. c. 32.
Philoſt. Ariſti.
Suidas.
Plinius l. 5. c. 31.
Herodo.
Solin. li. 44.

Hodie Burzia & Bechanigial.

Appian. Mithrid. item Flo. Bithynos eos regionem appellaſſe.

Homc. Iliad. 3.
Seruius ad 5. Æneid.

vt Strabo.

Apolled. li. 2.

Vide Ortelium in voce Bithynia.
Chaldæa calyber.

Suidas.

Appia. in Mithrid.

Inde Ionii & Thraces filius fuiſſe dicitur.

Flaccus l. 4.
Herod. lib. 1.

Athen. l. 6. c. 7.

Sigonius de antiquo iure prouinc. l. 1. c. 13. ex Memnone.
& Curtio & Arriano.

De Bithyo Bithyno apud Plinium l. 33. c. 10
Vide Lydica.

CAPVT II.

CVM pulcherrima Alexandri hæreditas inter principes eius & duces diuideretur, ſpem faciente illorum diſcordia, Zipætus Trax Bithyniam excuſſo Macedonum iugo occupat. Calcedonenſes

Fortaſſis Straboni ſic Dardalſus vocatur.
Alii Zybita.
Strabo l. 12.

Zibæa Liuio vocatur.

Digitized by Google

ſes quibus pronior ad reſiſtendum potentia præ-
lio victos obſidet. Pulſus tamen per Ptolomæum
Antigoni Ducem, pacis leges accipere & obſidem
dare compulſus, contracta cum ipſo ſocietate in
Ioniam & Lydiam contendit.

Plut. in probl.

Pauſa.

Diodo. l. 19.

A Lyſimacho oppugnatus, à fortuna deſtitu-
tus, Aſtacam vrbem à ſe conditam, cum Zipetio
amittit. Poſt huius mortem diuiſa in duos fratres
regni hæreditate eorum, alter Nicomedes non
contentus fratrem Zipatem bello petit, & Gala-
tarum ope pellit in Macedoniam. Ita totius Bithy-
niæ conſecutus dominationem vrbem ſui nomi-
nis condidit, translatis eo Arraci nuper à Lyſima-
cho deleti habitatoribus. Huic vxor fuit è gente
Phrygiæ Ditizele mortua cum non ſatis notam
canis regnis regem amplexantem humero mordi-
cus abripuiſſet. Cui ad Solanem doloris ſtatua in
Olympio templo erecta, ipſa monumento inaura-
to & veſte textili ſepulta, qua inflata inuentum au-
ri pondus librarum 113. Qui hunc ſecutus eſt Zie-
las filius nec ipſe regnum auitum imminuit, quod
vrbes diuerſæ Zela in Cappadocia, Creſſa in Pa-
phlagonia poſſint teſtari. Maiorum exemplo Ga-
latarum ſeruauit amicitiam, quorum principes,
cum per inſidias tollere conaretur, ipſe necatus
pœnas dedit Diis fœderum vltoribus.

Plutar. in quæſtionibus græcis.

Polybio Tybices

Liuio Zibœtes.

Magnus dicitur.

Lutaria & Zenaris Ducibus.

Ita Strabo l. 12. ſed Pauſanias vult eum vrbem amplificaſſe. Cedrenus ex Ataco condidiſſe.

Pauſan.

Zelas alii.

Stephanus.

Athen. l. 2. c. 11.

CAPVT III.

HVIVS frater idem & ſucceſſor Pruſias fuit
rerum geſtarum magnitudine illuſtris. Qui
iam inde ab initio Bizantiis inimicus, à Rhodiis
facile ſibi perſuaderi paſſus eſt, vt iunctis viribus
terra marique oppugnentur. Aduocatus erat ab
hoſtibus exul è Macedonia Tibices, qui patruelis
conatus elideret, ſed morbo correptus nihil dig-
num ſua indole præſtitit. Interea Rhodiis mariti-
mam oram obſidentibus, Pruſias fanum arcemq;
ad oſtium Ponti munitiſſimam capit, & quicquid
armis

Strabo filium fuiſſe putare videtur.

Polyb. l. 4

Digitized by Google

armis in Asia à Bizantiis erat acquisitum ferro ignèque vastat, & mercede conducto ex Thracia milite ad eas redegit angustias, vt ne pedem quidē portis, quæ ad Europā patent, efferre auderēt. Gallos, qui Arisbo Abydenorū oppido occupato, toti Asiæ terrori erant, prælio vicit, filios & vxores passim nulla sexus aut ætatis habita ratione interfici, castra militibus diripi, passus. Contra Cianos, quæ Cii Herculis socii & Colophoniorum colonia est in Bithynia, Philippum Macedoniæ Regem incitat. Qui parum ex mente Prusiæ vrbem vi captam solo æquauit, vt nihil præter aream conspiceretur, ex cuius ruderibus Prusam vrbē ad Hippium flumen condidit, deinceps ob illa Philippi in suam vrbem, quamuis rogati, sæuitiam, in amicitia remissior. Homo erat varii capitis, qui Perseum Philippi successorem dubiis promissis diu contra Romanos suspensum tenuit. Romanis interim victoriam de eo imprudenter & stolide gratulatus, vt Regiæ Maiestatis nomine nemo non indignum censeat, qui pileatus & capite raso occurrens Romanis honori duxerit se Populi Romani libertum appellare, inq; senatum veniens limem curiæ deosculatus se submiserit, Deos seruatores suos appellans patres conscriptos, oratione non tam audientibus honorifica, quam sibi deformi. Annibalem victo Antiocho suscepit hospitio, cuius astu Eumenem Pergami Regem nauali prælio superauit, & ad pacis conditiones compulit. Annibali vero fatalis fuit Libyssa Bithyniæ, vbi cum aditus omnes custodiæ occupassent propria manu se cōfecit.

Polyb. l. 5. in fine. *Anno 3747.*

Strabo l. 12.

T. Mela.

Liuius lib. 29.

Idem l. 45. & 46. Appianus in Mithridat.

Ἀλόπους ἄλλα eum Suidas vocat & Generatorem Appianus vult dictum.

Pausa. Arcadicis. Solinus li. 44. Plutar. & Probus in vita Annibalis & Flaminij.

Attalo interim Prusias Pergamum aduenit, & inter reliquam prædam Æsculapii statuam, sacrificiis ante à se honoratam auexit. Implorata tamē Romanorum auctoritas satisfacere in solidum eū coegit. Huic ex Philippi Macedonis filia Prusias filius, qui pro superiore dentium ordine vnum os

Mulcta erat 500 argenti talenta.

Plin. l. 7. c. 16.

Val. Max. l. 1. c. 8.

Macedonis. Μακεδὼν dictum.

Digitized by Google

æqualiter extenſum habuit, nec ad ſpeciem, deforme nec ad vſum incommodum. Ex altera Apame Nicomedes ei natus erat. Cui cum necem intentaret, vt natis altera coniuge liberis regnum procuraret, ab Attalo Pergameno & à propriis ſubditis debellatus, à Mena proditus & Nicomedia dedita captus, filii iuſſu, qui & Romanorum fauore & populi ſtudio ferebatur, occiſus eſt in ipſo Iouis templo.

Appianus eum eit ob fauorem populi hoc tentaſſe

Eutropius l. 4.

Liuius l. 50.
Appian. in Mithridatico.
Vide Pergamena.

CAPVT IV.

ITA Nicomedes regno potitus Apameam vrbem matris nomine appellatam extruit. Sed nō diu lætatus pœnā Talionis luit, paſſus à filio, quod in patrem patrauerat. Puduiſſe debuerat merito vtrumque à Bruto fide & pietate vinci. Equus n. Nicomede patre, Nicomedis filii ſcelere ſublato magiſtro ſuperuenire nō ſuſtinens, inedia ſeipſum confecit. Filius regnum obtinēs Laodice filia Mithridatis in coniugem accepta, cum ſocio Paphlagoniam rege orbatam aggreditur, qua fraudulenter ſolus potitur, nec veritus paulo poſt Cappadociam etiam Ponto tum ſubiectam inuadere. Vnde Mithridati occaſio vindictæ, quam Socrattis fratris regii miniſterio machinabatur. Hūc enim pulſo rege ſua ope fultum in Bithyniæ regnum perduxit. Sed Rex à Romanis reductus pariter & inuiratus fines Mithridatis Amaſtrini vſque populatur Socratem fratrem iugulat decreto à Romanis ipſe inter primos aut 50000 peditum, equitum 6000 inter primos etiā victus ad Romanos fugit, Bithyniaque vno impetu in hoſtium venit poteſtatem, & manſit maximæ tyrannidi obnoxia vſq; ad Syllæ tēpora, cuius virtute territus Mithridates in leges pacis conſenſit: ita vt Nicomedi regio reſtitueretur. Quo paruo tempore fruitus eſt ob mortis vicinitatem & nouos à Mithridate in Aſia metus.

Stepha. & Euſtathius.
Strabone hoc patri attribuente l. 12.

Dictus eſt Epiphanes inde Philopater dictus eſt.

Per antiphraſin.

Plin. l. 8. c. 42.

Soli. l. 47.

Eupatoris.

Vide propria.

Strabo li. 12.

Iuſti l. 38.

Chreſto ei cognomen.

Oroſ. l. 5. c. 10.

Eutrop. li. 4.

Flo. l. 3. c. 5.

Appia. in Mithri.

Anno 3833.

Plut. in Sulla.

Dio. l. in frag. l 38. ſcribit eum auxilia Mario in Cimbros miſiſſe.

CA-

Digitized by Google

CAPVT V.

Forte de hoc eſt apud Athenæum l.1.c.5.

NIcomedes ſuperioris filius ſub clientela Romanorum, regnum Bithyniæ obtinuit, qui I. Cæſarem ſub Termo prætore prima facientem ſtipendia hoſpitio excepit. Longiuſcule ibi diuerſatus non ſine opinione proſtratæ ipſi pudicitiæ, materiamq; fecit dicturio triumphali, quo iactabatur, à Cæſare quidem Gallias, à Nicomede autẽ Cæſarem ſubactum. Vt omittam alia à diuerſis hoc nomine excogitata conuitia. Morti vicinus Rex memor obſequii Romanum populum hæredem teſtamento ſcripſit Nuſa filio præterito, quãuis eum antea Regem appellaſſet. Ita redacta in formam prouinciæ Bithynia, & per Aulum Pomponium Bithynicum ſupellex omnis Regia Romã aduecta. Ex decem autem legatorum ſententia leges Bithynis datæ, & tributum impoſitum. Mithridates porro vltimo illo bello in Romanos Cattam Prouinciæ præfectum imbellem hominem terrore nominis ſui in fugam vertit, & auſum bello decernere non vno prelio victum ad extremas redegit anguſtias, Bithyniamque omnem ſuæ adiecit ditioni, donec Pompei magnitudine vires ipſius attritæ, nec Prouinciæ, nec regno, nec vitæ tuendis ſuffecerunt. Deinceps hanc Pharnaces filius Mithridatis Pontici tentauit, & quamuis in partes Pompei ſatis propenſam Cæſar poſt Ægyptiacam victoriam facile domuit, idque tanta celeritate vt veniſſe, ſe vidiſſe & viciſſe iactaret. Quæ per Caſſium & Brutum occupata eis ſuperatis Auguſto & Romanis reſtituta eſt à Bithynico cæſo.

Gell. l.5. c.13.

Dion. li. 34.
Plutar.
Suet. Iulio c.2.
Idem li. 49.

Appia. in Mithri. Saluſt. in exemplo Mithrid. non Auſacem.
Liuius l.3.c.3.
Feſtus.

Plin.l.10.epiſt.

Appia.

Plutar.

Liuius li. 113.

Suet. Iulius c.35

Liuius 115.

Plut. 7.apoph.

Dio l.47.
Liuii epit.l.113

BOSPHORANVM regnum.

CAPVT I.

HOc etsi partem Europæ occupet regnum, libet tamen hic adscribere, quia Asiaticis potissimum rebus permixta est & Ponto annexa regio. Cuius Rex scribitur Leucō quod sciam antiquissimus. Cui Parisades successit in Panticapæo, post quem Spartacus duorum Pater Seleuci & alterius Spartaci, qui post Patrē ambo successiue imperarunt. Quos Satyrus excepit Parens magni istius Leuconis, qui cum Memnone bellum gessit, parum quidem prospere, secundiore vsus in Heraclitas fortuna. Cum enim suos ob hostium multitudinem pugnam detrectare videret, Schythas iis à tergo collocat cum mandatis vt eos inuadant si segnius rem gerūt. Quo comperto Bosphorani cum à tergo coniunctum infamiæ periculum, à fronte promissam virtuti gloriā, contemplarentur, viriliter hostem propulsantes palmam retulerunt. Ita auctis mediocriter viribus Athenienses ingenti frumenti copia iuuit, & negotiantes intra regni sui fines immunitate donauit, meritus ab iis vicissim ciuium numero aggregari. Hanc rerū felicitatē nisi insignis præseruasset prudentia insidiis iam dudum succubuisset Bello Heracleotico, cum ex Trietarchis quidam in hostium partes propenderent, nec iudicii morā, nec tumultum pateretur præsens necessitas, ad se vocatis ait parum honesta de ipsis afferri, sed se nihil minus credere, ne tamen si victoria hostium sit

Anno 3433.

Plut. Stoi. contrar
Strabo l. 7.

Anno 3490.

Anno 3527.

fusius videbitur in Europa

Anno 3552.

Poly. enim deficiente belli sumptu auxisse duplo allati ad se argenti.

Anno 3566.

Polyænus l. 6.

Dio. l. 14.

Demosth. contra Leptinem.

Polyænus l. 6.

in.

Digitized by Google

in criminis ſuſpicionem veniant hortatur, qui erant tantiſper. Parent illi haud grauate quos confecto bello quaſi in iudiciũ vocatos iubet obtruncari. Sciebat non ſine ſanguine regnum ſtabiliri poſſe, & malis inſuper, quorum opera, ſi res ita poſtulat abutatur, tyrannidem agere. Extat & alius quo ſuæ ſaluti conſuluit dolus, cũ timens ſibi mercatores quibus grauĩ ære alieno obligabatur ad ſui tutelam aſſumſit, promittens quamprimum victis hoſtibus ſolutionem.

Dictum eius eſt apud Athen. l. 6. c. 6

CAPVT II.

LEVCONI huic Spartacus filius hæres fuit, ſed fortuna diſſimili, vt qui toto vitę fere tempore ciuilibus bellis implicitus mœrore tandem conſumtus eſt, Sapyrum purpuratum cum loco mouiſſet, reſtituere & filiæ matrimonium dare voluit. Hecatæum Sintorum regem reſtituit, filiæ inſuper matrimonio adiecto, ea tamen lege vt prior *l* eius coniux tollatur. Ad quam rem dum filiæ amor, regis incuria, mariti ſolertia obſunt, varia bellorum ſemina ſparguntur, quæ ne morte quidem partiũ ſopita eſſent, niſi Gorgippus in defuncti patris locum ſurrogatus prece & precio impetraret. Poſt huius mortem Pariſades patruus rerum potitus eſt homo callidus, quia alia arq; alia veſte in dilectu, pugna, fuga, victoria, vtebatur. Stratonicum Cytharædum in deliciis habuit, ex filiis maiorem natu reliquit ſucceſſorem, qui à fratre Eumelo petitus bello cum exercitu 20000 Scytharum mercede conductorum, ex Græcis 2000, Thracumque numero pari & equitum 10000 occurrens, ſuperior euadit. Thaplaq; transmiſſo Regiam quo frater confugerat oppugnaturus, in muſculo vulneratus nocte inſequẽti occubuit, cuius corpus Prytanes fratrum ſecundus maiorum tumulo honorauit, regno potiri putans niſi frater ſupereſſet, qui nihilo in hunc quam alterum ſegnior prælio ſuperatum.

Ouid. in Ibim cuiusdam Leuconis meminit à fratre necati.
Iſocr. ora. 18.
Polya. l. 8.
Idem li. 7.
Athen. l. 8. c. 7
Diodor. l. 20.

Obiit anno 3606. reg. 40. Alii Satyrus.
Anno 3615.
l Tirgatus vocabatur.
Obiit anno 3618.
Obiit anno 3656.
Oraculo monebant cauere ſibi à mure.

ratum iugulari præcepit, & ne quis ad inuidiam reliquus esset, coniuges, liberos, amicos, fratrum, eodem scelere sustulit. Ægre tolerabant subditi, indignam innocentium cædem, sed beneficiis & immunitate noua eos demereri studebat. Ponticapæ ensibus tributa remittit, Bizantios, Sinopenses, & si qui ex Græcis Pontum accolunt miro fauore prosequitur. Collantianorum mille agros diuidit, mareque purgat. His omnibus populo satisfacere poterat, non item Dis scelerum vltoribus, vnde ex Scythia domum reuertens, è curru præceps gladio forte excidenti insiliens, mortem obiit, Spartaco relicto, ex quo oriundus Leucanor Scythis vectigalis.

Excepto vno Paryſade qui equos ad Agarum Scythæ R. fugit.

Anno 3663.

Lucia. texari. Vide Scythica.

CAPVT III.

Vide Scy.

CVmque Arsocomas tributi exigendi causa, legatus Mazacæ, quæ ei forma excellens erat filia, nuptias nō impetraret, sed eam pater Andrymacho desponderet, sibi exitium, genero bellum finemq; vitæ, filiæ raptum causauit. Frater autem Eubiotus, cum Sarmatarum ope & Alanorum regnum & cædem fratris vindicaturus victori, quam victo similior, ob militum trepidationem beneficio noctis euasit, pacem duplicato tributo redimere coactus. Interiecto deinde tempore ad Paryſadem delatum est regnum, à quo cum Scilurus Scytharum rex antiquo maius tributum exigeret, cum resistendo non esset, regnum vltro Mithridati permisit. Quo mortuo Pharnaces filius volentibus Romanis tam diu eo potitus regno, donec se potuit continere. Sed postquam paterni regni hæres esse cæpit, & virtutis haberi terrarum dominos in se armat & à Cæsare ad Zelani victus in Bosphoro Asandri, quem regno præposuerat dolo trucidatur. Qui & cum filiæ matrimonio regnū ad se transmisit, & contra Mithridatis impetum tuetur, generose Ætnarchæ titulo per Augustum dota-

Machlymin principi.

Strabo li. 7.

Anno 3280 Pompei Bosphora capta manu. Troger. l. 3 ep. 10.

Eupatori.

Plut. in Cæsare l. 57

Paterculus l. 2.

Anno 3918. reg 25. ætat. 50.

Dio l. 54

Digitized by Google

Luci. in Macrobiu.

dotatus, quo cum excelleret Scribonius quidam rei militaris, Præfectura ab eodem Auguſto donatus, Mithridatis affinitatem, & datum regnum mẽtitus Aſandrũm inedia vitam finire compulit. *Vita 58.*

CAPVT IV.

Dio l. 54

Plut. in Antonio. Appia. 5. ciuilium.

Dio l. 49. 53. & 44.

Strabo l. 12.

Ioſe. l. 2. c. 9.

Dio l. 59

Idem l. 60.

Tacitus l. 12.

Plin. l. 6. c. 5.

Dio li. 60.

Plut. in Galba.

Strabo l. 12.

QVo ſublato nihil obſtare ſuæ ſpei exiſtimans Dynami Pharnacis filia Aſandri vidua ducta regnum inuadit, quæ poſtea Polemoni ceſſit in cõiugem, Scribonio per tumultum breui trucidato. Polemon quem dixi, ſub Antonio in Philippis in Parthos, in ipſum Auguſtum militauit, cui tamen conciliatus Agrippæ impulſu Boſphoranos bello aggreſſus ſuperat, regnoque potitus in populi Romani ſocietatem receptus cum Aſpangitanos per inſidias & amicitiæ ſimulationem opprimere conaretur, prælio victus & captus, in fuga occiditur. Ex filiis relicto, qui idem ſecum nomen habuit, & patrui Herodis viduam media circumſicione duxit, à qua relictus antiquas religiones recepit. Huic regnum à Caligula confirmatum, à Claudio permutatum cum Ciliciæ parte. Ita Ponti quam obtinebat portio, fruſtra reluctante Auireto liberto, à Nerone prouinciæ formam accepit. Boſphoranum Mithridati permiſſum à Claudio, qui tamen non multo poſt in exilium miſſus ad Ennonem ſalute donatus erat, ſi linguæ frenum iniicere potuiſſet, ſed cum in rugas & Caluitiem Calbæ liberius agit, eius iuſſu interimitur. Vltimi autem Boſphori Regum Pharnaces Caſſander & Polemon nominatur.

Cappadocia Regi.

CÆTERVM seditionibus prętermissis prima Græcorum excursio in Asiã fuit, qua per errata in reliquias Troiani iuris aut fœderis regiones vrbesque æque grassatum est Regibus necatis, Regum filiabus, qui mos iam inde inualuerat, abductis prorsus quasi pro Venere Mars decertaret, nec aliud viri fortes præmium deligerent præter basiationes. Primus è Troianorum Ducibus 6 ingens Sarpedon obuiam factus necdum nauibus egressos diu detinet, donec multa hostiũ strage edita tandem in fugam verteretur. Prima Troię victima Protesilaus fuit, cuius nomini omen non defuit. Nam primus in littus erumpens idem sepulchrum corpori gloriæque suis meruit, ad quod x æmulus Alexander sacrificauit. Postquam autẽ ad obsidionem se pararunt, frequentia prælia hinc inde commissa sunt, frequentes induciæ, & quasi fortuna gauderet Ludicro hoc spectaculo, varia fuit victoria. Nos illustriora tantum more nobis solenni excerpemus, qui sigillatim minuta desiderabit, fontes adeat Dictym & Daretem eorum lectione abunde sitim expleturus. Quo tempore Achilles cũ suis Agamemnone relicto secesserat, aliquoties ad manus ventum est, & Alexander ante aciem

vide Mysiam

b Dictys l. 2.

b historia passim

Plato in republica hoc decernit sed alio fine

6 Virg. 1. Æneidos. vide Ciliciam

Ausonius epigrammate 19 epitaphiis.

x Arrianus l. 1.

Hom. Iliad.

Digitized by Google

te aciem progressus (quod lacessentis signũ erat) cum Menelao compositus extinctus fuisset, & cũ eo forsan omnis belli materies, nisi pessimo exemplo à Pandaro intercessum fuisset, quod vbi vidit Diomedes citato cursu in eum fertur, prostratum interficit quem Troiani y Græca cõsuetudine cremarunt, cineres sopita multo *l* vino fauilla & vrna collectos, Lyciæ patriæ, vnde in auxilium Priami paulo ante venerat, restituerunt, Diomedes quoque cum Glauco compositis *x* armis mutatis pugnam reliquit. Per hyemem cum Troiani flamma ferroque de repente littora percurrerent, actum erat nisi 7 Aiacem habuissent, qui *x* Danais pro nauibus dicitur hectoreas substinuisse man⁹, Quantum autem in pulcherrimorum duorum Ducum concursu hilaris *r* prudentia rabiosæ iræ prẽualuerit, cum vesper & præcones pugnam diremissent, munera testantur, quæ discedens alter alteri reliquit. Hector Balteum *x*, Aiax ensem, alter alterius, & quod aduertas instrumenta suæ cepit vterque necis. Cum Rhæsus quod ex Dolone intellexerãt exploratores Græci & *b* bellicoso Thressa cũ Rhęso phalanx in Priami auxilium venirent, periclitabantur Græci, nisi Vlysses, & Diomedes per insidias noctu Regem oppressissent, equis candore, & pernicitate sua notissimis, partim abactis partim interceptis, muro etiam quem ad castrorum munitionẽ fecerat Hector indies imminebat, & hæc omnia ad vnius Achillis absentiam. Totiesque in discrimen vocata Græcorum potentia. Vnde cum Agamemnona *z* nullus haberet somnus constantes voluentem pectore curas, mittitur Nestor qui lites inter Pelidem componat, & inter Atreidem. Sedis rem non feciſſet, nisi Patrocli præces accederent, quem amicissimum habebat Achilles, qui vultum manusque osculatus genuaq; complexus volentem nolentem molliebat, Reddita itaque Hippodamia propter quam omnia passus fuera-

Lucianus de luctu

Homerus Iliad. 3. fabulatur Paridem à Venere nube tectum euasisse eiusdem ope Æneam tectum Martis nebula substracti Diomedi vt idem Iliad. 5

Dictys l. 3. de Patrocle

xauria pro ariis nimirum dant amicitiæ futura signum

x Ouidius l. 4. de ponto, epist. 7

7 Homer. Ili. 7 ait eum se obtulisse cum Hectore pugnaturum

r Cic. 4 tusc.

x Alciatus l. 1. emb. 113

Il. 10.

Seneca.

y Claudianus

z Lucianus gallo

Horat. 1. epist. ad Lollium

Homerus.

Propert. l. 2.

Il. 9. plura recensentur

Digitized by Google

De pace hac diuersissime omnes loquuntur plurimis sentientibus Achillem ad vindicandum Patroclum primum ad arma processisse vt Homer. Il. 19.

Achilles, eaque quod ad laudem Imperatoris facit intacta, qui & filia in matrimonium oblata cum 10 regni parte Hectori, & 50 talentorum dote præter lebetes, tripodes, equos, victores, ancillas Lesbias, pacem firmauit iniuriasq; alter alterius Græciæ communi patriæ ignouit. Restabat vt virtute, prudentiaque concordi vinculo sociatis iuuentus Græca exerceretur, factum illud, & fieri per inducias licebat, per hyemẽ oportebat, ne otio militares animi langueſcerent, qua fini & à Palamede varia 8 ludorũ genera excogitata sunt, quibus oblectarentur fatigati nec velint nihil agere etiam cum possunt.

Iunius emb. 13. Homer. Il. 7

8 Sidonius. 7 vt Dares.

CAPVT. VII.

MEDIO tempore 7 (nisi quis in anniuersariũ funeris Hectorei luctum deferre malit) parum abfuit quin Græci Achille suo priuarentur, quem forma Polixenæ Priami filiæ cum parentibus sacra obeuntis captiuum tenebat, & iam proditio sub manu erat, nisi Troiani vere quam cito à Græcis liberari maluissent. Interim nocuit differre paratis, ver enim appetebant, inducię exspirabant, & armis exercita pubes virtutis suæ viam quærebat, & famæ occasionem. Quotidie acies ex aduerso constituebantur, & aliquot virorum̃ fortium sanguine parentabatur, aliquot clypei Diis suspendebantur. Euphorbi 9 pectore hæsit in aduerso grauis hasta minoris Atreidæ. Reppulit Actorides Patroclus armis amici foetus Troianos, r Sarpedonemque interemit, interemptus vicissim ab Hectore. Achilles porro superueniens Patrocli corpus hostium ludibrio exemit, nec contentus iusta ludosque funebres persoluisse, & magno numero captiuos ad tumulum iugulasse, humi etiam pernoctabat ad sepulchrum donec amici interemptorẽ vlciscereturmodo pronis modo supi-

Ilet. l. 3. od. 4.

9 Ouid. vlt. Metamorpho.

Ouid. l. 13 Metamorpho.

Ausonius Epitaphio 16.

Hom. Il. 16.

Lucianus Patroclum vult Achyllis parasytum fuisse morionem Idomeny Regis Creta.

Sene. de tranquillitate animi l. 2.

supinus in varios sese habitus, quod ægri animi est, componens Interiecto demũ tempore ferox Hector ab Andromaches ne quicquam somnio territus complexibus ibat in hostem Penthesilææ Amazonum Reginæ obuiã esse aliis placet, vt vt est Græcos offendit, & in iis Achillem cuius manu fortiter diu luctatus tandem occubuit. Nã Phrygium Emathia victorem cuspide poscens Æacides cæsi luctum frænauit amici, nec contentus victoria, nec morte saturatus, corpus Hectoris ad currus religatum ter circum Iliacos muros raptari voluit. Fallebatur certe qui in cadauere Hectorem quærebat plectendum premendumue, nam sic & timidi lepores cassi luce leonis barbam conuellunt. Gratulatur tamen manibus Patrocli Achilles militibusque prædam ex qua Cythæram sibi sumpsit seruauitque, fortibus præmia distribuens, ludos indicit, milites vicissim medium olea coronantes laudibus prosequuntur. E diuerso fleuere matres Ilię addictum feris alitibus atque canibus Hectora. Hectora tot fortes tot defleuere Sorores. Cum Hectore Troia cecidisse videbatur & Priamus sine legatis Polyxenæ innixus cũ Andromache Astinacte, & Laomedonte paruulis, cadauer ad ignes redempturus, castra Græcorum ingreditur. Nihil Achillem senis in obruentis *n* lachrymę, caput puluere & canis aspersum mouit, nihil viduæ lamentatio, & Puerorum eiulatus. Vincebat hęc omnia Patrocli, cuius vrnam complectebatur, recordatio. Restabat Priameia virgo iam inde in Achillis pectore locum nacta, hæc vna effecit vt manibus Hectoreis atrox ignosceret, & auro accepto corpus permitteret, quod extra vrbẽ non longe ab Ilii sepulchro crematum, & conditum est, inque diebus continuis à tota plebe concursu ad tumulum facto defletum.

x Ouid. amor. l. 1. eli. 9.

Homerus.

Sidonius in Panegyrico.

Horatius.

Alciatus l. 1. Emblemate 57 & 113.

Vir. Æneida.

Cic. 1. tusculana.

Alciatus.

Xenophon in Conuiuio.

Ælianus l. 14.

Dictys.

Seneca.

Ouidius ad Liuiam.

Ausonius epita 14.

Hor. l. 1. ode 10.

Ouidius consolatione ad Liuiam.

n aliter sentire videtur Ouidius l. 3. tristium el. 5. & l. 5. el. 1.

Claudianus epistola ad Hadrianum.

Dictys l. 4.

CAPVT IX.

CVM Hectore declinantibus Troianorum rebus plerique vnctores sequuti à Troianis deficiebant, in his erat Polymestor Thraciæ tyrannus, cui Priamus paruulum Polidorum commiserat cum magno auri pondere, vt esset quo victus fortunæ iniquitatem solaretur, & supereſſet qui Troiam & Priami genus ab interitu vindicaret, ab obliuione præseruaret. Infelix Priamus qui pignoris sui procustode, & tutore furem & proditorem elegerit, nam Polinestor puerum Græcis tradidit auro sibi seruato, Græci & Thracum amicitia læti & tali munere lectiores, quod permutationem cũ Helena facilem fore sperarent, cum nec hoc quidem ex voto cessisset, puerum in Ciuiũ conspectu lapidibus obrutum lanjarunt.

Virgilius 3. Aneide

Plut. parallelo 42 ab denec necatum putat, & plerique Poeta

Ausonius epitaph. 19.

Latius hac in Thracia videbuntur

CAPVT X.

VENERAT dubium an Priami auxilio an gloriæ cupiditate Penthesilea ducens Amazonidũ lunatis agmina peltis, sed postquam Thetidis proles Phrygiis vulcania cãpis arma tulit, eius virtuti cedere compulsa, nescias an pugnans, an mortua maiori miraculo fuerit. Præter hanc & Memnon nigra coloratus producens agmina ab Assyriorum monarcha auxilio iussus, cum Aiace singulari certamine concurrens ab *m* Achille transfigitur. Vnde Troianis metus & ex metu desperatio. Prodit tamen Alexander quamuis Troili, qui ab Achille raptatus fraternum in morem, multaque suorum cæde consternatus, & desperanti similior ad dolos se conuertit. Mittitur Idæus ad Achillem de Polyxena acturus & paulo post ipse cum Deiphobo qui sub specie desponsandæ Sororis in tẽplo Tymbræi Apollinis inermem solumq; Achillem bis gladio transfodiunt, & semiuiuo relicto in fugam

Virg. Eneid. 1.

Dares tribuit Neoptolemo eius cæsæ gloriam vide Amazones

Silius l. 7.

Claud. 1. de laudib. Stilico.

Dictys

m Ouid. l. 13.

plura vide in Troiæ

Ausonius epig. 18.

Traditũ ab Hectore moriente Cic. 1. de diuinat.

Lucianus in gallo de equo Achillis Xanto qui versus fit locutus posito hinnitu

Contra Virg. & Calabrum Lycophron & Theocritus, & vult ab Achille amatum Troilum quia parere nolebat in templo Apollinis necatum

Digitized by Google

Alciat. l. 2. emblema 17

fugam vertuntur: quem Vlysses Diomedes, & Aiax ad castra deductum in Sigæo iuxta Paridem sepeliunt. Sic abstulit fortem cita mors Achillem, sit iacet magnæ filius Thethydos inter lachrimosa Troiæ funera. Hæc autem Alexandri machinatio & in Deos hominesque contumelia, non hostibus modo, sed & ipsismet Troianis odio fuit. Ideoque non mirãdum si Ænæas in aciem prodire recusauerit, Helenus ad Chrysem indeque ad Græcos cõfugerit: Antenor de prodenda patria cogitarit, prius tamen quam res exsequutioni mandaretur, Alexander siue Pyrrho Achillis filio ex vindice Philoctetæ sagittis siue ab Aiace Telamonio mutuis vulneribus cõfossus. Nec comas sepulchro patris deponere filius, nec lugere Ducé Myrmidones, quã cæso qui cædis se auctorem tantæ gloriari posset, voluerunt. Alexandri corpore viso Oenone, quæ ei prior Helena coniunx fuerat, exanimata hoc effecit vt eodem tumulo tegeretur.

Horat. l. 3. ode 16

Idem l. 1. o. 8.

Tryphiodorus in sua hist.

Dares cõtra Dictym vult Ilio. capto ei & pacu amãti pepercisse

vt Dictys & Poeta quidã vt Dares & alii

Ausonius epitaf. 4.

Hinc forte fingunt Apollinem pro Troia stare Ouid. trist. l. 1. eleg. 2. & causã Apollinis Latonã & Dianam Homer Iliad. 20

7 diebus cum luxurierunt

CAPVT XI.

VRGENTIBVS deinceps Græcis conspiratione in Priamũ facta Antenor clam cum hoste cõuenit, eo maxime infensus quod in Senatu sententias rogatus pacem suadens, Regis indignationem incurrisset. Per Diomedem autem & Vlyssem aduersæ partis primarios res acta, & peracta est. Palladium siue illud verum siue vero simile furtim ablatum à Græcis, abituque simulato in vicinam Insulã secessum, Troianis securius ea propter epulantibus. Interea die hora signoque datis appropinquant, scæaque porta cuius in frõtispicio equi caput erat depictum, intromissi, cum partem insuper mænium Palladiæ ligneus artis equus, id. est, aries diiecisset, cum Phœbe candidum extulisset caput, in sepultos Dardanidas nocte & mero Danai relaxant castra & effundunt virgs. Cum Phry-

Dictys l. 3.

Dares

Xenophon. de venatione

Horat. l. 2. de dolis Vlyssis

Silius l. 13.

Virgil. l. 2. Æneid

Propert. l. 3. e. 1.

Petronius arbiter in satyrico

Ænæas ab aliquibus adiungitur ab aliis non

Hinc fabula equo tui ex Græcis præcipui inclusi in tromisso, quasi Minerua dedicando captam Troiã. Statius l. 1. sil.

Digitized by Google

Phrygii Teucro manabant ſanguine muri, Sigæa igni freta longa coruſcabant, Xantus armis corpora immiſtis gerebat, Achaicus ignis Iliacas opes cõſumebat. Pyrrus, ne quid crudelitatis deſiderari poſſit, Natum ante ora Patris, patremque Priamũ obtruncat ad aras Iouis Hertæi vel *o* ædificialis. *a* Caput diripitur tot Regum parenti, qui hoſtili *6* manu interẽptus, flamma *x* indiget ardente Troia, Caſſandram templo adytiſque Mineruæ paſſis crinibus ad cœlum fruſtra tendentem brachia Aiax abducit. Deiphobum Menelaus mutilat Ipſum Iunonis ſacrarium ex aſylo carcer factus eſt. Polyxenam cum ad Ænææ latebras confugiſſet Neoptolemus patri ad aras immolat, Aſtyanax ad matris gremium vt Iliaci muri viderent aliquid crudelius Hectore rapto, præceps è turri datur.

Catullus nup. Pelei
Virg. l. 2.
Sene. agam. actu 1.
Horat. l. 1. o. 15.

Turnebus l. 11. c. 8. ex Homero Iliad 14 vocat eum ſic Diũ, hominibus dici Scamandrum

Dares
o Dictys li. 5.
a Auſoni epig. 23.
6 Seneca Agam. actu tertio
x Idem. Troad. act. 1.
Virg. l. 2.
Auſo. epig. 26.
Idem epig. 13

Dares vult Caſſandram tum Andromache & Hecuba in Cherſoneſam eſſe cum 1200

Auguſt. l. 1. c. 4. de Ciuitate
Catullus nuptiis Celei
Auſo ep. 15
Lucia de ſacris

CAPVT XII.

SIc felix diu Troia ſubmiſit manus, ſic columẽ potentis Aſiæ iam ſeges eſt reſecandaque falce luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humꝰ. Sic exciſa ſuo pariter cũ indice Troia eſt, & bella bis quinis operatus annis victor Atrides Phrygiæ ruinis fratris amiſſos thalamos piauit. Ex Troianis in hoc bello 886000 ex Græcis 676000 vſque ad vrbem raptam perierunt. Heroinas ſuperſtites Dardana præda diuiſit viris, ita vt Helena iuncta Menelae, Agamemnoni Caſſandra, Vlyſſi Hecuba ceſſerit quæ tamen ſeruitutis tædio ad conuitia ſe conferens lapidibus obruta eſt poſtea. Ex reliquis quod flamma ſuperfuit in prædam ceſſit: qua diuites Græci vel naufragio vel diſſidiis, vel domeſtica fraude omnes pæne oppreſsi interierunt. Agamẽnonem iudice adulterii vxor adultera peremit. Diomedes dum adulterum proſequitur adulterã domi alit, quæ & patria aſpectũm ei inuidit. Gunea Pontus habet, Pyrrhum Oreſtes ante aras interemit.

Sene. Agam. 4
Idem Troad. 1.
Ouid. epan Penelopes.
Silius l. 7.

Hinc fabulantur Vulcan. Græcis fauiſſe quia ignis Troia periit Ouid. 2. trieſtili. 1. triſtium

Boetius l. 4. Metro. 7
Hyginus fab. 115 & 102

Troper. l. 1. c. 19.

Senec. agam. actu 2.
Auſon. epi. 25.
Epitaphia omnium qui bello Troiano claruerunt Arles compoſuit editus & verſus à Cantero

Odiſſe 11 Homer
Auſo. ep. 1.
Auſo. ep. 11
7 Idem epiſt. 9.
Her. epod. od. 10

teremit. Pallas vſto vertit iram ab Ilio in impiam
Natalis l.1.c.10 ex Timæi 20. hiſt. 8 Aiacis ratem, qui, quod Caſſandræ ſtuprum intuliſſet, in Mineruæ fano Deam alia ratione pacare nequiuit quam virginum per 100 annos annua immolatione. Quid alter Aiax? nonne in armorum Achillis iure prælati ſibi Vlyſſis qui ſemper melioribus certabat impatientia proprio vulnere concidit? Vlyſſi autem morte prior vita obtigit tam vitioſo remigio, vt ſeneſceret, periret quærēti. Ipſa quæ coniugibus belli cauſa duobus erat laqueo vix tandem vitam abrupit. Multi alii fuere fortes, ſed omnes illachrymabili vrgentur ignotique longa nocte. Antequam hiſtoriæ finem imponam, quamuis authorum diſſenſio non parum me turbeat, tamen quia ſtatum rei Troianæ tangit, eliciam quædam pauca. Primo quidē vix ambigo Ænæam etiam ante Troiani belli tempora aliqua parte Phrygiæ ab Aſſaraco Ili fratre deſcendens regnū obtinuiſſe & locis Dardano, & Ophynio *a* vicinis cum imperio præfuiſſe, cumque decapta vrbe prima nūtii & flamma referret, cum ſuis ad opem ferendam cōuolans, Pergami 3 arcem ſuo muro cinctam occupauit, fortiter inimicorū furori reſiſtens. Sed cum ferro, flamma *b* hoſtis ſæuiret diffidens ſibi Deōs patrios, & quicquid pretioſum erat auexit, *d* vicilleq; hic patrem traditur, ipſe in infantia eius leue tutumque geſtamen grauem ſenio per media hoſtium agmina, & per cadentes circum ſe vrbis ruinas, cum ſacra & Deos complexus religioſus ſenex non ſimplici vadentem farcina premeret, tulit per medios ignes, & pertulit colendumque inter Romani imperii poſuit conditores. Cum multi ex Elymo, Ægeſto et aliis vrbibus accurrerent Ænæas cum ſuis Idæ tutiſſima occupauit, donec ab hoſtib⁹ preſſus impetrauit recedendi in alias terras poteſtatē.
a Dares. b Dictys l.4. Poſt excidium nihilominus regnatum Troiæ volunt alii ab *a* Antenore, alii ab Ænæa, alii ab Aſ-

8 Lactenſis

Seruatum vſque ad Pœnenſe bellum

Alciatus l.1.embl.113

Hor.l.2.ſaty.5

Alciat. l.1. Emblemate 9

Horatius l.1. epiphana ad Numicum.

Horatius l. 4. ode nona

1. fingitur hic. Veneris filius ob formæ elegantiam, vt Seruius in 4 Ænaï: vel quod Venerem religioſe coluerit, vt idem in 3 Ænaï 3 Dictys ait ob receptos hoſpitio græcorum legatos cōceſſum Ænea vt ſe & ſua excidio ſubduceret. Ouid. 1. de ponto ob pietatem hoſtes ei & flammas pepercisſe. Ælianus l.3 opinionē ei faciam vult vt carissimum efferret eumque patrem extuliſſe. Sophocles ait eum Veneris monitu impendens periculum fuga præueniſſe. Menecrates proditionis præmium à græcis accepiſſe ſuorum ſalutem.

canio, *c* certum eſt nihilominus Antenorem, & Ænæam diuerſa *d* exilia & diuerſas quærere terras, compulſos, poſtquã *e* cecidit ſuperbum Ilium. Hinc Teucros alba colit lares, hinc *f* Patauiũ Troiano authore nobile eſt, hinc Troica *g* ſacra vehẽti laurentes *h* agri aſſignantur, & terris iactatus ex alto Dardanios Æneas *i* Itala poſuit tellure Penates, Antenor mediis elapſus Achiuis, *l* illiricos lacus penetrauit. Vt autem redeam ad hiſtoriam *m* Scamandrios, & Hectoridas inſuper Troiæ regnaſſe apparet ex Dyoniſio. Ego vero putarim res Troianas ita labefactatas in prælio non fuiſſe ſed regnum aliis permixtum hęſiſſe.

c *Dyoniſius ex Hellanico*
d *Virg. 3 Ænei*
e *Statius 40 Syluarum*
f *Cato in criminibus*
g *Tibul. l. 2.*
h *Vir. 1. Æna.*
i *Silius Italicus l. 7.*
l *Vir. 1. Ænei.*
m *Ex Hellanico*

APPEN-

APPENDIX

QVANQVAM Ilii, Troiæ, Pergami mentio non infrequens sit postmodum in Romana & Græca historia, tamen alio loco restitutã probare conãtur geographi, nec vnquam, licet tentarit Cæsar, cogitarit Constantinus, inceperint alii, aliquid decoris receperunt. Libet tamen hic quædam ad veteres Ilii honores adscribere & famam. Cui tantum x Xerses tantum tribuit vt prætereundum sibi nisi placatis Heroibus nefas putarit, Minervæ Ilienſi 100 bobus litans. Idem postea Alexander fecit armis quæ Troiano bello superfuerant aut supereſſe narrabantur cum aliis permutatis. Idem Paridis Lyram vidit, sed qui Achilles videre maluisset. Quod illa faminis demulcendis fuerit accommoda: hæc virorum fortium laudibus consecrata. Idem non modo templum, sed & vrbem reparari præcepit, quod accurratius Lysimachus compleuit. Sed Asiaticis bellis vastata (cum Syriaci belli tempore vix domus fuisse scribatur) restituta demum Romanorum Ciuilis motus, suo malo sensit & quasi fatale esset Ilium flammis perire, fimbria Cinnanarum partium 11 a die illud capiens, Sylla fauorem vlciſci volens in homines domosque ita sæuiuit, vt nihil, vt nemo incendio superfuerit. Hoc nempe restabat vt post antiquos græcorũ ignes Iliũ repararetur ab iis quos sua calamitate propagauerat delendum. Postea Cæsar alii immunitate Ilienſes donarunt ad calamitatum solatia, in quo veterem, omnemq; Troianam historiam termino.

Strab. l. 1. 2. & 13.

Herod. l. 7.

Ælianus 9.

Stobeus ſer. 6.

Elianus l. 14

Strab. l. 13 ex Ageſianacte & Demetrio Sceptrio.

vi captam Limus, dolo vult Appianus

Auguſt. l. 3. c. 7. de Ciuitate Dei.

LECTOR CANDIDE

QVAS hic Troianorum titulo antiquitates digeſſi paucæ ſunt, & ea dumtaxat quæ nulli Homerum aut res Troianas legenti non obuiæ eſſe poſſunt. Cætera quæ vel Homero elici vel ex Scholiaſte aliiſque paſſim peti poſſent conſulto Hellanicis reſeruari, vt vtrobique ſit quod legas, vtrobique cuius multitudo te non terreat. Hæc ita cape lector & vale.

ANALECTA ANTIQVITATVM TROIANARVM.

SECTIO PRIMA

De ſacris

QVONIAM pro parte bona Græcos referunt, pauca hæc adſcribam reliqua Hellanicis reſeruans.

Credebant Troiani Elyſios campos.

Puniendosque poſthanc vitam impios de quibus latius vide.

Odyſ. Vlyſ. Ioui Herceo ſeu ædificiali ara erat in arce Troiana ædes.

Ser. in 6 Æneidem Ioui pro reditu bos quinquennis mactabatur,

Ioui fulminatori, quia ſupplicibus aderat hoſpites libabant.

Dares dictꝰ l. 5. ll. 7

Agam. 6. 7. apud Alcinō. Apollinis Veneratio & vaticinia Troiæ celebria.

Tymbræoque Apollini fanū in vicino celebre.

Licophronem in Caſſandra No. in Hor. l. 3. od. 16. Eius ſacerdos coronam habebat & ſceptrum quæ ſubmittere deprecantis erat.

Iuno-

Iunonis ſacrarium erat ſolemne.

Ilia. 1 Chryſes

Mineruæ Ilienſis vetuſta religione celebre templum erat.

Aug. 3. c. 7. de ciuitate

Her. 47

Cuius ſtatua de Cœlo lapſa credebatur.

Aug. l. 1. c. 2.

Ei pepla ad genua poſita 12 boues annicli indomiti oblati.

Il. 6. ſuaſoria Heleni.

Palladi Iuuenca aurum in cornibus habens item oblata.

Il. 10. ab exploratoribus

In Nea circa eius ſimulachrum non pluit nec ſacrificia putrefiebant.

Plin. l. 2. c. 56

Neptuno ædes ſacra erat, & ſolennis veneratio Troiæ.

Dio. l. 5.

Nauigaturi in mari rem ſacram faciebant ei.

od. 2. Telema

odyſſea in filo Telemachus

Huic Tauri nigri immolati & boues, quorum viſcera guſtantes coſtas Deo incendebant.

Aries, Taurus, Verres eidem mactati.

Vltimo cum decumbebatur, libabatur Mercurio.

od. 11. ab Vlyſſe

od. 7. in domo Alcinoi.

Eidem linguæ diuiſæ in ignem iaciebantur.

ex. 3. Miner. Neſtori

Veneris cultus in Ida monte ingens erat.

No. in Theocrito eyd. 1.

Scamandri inter Deos Patrios cultus fuit etiam.

Iliad. 20

odyſſea 13 in deſcriptione Iliaca.

Antra erant Nymphis ſacra vbi crateres, amphoræ lapideæ, & 2 oſtia patebant alterum Diis, alterum hominibus ad Boream & Notum.

odyſſea decima

Mortuis ſacrificãtes ſuper foſſam cubitalem quaquauerſum libabant vino, mulſo, aquis farinã miſcentes, ouesque nigras immolantes.

Vlyſſes apud Circem

Animas bibere ſanguinem victimarum credebant.

odyſſ. 11. Agamemnon

Dii certi in conuiuiis apponebantur.

Athenæus l. 8. c. 13.

Il. 6. Hector ad matrem

Sanguine & puluere pollutum illotisque manibus vota facere nefas.

od. 11. vt ſoli boues

Templa coronabantur ſertis.

od. 3. vt Laercius

Integri greges diis ſacri erant iique intacti.

vt ſacro Neſtoris

Aurifices erant qui cornibus victimam aurum illigabant, quæ demum ducebatur præcedentibus iuuenibus lebetem cum guttutnio, ſecurim, mo-

las in caniſtro, vas ad ſanguinem verua ſubinde 5 ordines habentia, iuuenibus.

Iliade ſecunda ſerulus ad Æneidem collecta hæc ſunt ex ſomero Virgilio aliis.

Victima lecta, examinata, lota, adducta, ſacrificus aqua & mola acceptis, initia ſacrificat pilos in ignem iaciens, vinumque defundens nigrum, rubrum, vel aliud.

Od. 12 ab Vlyſſe

Deficiente vino aqua libatum.

Iuuenes verua tenebant. Coxis coctis viſcera guſtabant.

Minutatim ſecabant, alia comburentes, alia verubus aſſentes.

Pueri tum crateres vino coronabant diſtribuētes illud poculis & pæana canentes.

Il. 1 orationis Agamemnonis ad Achillem

Hecatombe dii ſubinde placati: in qua victimas retrotractatas excoriabant, iugulabant, crura incidentes, fruges ſaluas ſpargentes, coxas ſecantes & aruina cooperientes, ſuperque lignis inciſis ſiue foliis vinum rubrum fundentes.

Alexander. l. 4. c. 17

Querno trunco hoſtias mactatas lego.

Athenæus l. 9. c. 29.

Aqua qua torrem ex ſacris exſtinxerant aſtantes aſpergebant & purgabant.

Od. 2. vt Haliterſes

Aruſpices habebant & augures.

Od. 20 Vlyſſi ſancta.

Tonitrua obſeruabant.

Od. 15. Telemacho

Aquila regibus felix.

Il. 10. vt Vlyſſi & Diomedi

Ardeola item euntibus occurrens.

Il. 19 Penelopes

Somnia obſeruabant & explicabant.

Od. 2. Telemachus.

Orantes manus in mari lauarunt.

Il. 1. Achilles.

Sceptro poſito manus porrigebant.

Od. 7 Vlyſſes apud Alcin.

Supplices ad focum ſedebant ob Deos penates.

Il. 6 Hector.

Poſita galea orabant.

Il. 1. Thetis Iouem

Mentum ſiniſtra, genua dextera attingere orantis eſt.

Il. 7 orat Hectoris

Spolia hoſtium in templo ſuſpendebant.

Il. 16. Achilles

Pocula Libatoria ſulphure purgabant.

Plin. l. 13. c. 13
Ioſeph. c. 2. in Manethonē

Chartam Troiano æuo fuiſſe vult, at alii literas eo tempore fuiſſe negant, Homeri carmen nō ſcriptum ſed memoriæ mandatum putantes.

SE-

Digitized by Google

SECTIO SECVNDA

De Rege & magiſtratu

Il. 2. Agamemnon VESTES Regiæ, erant tunica quam circum magnum pallium.

Il. 3. à Paride Super inductæ interdum pelles pardi leonis &c.

Il. 2 Agamemnon Calciamenta pedibus inducebant.

Il. 1. & paſſim Sceptrum aureis clauis confixum geſtabant.

Il. 2 Agamemnon Sceptrum baculus erat cui & innitebantur.

Agamemnon Vlyſſi Quem & legatis ſubinde dabant.

Iuſt. l. 43. Cuius vice haſtę olim fuerunt.

Il. 7 Agamemnon Cuius eleuatio fœderis & iuramenti ſignum.

Il 3. Priamus Curru Reges frequenter vehebantur.

Il 6. Priami qua & deſcribitur. Regia porticibus diſtincta fuit, in qua atrium, portæ biſores, quas tabulæ bene iunctæ muniebãt, vna claui, 2 vectibus.

Il. 12 gracorum Poſtes in limine, pinnacula ærea ſupra, intus ſolia ad murum & ſuſpenſa pepla, vbi principes conuiuantur.

Od. 7 Alcinoi

Od. 8. eiuſdem

Il. Vulcanus ſic propinãt Locus dexter honoratior, vnde ad ſiniſtrum itur, filii Regum Reguli dicti primæ auctoritatis erant.

Dictys l. 1. de Priami

Idem & Il. paſſim Vt ipſi ita heroes, alii ſceptrigeri.

Od. 8. Alcinoo Epulo annuatim proceres honorati à Rege. *vt Od. 8. Phaaces*

Dares & Agamemnone Et alias ſæpe extra ordinem.

Il. 1. de diis Honoratioribus aſſurgebant.

Il. 9. Achilles legatis Paribus etiam humanitatis ergo.

Od. 14. Telemachus Eumeum Reges Villicos ſuos habebant.

Od. 1. Telemachus Eurilũ Emebant bubulcos nutrices & ſimiles.

Plato in Alcete Meſtor Heroum fortium Epitheton.

Il. 9. grace Principes ante & poſt cęnam deliberare ſolebant.

Scholiaſt. in Ilia. 5 Orphaniſtæ erant ad quos hæreditas caduca deuoluta.

Od. 7 Alcinoi deſcri. Horti Regis extra aulas prope ianuam.

Il. 9. Agamemnon 7. oppi. Tributa Regi pendebantur.

Il. 18. in deſcriptione Clypei Litium arbitri 2 conſtituebantur qui alternati in ſententia ferrẽt, inque medio eorum 2 talenta optime iudicanti cedebant.

Lega-

Il. 9 Agamemnon. Legati manibus aquam ferentes iubebant linguis fauere.

Il. 3. Vlysses Oratores sceptrum & oculos hinc inde mouebãt.

Il. 7 Nestor Surgebant oraturi.

Il. 7 Diomedi Si placuissent acclamabatur, aliâs tacebatur:

Od. 2. Telemachus Post orationẽ præ ira sceptrũ subinde abiecerũt.

Od. 2. Vlysses Per præcones concio conuocabatur.

Iliad. 18. Per eosdem manu silentium imperabatur.

Od. 2. Telemacho Iidem oraturo sceptrum dabant.

Il 7 de sepultura Concio Troianorum descripta.

Scholiastes in Il. 6 Quatuor hominum genera erant spurii, nothi, legitimi, parthenii.

Iliad. 12. De finibus litigantes mensuram in communi aruo tenebant.

Il. 14. or. somni ad Iuno. Iuramentũ factũ aqua & terra appræhensis manu.

Il. 2 Vlysses Thersita Inobedientes vestibus exutis verberati.

Il. 3. orat. Hecto. Adulteri lapidibus obruti ideſt lapidẽ induebant.

Iliad. 15 Proditores inhumati proiecti.

Odyssea 2. passim Itemque tyranni.

Hostes armis spoliati.

Cædis res in exilium iuerunt.

Od. 15. Theoclymenes Ancillæ impudicæ columna suspensæ.

Od. 22 ab Vlysse Cantorem euntem præco præibat.

Od. 11. *Il 3. Paridi.* Cythara in vsu frequente, musiqueamati etiam viris fortibus. *Od. 22. Vlyss. Themio pepercit*

Il. 9 Achilli Tibiarum & fistularum etiam, quanquam Scholiastes negat & conchas fuisse putat.

Il. 9. castris Troia Donationem causa mortis vsurparunt.

Od. 17. Telemach. pireo Filii patrum hæredes sorte adhibita fiebant.

Od. 6. descriptio vrb Ephinicum Vrbes condentes prius murum ducebant tum agros diuidentes.

SECTIO TERTIA

De re militari.

Dictys de gracis Dares de Troianis PACE MANTE bellum offerre, delectus militũ habere quorum alii auxiliares, alii voluntarii dicti, moris erat.

Votis

Digitized by Goog

Dictys de lecto Agamēnon Votis militum legebatur Imperator, idque teſſeris nomen electi præferentibus.

Alexan. l. 6. c. 3. Demum cohortibus ſui duces dabantur aut confirmabantur.

Iliade. Prima cohors erat 400.

Iliad. 9. graci Caſtrorum deſcriptio.

Il. 10. oratione Dolonis Circum quæ excubias egerunt 7 duces, ſinguli cū 300

Ilia. 9. gracorum Apud Troianos nulli auxiliares excubabant.

Iliad. graci Tribunal, forum, ara &c. in caſtris erant.

Quæ ſubinde muro circumdederunt, & foſſa in qua pali fixi.

Ibidem Porta fuit quæ equeſtris dicta.

Od. 14. orat Vlyſſei Dormientes in caſtris ſcutis ſe tegebant, & veſtibus.

Il. 4 à Neſtore Infirmi in caſtrorum medio conſtituti.

Ili. 11. Cinyris Arma ad tegendum erant thorax quem lineū fuiſſe volunt,

Ilia. 5. Clypeus aut etiam parma.

Il. 6. Hectori Corium nigrum circa talos & ceruicem.

Iliad. 7 orat. Hector Scutum Aiacis 7 boum coriis, quæ æri ſuberant deſcriptum.

Iliad. 2. orat. Neſtoris Lorum circa pectus habebant.

Iliad. 7. Hector Lorica ſe muniebant, quæ vt plæraque arma, ærea, quanquam & ferro veſtiti, ſicut ocreati vocentur paſſim.

Il. 4 Menelaus. Baltheo deſuper duces ornati.

Il. 6. Et galeis equina cauda criſtatis.

Il. 10 Galea Vlyſſis taurina ſine cono, Καταῖτυξ pelle & nullis intrinſecus loris ligata, quam extrinſecus albi dentes hinc inde muniebant, in cuius medio pileus aptatus erat.

od. 21. Vlyſſes Arma ad nocendum inprimis arcus.

Il. 15. Contus naualis compactus laminis ferreis qui Aiaci 22 cubitorum erat.

Il. 1 paſſim Haſtilia diſcoſque mittebant arcu etiam vſi.

Il. 17. Enſes dependentes habebant etiam ancipites.

Il. 7 Hector. Argenteisque clauis subinde distinctos.

Il. 4 Pandarus Sagittas vibrabant acutos angulos habentes.

Ilia. 6 Hasta Hectoris 10 cubitorum, cui cuspidem æreũ aureus circumambibat annulus.

Il. 3 Agamemnon Cultrum ad ensis vaginam suspendebant, quo in sacris vsi.

Il 2. Equi lotum mandere introducentur.

Il 8 Hector ad equos Item triticum & vinum.

Il 8. Quanquam hordeo & auena etiam nutriti legantur.

Il. 15. Agamemnon In equos insilire laudi erat.

Il 7 iactat Hector Scutum ad sinistram & dexteram mouere posse etiam.

Il. 13 Aiacem. In bello principem assectæ sequuntur fatigatis scuta excipientes.

Il. 8. Hector Ex turribus pugnabant inque iis vel aurigas

Il. 8 Aiax habentes vel soli habenas & flagellum tenentes.

Dictys de Paride. Ante aciem Solum progredi lacessentis in duello signum.

Il. 7 cum Hectore congressuri se offerebant Ad quod si plures se offerunt, sorte res dirimitur, quam singuli signantes coniiciunt in galeam, quæ exibat singulis monstrabatur, à dextra ad sinistram progrediendo, cuius autem erat, is manu prehensam ad pedes deiiciens pugnæ se aptabat.

Il. 3. duo. ho Paridis Duobus armatis cæteri hastis terræ infixis scuto inclinabant, fædereq; concepto & loco dimensa sortibantur vt supra quis pugnæ daturus sit initium, tum lanceis concurrebant, hastas proiicientes, saxa etiam & gladiis decertantes, donec præco sublatis eorum sceptris dirimat, fœdera fiebant duobus agnis adductis, & vino in vtre caprinis pellibus consuto, quod cum abluti miscuerint, pilos agnis abscissos principibus distribuentes, iuguloque abscisso vinum pateris hautientes Deos testes & vindices aduocabant.

Ilia 3. ante duellum Paridis

Sacra

Sacra coniuratorum in Troiam vide.

in historia Pausa Mese. Vulnerati ne nihil agant, sanos armis induebant.

Iliad. 12 Clamorem in pugna ediderunt subinde.

Il. 7 Mediam hastam tenere tranquillitatis signum.

Od. 1. Vlysis Hastas domi in armario ad columnam reponebant.

Dares de Achille Peracto prælio præda diuidebatur.

Idem de græcis Cæsorum corpora sepulturæ mandabantur.

Il. 8 Agamem. Teucro Præmia decernebant sortibus.

Il. 10. explorat. Qualia: equi cum curru, tripes, oues

Il. 9 idem Achilli Mulier apta operi, præcipue Lesbia.

Il. 23. Vsus agri ad certos annos, adesse festiuitatibus.

Il. 10 Resi Spolia in puppibus suspensa.

Dares de Achille Patrocl. Milites ducem medium olea coronarunt.

Præco belli signum ferebat.

Od. 22 Melanthius Captiui venerebantur.

Od. 19 Vlysis Vulnera ligata incantarunt.

Od. 8 apud Alcinoum Remi nauis aptati ad vincula coriacea.

SECTIO QVARTA

De victu & amictu

Od. 19 Eurymone PENVI præerat mulier quæ promaconda dici potest.

Od. 2 erat. Telemachus Alterna subinde conuiuia inibant.

Il. 8. Graci Ientaculu n interdum sumebant.

Od. 6 nausicaa Prandia etiam in vsu.

Od. 14 apud Eumeum Quadris in mensa vtebantur.

Od. 7. apud Alcinoum In Conuiuiis iuuenes lampades tenebant.

Od. 10 apud Circem Conuiuæ autem farina manus tergebant.

Od. 17 oratione Eumæi Quæ postea canibus obiiciebatur, quos mensales siue deliciarum habebant.

Od. 20 de procorum conuiuio Sedes taperibus interdum ornatę ad mensam erāt quæ spongiis purgabatur.

Il. 11 in conuiuio Patrocli & Nestoris Mensæ fulcra ex Cyana metallo laudabantur.

Super quam lanx & mel recens erat.

Ath. l. 11. c. 13 de poculo Nestoris & l. 10. c. 11.
Poculum 4 ansis describitur, & circa quamlibet 2 columbæ aureæ, aureis clauis affixæ.

Ab anu penus custode macbaeni.
Potio parata legitur, raso supra vinum pramnium caseo caprino, cultro æreo, insperſaque alba farina.

In ientaculo frusta panis vino madefaciebant.

Athe. l. 1. c. 4.
In Cæna vinum & panem distribuebant.

Il. 9 in cæna Achillis
Singulis sui erant scyphi. Cumque alii mensuratũ

Il. 4 Menel. de Idomeneo
vinum biberent, honor erat, alicui permittere bibendi quantum libeat facultatem.

Iliad. 7.
Bibendo autem semper libabant.

Il. 6 oratione Hect. ad matrem.
Vino mellito etiam vsi leguntur.

Ath. l. 1. c. 12.
Olera fructusque edebant & cepas.

Il. 9. cæna Achillis
Salem sacrum igni inspergebant.

Paus. in Messaniacis
Assas & bouinas fere carnes edebant, agnos hædosque vt effeminata contemnentes.

Vnde & lex de non edendis agnis est apud Athenæum l. 1. c. 4.

Tria. filios ideo obiurgat. ex philopœm.

Od. 8 apud Alcinoum erat Demodochus
Cytharædi in conuiuiis gesta fortium & fabulas decantabãt, quibus mensa apposita & scyphus vt pro libitu biberent quantum vellent.

Od. 3. Pisist. Telemacho
Senibus prius propinabatur.

Od. 9. Vlyss. l. 10. c. 7.
Vinum aquis subinde miscebant.

Pincerna autem vinum defundebat, qui sæpe aliquis ex nobilibus pueris erat vt Menelai filius apud Athenæum.

Ibidem in Conuiuio Menelai.
Coquus lances proponebat.

Præbibebant sibi mutuo etiam discedentes.

Od. 13. Vlyssis areta
Od. 7. apud Alcinum
Præcones etiam vinum inter dum defundebant.

Sedes clauis argenteis distincta describitur.

Od. 7. Vlyss.
Tergi partes honoratiori porrigebant.

Il. 7. agam. Aiaci
Ex parte sibi apposita aliis etiam subseruire moris

Athe. l. 1. c. 6. Vlyss. de medico
& honestatis erat.

Vti autem maior Crater, ita & puluinum hospiti tanquam honorato ponebatur, qui ex opposito sedisse legitur.

Il. 9. patro Achil. In conuiuio procerũ penel.
Mendici conuiuia obibant, singulis manus porrigentes.

Odyssea 16 Vlyss. Telema.
Honoratioribus assurgere & sedem suam porrigere moris erat.

Par-

Digitized by Google

Od. 14. Eumeus — Partem Nymphis & Mercurio ſeponere ſolebant.

Ibidem — Suillam craticulæ impoſitam ruſtici frequenter edebant.

Ex od. 3. — Conuiuiorum tria erãt genera: ſymbolũ, conuiuiũ, nuptiæ.

Athe. l. 8. c. 14 — Alii diuidunt Cænam in Collatiuam, concænam ex ſymbolo & ſportula, cum quis coctum cibũ ſecum ferebat in ſporta.

Batrache — Bellaria in vſu dulcia, panis ter piſtus, paropſides & ſimilia.

od. 18. Irus & Vlyſſes — Pauperes in conuiuiis pręmiis propoſitis decertabant.

od. 14 Eumeus — Sedentes ſe diſcingebant, ſurgentes Cingulum reponebant.

od. 19 Vlyſſes — Fibula veſtes connectebant.

od. 16. erati Eurimachi — Iuniores genibus impoſitos pane & potu ſaturabant.

Veſtes duplices habebant, hyeme alias, æſtate alias.

odyſſ. 11. — Virgines zonam gerebant quam Veneri in nuptiis ſoluebant.

Od. 1. penelope — Induſio vtebantur.

Od. 11 Iunodantur. — Sandalia etiam nota.

Fæminæ redimicula in capite gerebant.

odyſſea 6 nauſica — Quod ludentes ponere ſolent.

Ilia. 2 oratio Vlyſſis — Femoralia habebant.

Il. 10. Neſtor — Aliqui etiam Chlænas purpureas.

Il. 2. Vlyſſes ad nautas — Currendo pallium deiiciebant quod veſti ſuperiniiciebatur.

Od. 17 Vlyſſes ignotus. Il. 6. Il. 3. Helena — Mendici peras gerebant, quibus panem imponebant.

Il. 6 nutrix — Feminæ longa ſyrmata habebant,

Eædem velis operiebantur, bene cinctæ.

SECTIO QVINTA

De domo & re priuata.

Od. 14. Eumai subulci DOMVS rusticæ in circumspicuo loco erant, quas circum porticus & sepe spinosa palis hinc inde adactis.

Od 23. Penelopes Extra domum agros domosque insuper habebãt potentiores.

Od. 13. describitur. Ante fores Penelopes via fraxinea erat & iuxta fimus colligebatur.

Athenæus l. 6. c. 5. Parisiti honesti & honorati erant Regibus.

Od. 17 a Penelope Sternutatio boni ominis habita obseruabatur,

Od. 17 ora. Melanti Curatores stabuli habebat diues.

Od. 18 Eurimone Penelopen Dominas pedissequæ sequebantur.

Od. 14. Eumeus Pastores etiam famulos suos Canesque habebant.

Od. 15 Laertes Eumenii Seruos autem emebant.

Od. 18 erat. Andriclea ad Vlyssem Pauperes & serui hyeme apud focũ in Cineribus, æstate stratis humi foliis dormiebant.

Od 19 Euriclea Vlyssi. Hospitibus pedes lauabant.

Od 3 Telemachum Pyli Vngebant nouoq; indusio donabant, quod per filias potissimum subinde etiam per ancillas fiebat.

Athe. l. 1. c. 4. Dextera hospiti dabatur, qui senatus demum quis esset rogabatur.

Od 4 Menelaus Telema. Il. 6 ora glauci. Eidem Xenia dabantur, quæ per præcones ante hospitem ad naues ferebantur.

Od. 8 Vlyssi ab Alcinoo Lectus hospitis in specula perforata sub porticu describitur.

Od. 7. Vlyssis apud Alcinoum Hospites interius, ignisque semper in porticu aulæ & vestibulo erant ante thalamum.

Il. 9. or. Phœnicis Proci munera amatis dare solebant, vt monilia et cetera.

Proci penelopes Ostiaque earum coronare.

Athe. l. 5. c. 2. Procis certamina proponi solita, vt securis foramina siue annulos manubrii habẽs 12, per quæ qui sagittam dirigebat victor censebatur.

Od. 19 Penelope fuit

Ali-

Ath. l. 1 c. 10. Aliud quoque lusus procorum genus proponitur.

Procis Penelopes fecerunt qui erant 108 Appion Alexan. ex Tesone Diuisi vtraque parte loco medio calculum ponebant, quem amicæ nomine appellabant. & qui sorte primus calculum in eâ intendebat, hi propelleret, suum eius loco ponebat, ictum iterans: qui autem lapillis aliis intactis illam sępius pellebat, ea se potiturum sperabat.

Il. 23 Paris Talorum etiam lusus in vsu erat.

Od. 8 apud Phoacas A cæna loco publico lapidibus exciſis extructo certarunt interdum cursu, lucta, saltu, pugno, disco, idest, lapide, quem cum proiicerent signa faciebant, quique reliquos superabant victores pronunciabantur, a 9 ludorum præfectis.

Od. 4 procis Penelopes Discos & tragulas in pauimentis torquere frequentissimum.

Od. 8 Phæacum A læua pila cælesti quæ sursum iaciebatur, se exercebant.

Ath. l. ... c. 8 Vnusque proiiciens retrosiectebat, alter saltans eâ propellebat antequam terram tangeret.

Od. 6 Nausicaa cum ancillis. Pila etiam fœminæ ludebant in se mutuo iacientes.

Odyssea 2 Profecturi viaticum sumebant, vt Telemachus, 12 amphoras vini & farinæ molitę 20 mensuras in vtribus consutis.

Od. 11 orat. Thyesta ad Vlyssem Viatores ventilabrum humero gerebant.

Od. 17 Vlyssis Baculisque vtebantur.

Od. 17 Telemachi Archilea. Penelope Telemachi Reducis humeros & caput amplectebantur, caput & lumina osculabantur, ab Ancillis loti vnctique in balneo.

Batrachomyom. Galli operibus initium dabant.

Ibidem Lucernæ, acus, decipulæ notæ fuerunt.

Od. 2 orat. Nestoris Pyratam agere non indecorum

Od. 9 eius descriptio Venatio in vsu erat.

Od. 5 Vlysses Itemque natatio.

Od. 15 orat. Eumæi Mercatura item celebris erat.

Od. 15 Talentaque auri nominata,

Il. 7 vinum è Lemno Emebant autem ære, ferro, bobus, pellibus, aut mancipiis.

Plin. l. 33 c. 1 vult permutationem solam fuisse vsitatam

Capi-

TABLE OF CONTENTS

Introduction 1
Chapter 1 5
Chapter 2 12
Chapter 3 19
Chapter 4 27
Chapter 5 34
Chapter 6 41
Chapter 7 48
Chapter 8 55
Chapter 9 62
Chapter 10 70
Chapter 11 77
Chapter 12 84
Chapter 13 91
Chapter 14 98
Chapter 15 105
Chapter 16 112
Chapter 17 119
Chapter 18 126
Chapter 19 133
Chapter 20 140
Chapter 21 147
Chapter 22 154
Chapter 23 161
Chapter 24 168
Chapter 25 175
Chapter 26 182
Chapter 27 189
Chapter 28 196
Chapter 29 203
Chapter 30 210
Chapter 31 217
Chapter 32 224
Chapter 33 231
Chapter 34 238
Chapter 35 245
Chapter 36 252
Chapter 37 259
Chapter 38 266
Chapter 39 273
Chapter 40 280
Chapter 41 287
Chapter 42 294
Chapter 43 301
Chapter 44 308
Chapter 45 315
Chapter 46 322
Chapter 47 329
Chapter 48 336
Chapter 49 343
Chapter 50 350
Chapter 51 357
Chapter 52 364
Chapter 53 371
Chapter 54 378
Chapter 55 385
Chapter 56 392
Chapter 57 399
Chapter 58 406
Chapter 59 413
Chapter 60 420
Chapter 61 427
Chapter 62 434
Chapter 63 441
Chapter 64 448
Chapter 65 455
Chapter 66 462
Chapter 67 469
Chapter 68 476
Chapter 69 483
Chapter 70 490
Chapter 71 497
Chapter 72 504
Chapter 73 511
Chapter 74 518
Chapter 75 525
Chapter 76 532
Chapter 77 539
Chapter 78 546
Chapter 79 553
Chapter 80 560
Chapter 81 567
Chapter 82 574
Chapter 83 581
Chapter 84 588
Chapter 85 595
Chapter 86 602
Chapter 87 609
Chapter 88 616
Chapter 89 623
Chapter 90 630
Chapter 91 637
Chapter 92 644
Chapter 93 651
Chapter 94 658
Chapter 95 665
Chapter 96 672
Chapter 97 679
Chapter 98 686
Chapter 99 693
Chapter 100 700

Viri dotem vxoribus dabant.

Il. 9. or. Vlyſſis ad Achillem od. 1. Quæ ſoluto matrimonio reddebatur.

Il. 18 in deſcrip. Clipei. Nouas nuptias præcedebant tædæ accenſæ.

Athen. l. 1. c. 8. Cantore medio iuuenes circumſaltabant etiam in armis, etiam cantum imitantes,

Od. 22. Præeunte item Cytharædo cum tumultu tripudiabatur.

Od. 23. Cum tædis occurrebant.

Il. 18 in deſcriptione Clipei. Manus deoſculabantur.

Od. 1. Euricleæ Penelopi. Choreæ ducebantur autem vel in orbem vel ordine curſitantibus duobus, cantore præeunte.

Od. 2. Faces etiam euntibus cubitum præferebantur.

Funebrem veſtem ſibi in vita conficiebant.

Od. 11 Agam. Vlyſſi. Batracho. Proximi ſolebant oculos morientium componere.

Od. 3. Præcones proclamabant funus.

Il. 24 Tethis Mortuis fuſilem terram infundebant.

Il. 24 Nigris vtebantur in luctu.

Priamus. Togis obuoluti tectique.

Od. 4 Capite tonſi interdum legentes.

Il. 7 de interfectis. Mortuos lauabant taciteque ſepeliebant

Il. 18 Achilles mortuo Patroclo. In luctus ſignum crines euellebant, humi recumbebant.

Il. 19. Achil. Ieiuni vigilabant, ſordibus caput & veſtes inficiebant.

Vngebant corpus oleoque decennali vulnera implebant, tripode calefacta aqua ablutum, tum lecto componebant linteo ſubtili, deſuper alba veſte tectum.

Il. 23. Omnes lugere iubebantur, tum curribus & equis cadauer ferebant, capillis illud tegebatur.

Pyræque quæ 100 pedum ſubinde quaqua verſus erat, in ſummo ponebatur.

Adipe pecorum tegentes totaque nocte vinum libantes.

Manes inuocabant, Poſtridie nigro vino rogum extinguebant oſſaque legebant.

Achilles 8 die ſepultus, oſſa vino & vnguento lecta.

Od. 24.

Domus mortuaria ab anu ſulphure & igne purgabatur.

Od. 22

Cæna ſepulchralis amicis & Ciuibus data.

Od. 3. ab initio

Tumuli quadrati interdum fuerunt, quibus columnas ſæpe & vlmos ſuperimponebant.

Od 15. oratio. Enmei ad Telemachum.

Monumenta & pilæ honor ſunt mortuorum.

Arma Cippo ſuper tumulum interdum impoſita.

Parentalia etiam celebrabant.

2. in Meryſſine Il. 16.

Od. 12 Elepenoris remus.

Od. 2. orat. Telemachi ad proc.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google